PINDARI

CARMINA

ET

FRAGMENTA.

VOL. I. II. III.

PINDARI
CARMINA

CVM

LECTIONIS VARIETATE

ET

ADNOTATIONIBVS

ITERVM CVRAVIT

CHR. GOTTL. HEYNE

VOLVMEN I.

NOVA EDITIO CORRECTA ET EX SCHEDIS HEYNIANIS AVCTA

LIPSIAE MDCCCXVII

SVMTIBVS I. C. G. VOGELII.

PRAEFATIO.

Quid in hac Pindari editione propositum habuerim, exponam paucis. *)

Pindari Carmina ante XXV hos annos prelis repetenda curaueram: quo consilio, ingenue professus sum in praefatione. Consequutus eram opera mea, quod volebam, vt in promtu essent exemplaria ad scholas interpretando Pindaro habendas, vtque studium Pindari inter nostrates accenderetur. Interpretatus eum sum aliquoties; quoties autem nouas lectiones instituerem, videbam multa quidem me nondum satis intelligere, incidebam tamen nec minus in loca, in quibus sentiebam, ipsum me antea aut nihil intellexisse aut parum acute vidisse. Interea exarserant studia popularium meorum. Fragmenta collegit et Pindari vitam perscripsit magno

*) *τὸν Ἀργείων τρόπον εἰρήσεταί που ἐν βραχίστοις*, vt cum Pindaro loquar in Isthm. VI.

[Lipsiensis Pindari Heyniani editio vt noua quadam dote ornaretur, I. D. Reussius, vir illustris, e Bibliothecae Georgiae Augustae thesauris mecum communicauit exemplar Gottingensis, cuius marginibus varia Heynii manu adscripta sunt. Inde excerpsi quae in lucem promi posse viderentur, addita singulis hac nota: *Ex Schedis.* De his accessionibus, ab ipso Heynio non destinatis vsui publico, ita, spero, iudicabitur, vt decet incomparabilia Viri Summi merita, quorum memoriam seri nepotes celebrabunt. Praeterea, quae Heynius *Addendorum* nomine hic illic sparserat, suo quodque loco inserui: operisque ita praefui, vt noua haec editio locis aliquammultis emendatior iure dici possit. *G. H. Schaefer.*]

cum labore doctissimus I. G. SCHNEIDER, qui fuerat in familiaribus meis, tum autem Argentoratum abierat. Erant qui in lyrico in patrium sermonem conuertendo desudarent; qui quidem conatus eam habet vtilitatem, vt multa sic melius perspicias quam singulis tantum locis ac verbis difficilioribus interpretandis; etsi idem facile homines eo adducit, vt, seu verborum ambagibus seu sententia vniuerse expressa, ea, quae obscura sunt, oblegantur potius quam aperiantur et illustrentur. Extiterunt, qui aut carmina singula ederent, aut plura vno volumine comprehenderent, adiectis quoque commentariis. *) Me ex iis profecisse multum, et in multis, de quibus minus recte statueram, sententiam mutasse, merito ac lubenter profiteor; vtpote qui beari me sentiam, si a iunioribus, multo magis si a familiaribus et discipulis meis, aliquid proponi videam, quod ipse non animaduerteram, aut quod melius ac disertius exponant ipsi. Quae enim laus maior esse potest litteras bonas profitenti, quam exiisse ex eius disciplina alios, qui ad maiora progressi sint, aut accepta ad alia rerum genera transtulerint?

Cum tamen in his virorum doctorum studiis haud pauca animaduerterem, quae sollerti magis commento, quam sermonis graeci ratione et indole se tuebantur: multo magis intellexi esse elaborandum in eo, vt orationis Pindaricae vim et vsum rite assequerer, vtque

*) Recensum eorum dederunt viri docti Harles. Biblioth. gr. Fabric. Vol. II. p. 26., Schummel, Blankenburg in addit. ad Sulzer. Eminuit inter eos, qui in Pindaro studium collocarunt, vir felicis ingenii et variis doctrinae copiis instructi, FRIDERICVS GEDIKE, qui nunc iisdem litteris, quas excoluerat, cura sua tuendis praeest.

carminum sententias singulas clare ac perspicue ante oculos ponerem, enodaremque difficiliora sic, vt et lyricae orationis vis haud obtunderetur et sententia ipsa esset aperta et expedita.

Quo in conatu fieri potuit, quod interdum accidere solet, vt, dum nimium subtilis essem, mihi ipsi nubeculas obiicerem, ab aliis facile dispellendas; etsi altera ex parte saepe viderim aliter sentientes ne caussam quidem difficultatis quae subsit perspicere solere, adeoque nec tollere; aut, interpretatione aliqua reiecta, proponere nouam, quae tamen nouam quoque reprehensionem, quam non videbant, haberet. Interea, vt grauiores saltem errores siue a me siue ab aliis commissos, nominum tamen mentione nulla facta, diluerem, ante hos septem vel octo annos *Additamenta* vulgaui.

Sub idem tempus nuntiatum est, deficere excusa prelo Pindari exemplaria, ita vt nec scholas lyrico interpretando per aliquot annos habere possem; itaque cogitandum erat de noua editione. Dum varia consilia animo verso: audio nouam editionem a viro doctissimo, Chr. D. Beckio, parari, adiectis Scholiis, quod valde probabam, notisque illustrantibus; prodiit quoque a. xcii. Volumen primum Olympia, et xcv. alterum Pythia et Nemea complexum. Deposui consilium meum; vti antea ab Apollonii Argonauticis eorumque Scholiis recensendis recesseram, et ex paratis copiis Brunckio, quae vellet, miseram. Cum tamen viderem post plures annos opus in incili haerere, et vel sic exemplaria paratu facilia et lectionibus habendis idonea deesse: coepi ipse consilia antiqua retractare, et constitui duplex exemplarium genus curare,

alterum scholis habendis accommodatum; sola Graeca complexum, alterum cum Scholiis et earum rerum apparatu, quibus is, qui poetam interpretatur, instructus magna difficultatum et molestiarum parte exsolutum se esse sentiat.

Iam in votis erat, vt liceret nouam totius operis formam describere, nouam Pindari recensionem parare. Huic vero consilio consequendo videbam vires, tempora, aetatem et otium, verbo, deficere omnia, necdum eo rem adductam esse, vt critica feliciter satis ac tuto exerceri possit; expendenda ac praeparanda superesse plura; omnino non nisi metris accurate constitutis de toto Pindaro constituendo cogitari posse. Quod itaque animo bene designatum habebam, numeris suis absolutum, facile intellexi relinquendum esse aliis felicioribus; mihi autem arripiendum esse consilium, cui exsequendo par essem; etsi haud nesciebam, quibus incommodis illud premeretur; retinendam enim mihi esse antiquam operis formam, retinendum esse variae lectionis apparatum, qualem priore opera institueram; ita vt prior editio fundus nouae esset, cui, quantum liceret, noua et meliora superstruerem. Nec tamen vel sic me nihil acturum esse putaui, si in retractanda, emendanda et locupletanda editione priore me continerem; quae bonae frugis in Additamentis haberentur, suis locis insererem et nouis copiis augerem.

Quae cum satis constituta animo haberem: curandum esse vidi, vt cetera consilio congruerent. Quandoquidem lectionem Pindaricam a capite ad calcem satis subtiliter emendatam redhibere non poteram: nolui nec mutare aliquid in locis singulis; nisi quoties mani-

festa vitia erant tollenda; apponere malui iudicium ac censuram in Var. Lect. et in Notis; nec pro arbitrio pronuntiare (molestum enim esse putaui) ne tum quidem, cum mihi viderer veriora reperisse; saltem non nisi caussis et rationibus appositis; sensus enim me meus docet, non vacare hoc superbia, si, in virorum doctorum dissidiis, quid tibi placeat, praecise pronunties, caussa iudicii tui, cur ita censeas, cur alia reiicias, alia admittas, non addita; id quod multo molestius accidit in critica, quippe in rebus tenuibus et exilibus occupata, quam in vllo alio doctrinae genere. Verum, vt dixi, aperte falsa corrigere haud refugi; exactam ad certas regulas dialectum Pindaricam restitui; nisi quoties animo aliis curis districto locus vnus et alter me fugit. *)

Videbantur mihi tanto maiore cura digna ea, sine quibus omnis emendandi impetus et conatus vanus est, (loca enim in Pindaro corrupta, saltem sic, vt sententia ex corruptela laboret, sunt paucissima;) ea scilicet, quae ad interpretationem facerent; vt, quod supra innuebam, carmen lyricum legatur quidem eo cum sensu animi et affectu, quem illud sibi postulat, sententiis tamen singulis satis perspectis et intellectis, nec, vt contenti sint lectores obscura aliqua nec satis explicita verborum ac sententiarum notione. Saepe enim legi et verti vidi Pin-

*) Ita effugit oculos meos Ol. IX, 91. *ἐφάψας*, quod esse debet *ἐφάψαις*, Ol. VII, 8. et X, 58. *τιμάσαις*, et P. III, 190, *ἐπιβρίσαις*. Porro genitiuos debebam forte pluribus locis dorice inflectere; vt Ol. XIII, 52. *μηνός τε τωὐτοῦ*, debebam exarare *τωὐτῶ*, — P. II, 170. *μηχανῶνταί*, forte *μαχανῶνται*: cum sit *μαχανὰ* pluribus locis, P. I, 79. III, 100. 194. etc. P. III, 47. *μηλοδόκῳ Πυθῶνι*, forte *μαλοδόκῳ*. Nam sunt *μᾶλα* aliis locis: vt Ol. VII, 116, Nem. VIII, 4. *γλεφάροις* pro *βλεφάροις*,

darica scite et eleganter, vt tamen aperte mihi constaret, nec verborum vim nec sententiae notionem claram ac disertam animis insedisse; satis visum esse, dummodo generalis aliqua enuntiatio redderetur. Cum tamen eos, qui ad Pindarum legendum accedunt, graecis litteris iam aliquantum imbutos esse credere par sit; porro cum relinquenda essent alia iis, qui lectiones aut recitationes in Pindarum instituunt; adiectisque nunc Scholiis multa ex his peti possint; mihi autem breuitatis studium cordi esset: continere me constitui interpretandis et illustrandis iis, quae aut minus recte passim esse accepta videram, vt tamen neminem refellerem nec aliorum dicta congererem, aut quae ipse difficiliora esse et obscuriora senseram. In his quidem postremo loco memoratis visum est versari sic, vt, quoties viderem manere sententiam ambiguam, nec rem ad liquidum perduci posse, varios modos exponerem, quibus sententia erui ac constitui posset; hoc enim modo effici posse, vt aut ipse veriorem rationem inuenirem aut ad eam eruendam et inueniendam aliis viam aperirem. Solet enim omnino in hermeneuticis et criticis vsu venire idem quod medicis in morbis medendis, vbi is, qui vltimo loco vocatur, remediis, quae iam ab aliis tentata fuerant, sibi narratis, facilius, interdum casu, incidere potest in nouum aliquod remedium, quod ceteris salubrius sit. Quae si recordaremur, modestius forte sentiremus de inuentis quamuis felicibus: nisi enim alii ante nos impedimenta remouissent, via nobis libera et expedita haud esset; ita partem gloriolae nostrae haud exiguam in rebus seu grauibus seu exilibus debemus aliorum, qui ante nos eadem tentauerant, erroribus. Omnino est admodum diuersa conditio eius,

qui interpretationem cum critica coniungit, et quidem per totum librum, et eius, qui criticam solam tractat, et desultorie, delibando quae voluerit, et subsistendo in iis locis, in quibus aliquid habet quod afferat; cum alteri, si quidem religiose officium boni interpretis tueri voluerit, necessitas imposita sit, ne quid omittat, quod aliis impeditum et obscurum esse possit. Magnam quoque in his vim habet ipsa aetas, et fieri potest, vt senectus timide nimium et caute molestias sibi aliisque creet, cum iuuentus calore abrepta, quae primo oculorum coniectui se obtulerunt, pro certis et exploratis habeat. Exhilaratum me sentio, si quem videam tam felicem, vt de nulla re, quam ipse protulerit, aut ipse ambigat aut ab aliis ambigi posse ac debere censeat.

Ceterum de Pindari interpretatione omnino ita statuo: cum ille, vt dixi, recte legi non possit, nisi cum sensu aliquo ad lyricum spiritum attemperato, spiritum illum interpretatione grammatica haud dubie frangi; antequam tamen cum sensu isto legi ille possit, grammatice poetam intelligendum esse; alioqui notiones obscuras, phantasmata vaga effrenique impetu ruentia, aegri somnia, ei affingi; expeditis autem iis, quae singularum sententiarum intelligentiam impedire poterant, instituendam esse alteram lectionem, cum fructu et voluptate saepius repetendam; ita tandem poetae sensu nos satis imbutos videri posse.

In varias partes trahebatur animus, quotiescunque lectio et critica ad rem metricam me vocabat. Bene perspexeram, in Pindaro vel maxime eam esse necessariam. refugiebat tamen animus, quoties ad eam accedere constitueram; videbam enim, rem esse quae multum otii

et studii sibi postularet; at alterum mihi deerat, alterum, vtpote in subtilitatis genere positum, quod cum rebus ipsis et sententiis parum habet cognationis, ab ingenio meo vix extorquere poteram. Incerta videbam praeterea pleraque: ab antiquioribus nihil ad nos de hac doctrina manasse, ne ab Alexandrinis quidem; qui tamen, quantum assequor, ipsi nec studium rei metricae antiquae nec notitiam habuere; ea autem, quae a serioribus grammaticis profecta sunt, noua esse commenta, nominibus ac vocibus pedum, versuum et metrorum obscurata; antiquiorum rem metricam coniunctam fuisse cum musica et saltatione, chororumque variis generibus; enimuero haec omnia ignorari; porro choris ea tradita fuisse sine metrorum, per litteras, signaue aut nomina, praescripto; sed solo exemplo praeeuntis poetae et choragi; atqui ea, quae solo oculorum auriumque sensu cognosci recte possunt, quomodo coniectando recte assequamur? Insidebat animo, Pindari metra, eorumque componendorum rationem debuisse esse simplicissimam, vt reliquorum veterum lyricorum; subtiliores enim et exquisitiores numerorum et modorum rationes non nisi per musicos cantus studiosius elaboratos, maxime in scena, accessisse nouimus; subrisurumque adeo esse Pindarum, si reuiuisceret, nominibus his mirificis metrorum auditis. Igitur ad priscae aetatis simplicitatem reuocanda esse omnia statuebam. Suauitatem numerorum in multis sentiebam, si ad numeros et ictus versus recitabam; at enim eundem versum saepe videbam non vno modo in diuersas formas recte dispesci; quamnam praeferendam dicerem, non habebam. Supererant alia, in quibus ratio et sensus aurium iudiciumque me desti-

tuebat. Ad aurium enim iudicium pleraque redire, facile erat ad assequendum; at non tam facile assequendum, quale illud Pindari fuisset, aut, si meum sequerer, qua auctoritate hoc stabilirem. Quomodo enim in sermone, cuius vsus et vera pronuntiatio ante mille annos exoleuit, de tono et accentu, de euphonia et eurhythmia sine haesitatione statuerem? multo magis, cum in ipsa Graecia, ab antiquissimis inde temporibus, non eadem vbique, nec per omnes aetates, nec per omnem Graeciam pronuntiatio obtinuerit? quid de Aeolum, Dorum pronuntiatione? quid de dialecto Pindaro propria? qua fide aliis persuaderem, quid Pindari auribus probatum fuerit, quid minus? In ipso patrio sermone videbam quam ambiguum et fallax sit aurium iudicium; multo magis in linguis aliorum populorum, e quibus nisi aduenas loquentes audieris, de tono et accentu iudicare nunquam licet; quid tandem in linguis, quarum vsus dudum interiit, audebimus? Graeca pronuntiat quisque ad sermonis sui patrii morem, tonum ac rhythmum; ex eo quisque suauitatem numerorum constituit. At quam diuersa haec iudicia esse videmus inter eos ipsos, qui eundem sermonem patrium habent! Mihi hiatus auditu sunt intolerabiles; alios iis delectari video. Mihi versus, qualis hic in Pindaro est, Pyth. I, 135. *σύν τοί τίν κεν* — omni barbarie horridior est; alios ad eum offendere non video. Auditum itaque meum, sensum et iudicium, aliis obtrudere refugiebam: inprimis cum, in quas turbas me committerem, facile praeuiderem. Haec recte an falso statuerim, nunc non quaero; ingenue tantum profiteor, quae me tenuerint, ne vlterius progrederer. Intelligebam tamen altera ex parte, necesse esse

aliquid, quod ponatur, hypothesin nostri homines dicunt, probabilem aliquam rationem, quae interea teneatur, donec certiora, si modo reperiri possunt, reperta fuerint; probabiliorem in multis ea, quam recentiores metrici sequuti erant; comparandis subtilius carminibus eorumque partibus, h. e. strophis et epodis.

Inter haec venerat in manus egregius D. Io. Aloysii Mingarelli libellus: *Coniecturae de Pindari metris.* Cum in his viderem fundum, cui, saltem ex parte, insistere liceret, applicui me ad senem venerabilem, et per litteras cum eo egi de argumento hoc; erat viri optimi tanta humanitas, vt non modo edoceret me quae vellem, verum vt etiam a Nic. Schow, qui tum Bononiae degebat, compellatus et edoctus, gratum se mihi ita facturum esse, offerret, quicquid ipse operae olim in metra Pindarica parasset. Opibus his a. xc. mihi ditato nihil deerat, quam otium liberale et animus aliis curis expeditus: qui tamen, ex loci mei et muneris rationibus, per omne inde tempus mihi defuit. Cum viri docti, qui iam grandaeuus, Bononiae, Abbas generalis, ad meliores abiit nec patriam suam nouis rebus turbatam vidit, cum eius, inquam, ductus litterarum sint minuti lectuque difficiles, meorum autem oculorum ea sit debilitas, vt non nisi magno cum dolore intentiori visui indulgeam: non licuit eo tempore plura tentare, quam vt schedulas sparsas ac solutas colligerem ac digererem, et potiora, quae se offerebant, excerperem. Nunc opes illas in bibliotheca nostra academica reposui, et aliorum vsibus reliqui.

Nam, cum ita, vt dixi, ambigerem, et, vt fieri solet in iis, quibus non satis confidimus, dum animus re-

fugit, rem ex die in diem procrastinarem, et metra excutienda in vltimum operae locum differrem: opportune euenit, vt viri doctissimi, GODOFREDI HERMANNI, liber *de metris Graecorum* prodiret: in quo videbam eum ita disputare, vt omnes ante se, etiam Mingarellum, superaret; neque esse alium, a quo expositio metrorum Pindaricorum tam feliciter tractari possit. Videbar nunc mihi actum agere velle, si post ea, quae ab ipso proposita erant, aliquid conarer; fuitque Pindaro fortuna tam propitia, vt, cum eum litteris adiissem, vellet in partes operae in Pindaro collocatae venire, et rem longe difficillimam in se recipere, precibus ille meis locum relinqueret; postulaui quoque hoc ab eo, vt, cum ex ipsis metris recte constitutis noua critices materia suppetitura esset, quicquid e doctrinae copiis aut ingenii acumine afferendum haberet, Pindaro impertiret; a me enim non meam, sed Pindari caussam et commodum in omni hoc negotio spectari. Quae quam praeclare ab ipso peracta sint, docet Commentatio de metris Pindari Vol. III. inserta; ita vt, si nulla alia in re de Pindaro bene meruerim, mihi haec saltem gratia maneat integra, quod virum doctissimum ad bene de Pindaro merendum excitaui.

Quae cum ita essent constituta, continui me in praescripto, et omnibus, quae de re metrica aut critica eram ad poetae calcem adiecturus, abiectis, ne turbarem aliquid aut aliqua in re molestus essem, perrexi ad Scholia emendanda. Latinam enim versionem satis habui corrigere in iis, quae manifeste a vera ratione abhorrerent. Scholiis exscribendis tradidi exemplar editionis Beckii: sustuli vitia cum librariorum tum operarum, quantum fieri potuit; adhibito Cod. Gottingensi, saltem in locis

suspectis, et ex eo, seu criticis de caussis, correxi plurima: in hoc tamen rerum genere rem inutilem esse credidi de quauis, vel leuissima, correctione monere, aut varietatem lectionis adscribere, vbi discrepantia ad ipsum poetam non faciebat, nec alium fructum afferre poterat. Alio enim loco habendus est auctor classicus, alio grammaticus: etsi in suo ordine inter praestantissimos habendus. Possunt tamen in eo codice adhuc latere, quae me fugerunt; et dignus ille videri debet, quem aliquis aetate iunior integrum comparet: sunt enim Scholia ampliora interdum, nec omni bona fruge vacua. Codicis descriptio infra dabitur.

Fragmenta Pindari mihi magis cordi sunt, quam forte aliis videbitur necessarium esse. Ego vero ita censeo, magno nos beneficio obstringere eos, qui scriptorum antiquiorum, quorum pleraque interierunt, omnes reliquias, quae quidem reperiri possint, conquirunt; multarum enim rerum origines, antiquissimam aliarum auctoritatem, multa exquisitioris litteraturae, in iis occurrere noui; illustrari alia, et ex iis digestis et illustratis multa scriptorum loca lucem foenerari. Lyricorum autem fragmenta ex strage poetarum huius generis seruata maioris etiam momenti sunt, quod et sermonis lyricorum, et metrices, et argumenti ab iis tractati vestigia subministrant. Collecta Pindari Fragmenta sunt incredibili cum labore a viro doctissimo, SCHNEIDERO, ante XXIII annos; facile ab eo impetraui, vt liceret ea retractare et huic editioni inserere, nouo cum instituto, vt ea collocarem alio ordine et digererem secundum scriptores, qui illa seruarunt; cum, si hoc nouarem, adiecto praeterea indice singulorum locorum, ita effecturum

me esse viderem, vt in promtu sit, si qua alia fragmenta se obtulerint, suis ea locis inserere, simulque reperire ea, quae iam in recensu facto habentur. Quae auxilia et subsidia cum antea deessent: potuerunt in SCHNEIDERI recensu desiderari, quae in eo latebant, et potuit esse, qui pronuntiaret, fragmentorum partem magnam SCHNEIDERVM fugisse; vellem vnum et alterum exemplum appositum fuisset! Carmina Pindari, e quibus fragmenta supersunt, memorata sunt ad calcem in *Ordine Fragmentorum.* Quorum praeterea carminum nomina a Suida aut aliis notata sunt, fide non vbique satis certa, ea videri possunt in Biblioth. Gr. Fabricio-Harlesiana Tom. II. p. 78 sq. hic ea commemorare opus non erat.

Ita nec necesse erat, vt de vita Pindari sollennia praemitterem, de qua cum eadem Bibliotheca adiri potest, tum SCHNEIDERI libellus extat. De indole et charactere carminis lyrici Pindarici egerunt multi; inter nos quidem post SCHNEIDERVM praecipue JACOBS in *addit. ad Sulzeri Theoriam art. elegant.* Nec vim lyricam commode satis hominibus nostris nisi vernaculo sermone exponi posse arbitrabar. Iis, qui antiqua curant, sufficiunt nota Horatii et Quinctiliani iudicia cum *grammaticorum notitiis.*

Reliquum erat, colligere ea quoque loca, quae passim in scriptoribus e Pindari Epiniciis laudantur; et habeo paratum huius generis numerum haud exiguum. Cum tamen pleraque sint versus sententiosi, ita repetiti, vt vsum seu criticum seu exegeticum vix habeant magnum, alia sint verborum singulorum notationes, in Etymologo, Hesychio, et aliis grammaticis, ad doctrinae

copias ostentandas haud inutiles, verum a consilio meae operae, vti illud circumscripsi, alienae: singularem his operam impertire nolui; vti nec ex animaduersionum et obseruationum criticarum libris et virorum doctorum commentariis conquirere, quibus quisque modis Pindarica tentauerit; vagatus essem extra oleas, enotassem multa nullo cum fructu, partim perperam coniectata, partim ea, in quae facile quisque in his litteris versatus et ipse incidat; forte etiam, si iudicium adiungere volebam, certaminibus me obiecissem, a quibus paullo prudentior quisque abhorret.

Cum Indices, qui in ed. Oxon. prostant, sint lacunosi, parumque diligenter confecti, sunt alii iam parati opera et studio docti iuuenis, *Raphaelis Fiorillo;* excreverunt tamen illi ad eam molem, vt Voluminis huius tertii Partem alteram constituant; neque ea quisquam Pindari studiosus aequo animo carere poterit. Sunt enim Indices tres: I. verborum, etiam in Fragmentis obuiorum, qui pro fundo omnis orationis poeseos lyricae haberi poterit, labore molestissimo elaboratus; II. Scholiorum; inserta vtrique notabilia e notis, etiam in Fragmentis et in libro de Metris; III. Auctorum veterum in Scholiis laudatorum, cum notatione ipsorum locorum et verborum illustratorum.

Descripsi ingenue formam operae meae, reddidique rationem eorum quoque, quae meditatus eram et animo designaueram, quae tamen aliis vt perficerent relinquenda esse videbam; curatum a me est, vt ad vlteriora pergentibus via sit expeditior, Scholiorum quoque vsu nunc a multis impedimentis liberato; quandoquidem existimo, hominum ordinis mei laudem aliquam esse

hanc quoque, si, quo ipsi peruenire nequeant, eo vt alii peruenire possint, effecerint.

Scripsi sub anni XCVIII. exordia, vtinam bonis litteris bene auspicata!

Restat nunc, vt e priore editione repetam ea, quae *de Pindaricae lectionis fontibus et riuulis* apposita erant; perscripta a. LXXIII. adiectis e seriori tempore *potioribus virorum doctorum studiis in Pindaro* collocatis.

* * *

Fundus Pindaricae lectionis vulgatae habenda est *editio Romana,* Zachariae Calliergi Cretensis opera emendata, qui *post Aldum* alios eosque emendatiores codices contulit, metrici quoque et scholiorum rationem habuit. *Calliergum* neglecto fere Aldo sequutae sunt edd. sequentes: *Cratandrina, Brubachiana, Morelliana, Stephanianae;* etsi in vna alteraque editione, virorum doctorum opera, nonnulla passim emendata, saltem immutata sint. Fuere autem ad manus editiones Pindari fere omnes; saltem eae, quae criticum vsum praestarent; eaque opportunitas, quae bibliothecae nostrae academicae debetur, non parui ad animum meum erat momenti, vt laborem hunc susciperem.

Stephanianarum autem *editionum* discrepantem lectionem deprehenderam multis in locis, donec illud animaduertere licuit: *alteram* a. 1566. nouum, sed haud paullo audaciorem, nactum esse correctorem, et ad hanc alteram, relicta priore, quae tamen multum praestat, exaratas esse editiones Stephanianas sequentes omnes, etiam Paulli Stephani Geneuensem 1599. 4.

At *Stephanianam priorem* repetitam intellexi in *Plantino-Raphelengiana* et *Commeliniana.* Stephanum autem suspicor exemplar quidem Morellianum tradidisse operis, passim tamen illud inter interpretationem Latinam, quam conficiebat, modo ex Cratandrina et Aldina, modo, multoque magis, ex ingenio et ratione critica emendatum.

Schmidium miratus sum Stephano seposito exemplar Cratandrinum repetiisse; hoc enim eum suis curis adornatum et suis emendationibus interpolatum operis tradidisse, multorum locorum comparatione deprehendi. Primus is fuit, qui post Aldum et Calliergum codices scriptos inspiceret, tres Palatinos et fragmentum Augustanum, de quibus paullo post, de ceteris autem scriptis editisque totoque apparatu Pindarico inferius nonnulla tradentur. Hoc loco monere satis est, virum doctissimum suam poetae recensionem fere totam ad rationes metricas, quamuis lubricas et saepe parum tutas, interdum etiam manifeste commentitias, exegisse; constituisse tamen plurima egregie, acumenque aliquod etiam tum praestare, cum iudicium mentis sincerum et subtile desideres.

Sequuti eum sunt *Oxonienses*, sed parum constanter; nam modo ei adhaeserunt, cum deserendus esset; modo deseruerunt, vbi acute ille et praeclare veram lectionem restituerat. Subiecerunt illi poetae verbis, praeter subiectas e Schmidio varias lectiones, alias e Bodleianis quinque codicibus enotatas, quibus tamen dubito an vlla in toto poeta lectio emendata sit aut emendari possit.

Pindarum mirari licet pro vetustate sua tam parum mendosum ad nos peruenisse. Scilicet vitia, qui-

bus foedati codices sunt, ad dialectum fere, alia ad metrum spectant; eorum autem mendorum, quibus sententia corrumpatur, multo minor quam in Virgilio et Horatio, vt hos potissimum memorem, est copia. Atque hoc illud est, quod saepe miratus sum, Homerum et Pindarum, adde Herodotum, antiquissimos scriptores, multo magis incolumes sincerosque esse seruatos, quam multos scriptores qui post C. N. vixerunt; vtenturque, si lubebit, eo argumento, qui de hebraicorum auctoritate defendenda satagunt. Potuit quidem, nec inficior, ipse orationis ad certos numeros et metra adstrictae periodisque sententiarum finitis inclusae habitus, etiam carminis obscuritas, contundere impetum librariorum, ne solita licentia grassarentur. Verum metrorum dimensiones et versuum distinctiones eiusmodi, quales nunc in editis habemus, non fuere in priscis voluminibus, continua fere verborum ambage et circumductu scriptis; vnde tam diversae versuum dimensiones natae sunt. Obscuritas autem sententiarum tanto molestior esse debuit librariis, cum nec intentatam eam reliquerint, dorica fere forma ad vulgarem, quantum per ipsos fieret, deflexa.

Notabile est in Pindari fortuna etiam illud, quod et paucissimi et admodum recentes huius poetae codices extant. Vix ad XL. exemplaria, quae vsquam seruentur, memorari video; quae integram *περίοδον* contineant, paucissima sunt, pleraque Olympia exhibent, alia aliam particulam: at ex iis multa sunt multo recentiora, quam vt vlla eorum auctoritas esse possit. Pleraque enim omnia ex saeculis XVI et XV. sunt: quae saeculum XIV. excedant, nulla adhuc vidi commemorata. Probabile itaque fit, casu seruatum aliquem codicem haec

tempora attigisse satis integrum, et protractum in lucem a pluribus descriptum esse. Corrupta autem multo magis Olympia sunt, cum Isthmiorum fine, quam Pythia et Nemea. Sed et in aliis scriptoribus hoc animaduertere licet, copia magna codicum integriorem et meliorem lectionem non facile praestari; contra e librariorum stupore vel oscitantia molestam variantis lectionis farraginem nasci, parum aut nihil profuturam, sed multo magis obfuturam etiam criticis studiis.

Quot et quos codices Aldus et secundum eum Calliergus expresserint, non constant. Nec iisdem eos libris per totum opus vsos esse liquido cognouimus. In Olympiis Aldus codicem recentem habuisse videtur, qui ad dialectum vulgarem plurima inflexisset et mutasset. Longe meliorem librum expressit in Pythiis et in Nemeis: alium, eumque satis corruptum, in Isthmiis. Calliergus vero in Olympiis statim emendatiores libros adhibuit, plura quoque ex Scholiis, quae primus apposuit, mutuatus est.

Omnes, quotquot Calliergum exceperunt, editores codicibus scriptis aequo animo caruerunt. Diligentior fuit opera Schmidii, popularis nostri, viri, vt erant ea aetate homines, accurate eruditi, qui tres Palatinos ex Elect. Palat. Bibliotheca Heidelbergensi nactus erat, quos Pal. A. B. C. insignire solet. Primus membranaceus fuit, quantiuis ille pretii, quantum quidem ex lectione enotata intelligere licet; alter et tertius chartacei, et exigui vsus et auctoritatis; tertius cum Aldino exemplari adeo conspirat, vt interdum dubitauerim, an inde transscriptus esset. Priores duo Olympia, tertius Olympia et Pythia continebat. Fragmenti Bibliothecae Augusta-

nae a Dav. Hoeschelio collati lectio ad paruam Pythionirum particulam spectabat. In Nemeis et Isthmiis scriptum librum omnino nullum habuit Schmidius; sed et in Olympiis et Pythiis pauca vidi, quae e codd. melius constituta essent a Schmidio aut constitui possent. Tandem nouos codices adhibere licuit editoribus Oxoniensibus. Apponemus ea, quae de illis passim ipsi obseruauimus.

Sunt igitur ii numero quinque, siglis suis notati, quas et ipsi seruauimus: Ms. Bodleianus, *C.* 71. *Ms.* Guil. Laudi, quem simpliciter Bodl. C. laudare solemus, tum notati *α.* etiam Laudi (qui et ipse Bodl.) *β. γ.* (est Baroccianus 67). Olympia omnes complectuntur, at Pythia nullus praeter C. et *γ.* et ille quidem in Pyth. quarta videtur deficere, hic autem *γ.* vsque ad Nem. III. procedere. Tertius hic satis bonus codex est, et in Pythiis fere cum Aldo consentit; sed reliqui vix digni erant, in quorum varietate enotanda viri docti tantam religionem praestarent, cum ea librariorum fere stupori aut studio sinistro dialectum ad vulgarem sermonem reuocandi debeatur.

Cum semel haec animaduersa a me essent, vtebar iis ad melius ordinandam et disponendam lectionis varietatem: contentus hoc vno, quod a principio propositum erat, vt transferrem, quae Oxoniensis editionis essent copiae criticae. Aldum inprimis diligentius comparabam, cum eum a nemine viderem curiose satis in partes vocatum. Cum tamen variae lectionis maiorem partem ad inanes quisquilias et ineptias librariorum indoctorum aut grammaticorum, dialectum poetae ad vulgarem sermonem deflectentium, redire intellexissem, vnde fructus

aliquis nec ad Pindarum nec ad me perueniret: taedio, quod ex enotatione capiebam, ne enecarer, quandoquidem ea, quae iam exhausta erant, gustum dare poterant, quantum satis esset, varietatis lectionis, quam codices, inprimis Bodleiani, suppeditant: sensim sensimque, et multo magis ab Olymp. inde X, 43. omittere coepi lectiones nimis leues et meras aberrationes dialectiue immutationes; nisi alia esset ratio critica, quae suaderet vt apponerem. Nam in Nemeis et in Isthmiis, ad quae nullus nec Schmidii nec Oxoniensium codex processit, atque etiam in Pythiis, quae duo tantum codd. alter Bodleianus γ. alter Palatinus C. complectuntur, Aldinae et Romanae comparandae multo diligentiorem addixi operam. Subinde etiam laboris per se tam parum iucundi taedium eo leuaui, vt, lectio si qua paullo memorabilior occurreret, ad eam illustrandam subsisterem, et breue iudicium, etiam de emendationibus Schmidianis et Pauwianis, subiicerem; multo vero magis tum, cum distinctiones sententiarum mutaueram, hoc mihi sumsi, vt ad enuntiationum poeticarum nexum pauca, et breuiter, adiicerem. Atque hac quidem parte operae meae me puto gratiam aliquam apud lectores Pindari iniisse, quod innumeris in locis prauas distinctiones, quibus sententiae poetae misere erant distortae fractaeque, plerumque tacite, sustuli. In tam concisis et, propositione vna et altera media omissa, abruptis hiantibusque enuntiationibus, quarum nexum non assequaris, nisi poetae magnos audacesque animi motus animo et ipse reuoluere, diuini afflatus tanquam auram alludentem concipere, lyricoque impetu calere possis, interpungendi ratio saepe est longe difficillima. Supersunt et mihi adhuc non pauca, in qui-

bus ad poetae sublimes sensus assurgere nequeo, vt statim Olymp. II, 96 sqq. Schmidium, etiam in interpungendi ratione, sequuntur Oxonienses, nisi quod multo etiam plura hac quidem parte ab iis deprauata sunt; Schmidius autem male Stephanum deseruit, qui multa melius distinxerat, prauo vero rhetorices studio, quo morbo illa aetas laborabat, ad dispositiones carminum delapsus, sibi ipsi neruos incidit compedesque ingenio iniecit, quo minus liberiora poetae vestigia sequi, *multa* vero *leuantem se aura*, ne ex longinquo quidem, prospicere posset.

Studium omnino meum acui meamque operam increscere vidi, quo magis virorum doctorum studia deficerent; quod in Pythiis statim, multoque magis in reliquis animaduertere licet: cum in Olympiis omnium opera calere soleat. Sunt tamen in Nemeis et Pythiis, etiam in Isthmiis carmina, quae Olympiis meo quidem sensu structurae felicitate et sententiarum grauitate praestant. Reliqua mea opera in eo versata est, vt carminum verba, quantum quidem litterarum formis fieri posset, exhiberem emendatissima: qua quidem in re studium suum commodarunt iuuenes duo eximii, graecisque litteris praeclare imbuti, Seminarii philologici Sodalitio in familiaritatem meam recepti, alter *Frid. Pauer*, ad lares Posonienses nunc reuersus, alter *Io. Benj. Koppe*, Dantiscanus, ante paucos dies inter Repetentes theologici ordinis adscriptus *): cuius industriae et acumini inprimis

*) Iucundissima animo insidet duorum horum familiarium memoria, alterius tamen non sine graui luctu. Nam prior quidem, *Frid. Pauer*, nunc Cancellariae Regis Princ. Elect. nostri rei militaris a secretis, Hannouerae floret, alter autem *Io.*

debetur, si, quod spero, nullo grauiore mendo foedatus est poeta. Traditum erat operis exemplar Glasguense, Oxoniensis apographum, sed correctio adhibita ex ipso Oxoniensi; praeter vitiosam interpunctionem sphalmata sublata sunt non pauca eaque satis grauia.

Grammatici, inprimis Alexandrini, fuere olim plures, qui Pindarum illustrarunt. Alii aliis locis passim laudantur; sed occurrunt adhuc Ammonii, Aristarchi, Aristodemi, qui eius discipulus fuit, Artemonis, Asclepiadae, Didymi, Dionysii Phaselitae, Chrysippi, qui in Nemea et Isthmia commentatus videtur, nomina in Scholiis, quae habemus. *) Sunt autem ea nihil aliud quam apospasmata ex veteribus grammaticis, adspersa passim codicum marginibus, et per insequentes aetates nouis aliorum obseruatis et commentis aucta, atque hinc iterum, modo cum delectu, modo prout fors librariiue festinatio vel oscitantia ferebat, in noua exemplaria varie transcripta. Ex iis exemplaribus, quae in Calliergi manus peruenerant, vulgata sunt Scholia quae habemus, *vetera* dicta, quibus multa praeclara fragmenta veterum grammaticorum nobis seruata sunt, quae si periissent, multa in Pindaro nunc ignoraremus. Nihil his Scholiis aliunde accessit, etsi repetita fuerunt in

Benj. Koppe, ingenii vi et acumine pollens, et ad exsequenda, quaecunque praeclara et vtilia visa erant, insigni ardore inflammatus, medio cursu abreptus est, accensendus iis, qui seu temporum seu rerum seu hominum vitio *plorauere suis non respondere fauorem speratum meritis.* Certe quamdiu melior sacrorum librorum, inprimis N. F. interpretatio, in laude habebitur, viri praestantissimi memoria erit integra et cara posteris.

*) Pleniorem nunc horum recensum habemus in Biblioth. gr. Fabricio-Harles. Tom. II. pag. 65 sq.

edd. Brubach. Geneuens. et Oxoniensi; nam, quae in hac variis lectionibus ad Olympia interspersa sunt brevia scholia et glossae interlineares e Bodl. codd., exigui aut nullius sunt momenti. Dubitari etiam potest, si aliorum codicum Scholia comparentur, an ex iis multa erutura sit virorum doctorum industria, quae vulgatis attexi et inseri mereantur. Subiecta sunt, statim in ed. Romana, ad calcem carminum Olympiorum *Scholia recentiorum*, quae vocant, Demetrio Triclinio, vt in fronte eorum notatum est, vulgo tributa. Id quod tamen et ibi parum liquida fide fit, et, nisi laciniae alienae passim insertae sunt, Scholio ad Olymp. XIII, 69. pag. 156. ed. Oxon. col. 1. f. refellitur, vbi auctor se de Iasone narrationem copiosius ad Lycophronem exposuisse ait. Factum autem hoc in vulgatis sub Tzetzae nomine ad Lycophronem commentariis ad v. 174. 175. vt adeo, nisi hinc ea transcripta sunt, vtrisque Scholiis idem auctor fuisse videatur. Multa in iis sunt grammaticorum seriorum commenta et minutae quaestiunculae; ad verborum tamen singulorum et sententiarum grammaticam declarationem haud pauca occurrunt, quae Pindari studiosos iuuare possunt. Eustathii etiam olim Commentarii in Pindarum fuerunt: quorum praefationem satis longam et eruditam manuscriptam in bibliotheca Basileensi se vidisse ait la Croze in ep. ad Io. Chph. Wolfium Thesaur. Epistol. T. III. p. 256. Quae tandem praefiguntur singulis carminibus Scholia *περὶ τῶν κώλων,* in Olympiis et prima Pythia antiqua sunt, reliqua a Triclinio confecta, qui et priora emendasse fertur. cf. Schol. p. 169. (p. 15. ed. Oxon.). In metris definiendis an vlla antiquiorum grammaticorum fuerit opera, pronuntiari nequit; si fuit vlla, librariorum incuria ea est inter-

cepta. Grammatici seriores de metris multum laborarunt, famane aliqua an ratione vlla ducti, incertum est; certe eos multa commenta attulisse, metrum ex vna alterave stropha constituisse, reliquasque typo metri semel confecto accommodare voluisse passim manifestum fit. Quae res toties transuersos egit, cum alios, tum Erasmum Schmidium, qui grauem obiurgatorem nactus est Pauwium, virum haud dubie graece doctum; sed, vt fastum intolerabilem et agrestem durumque animum viri superciliosi et stomachosi taceam, commentis grammaticis non minus nimium tribuentem, alia pro arbitrio agentem, noua somnia veteribus substituentem. In iis tamen accuratius disquirendis opera nostra occupari nec poterat nec debebat, vti nec in dialecto restituenda: in qua dubito an ad regulas ac praecepta satis tuto nunc res vbique reuocari possit.

Interpretatio in Pindaro nequaquam critica opera inferior est habenda, quin potius criticam subtilitatem, quae verborum et apicum vestigia rimatur, multis modis antecellit, multoque plura requirit, quae cum accurata non modo graecarum litterarum scientia, verum etiam cum ingenii aliqua vi, phantasmatum audacia, lyricoque afflatu et numerorum modorumque sensu coniuncta sunt. Quae quidem in vno homine esse facile omnia vix arbitror. Quo magis diuisis quasi operum vicibus conferenda sunt a singulis, quae pro virili quisque praestare potest. Itaque constitui olim aliquando alio volumine, si non commentarium perpetuum, locorum tamen praecipuorum illustrationem, difficiliorumque enodationem subiicere, et si qua alia, etiam critici generis, siue in enarrationibus publicis siue in virorum doctorum scriptis occurrerint, addere. Haud enim ignorabam in re-

centiorum criticorum scriptis occurrere nonnulla, in veteribus vero grammaticis alia, quibus lectio et sententia Pindarica illustrari aut confirmari possit; in his vero conquirendis nunc desidere nolebam. Recepit vero eam operam in se vnus ex familiaribus et sodalibus Seminarii philologici, *Io. Gottl. Schneider,* *) qui graecae exquisitioris alicuius doctrinae specimina iam publice proposuit, idemque, ex quo tempore nobiscum vixit, ingenium suum ad eam humanitatem finxit et expoliuit, quam hae litterae, quas profitemur, vel nomine suo a nobis exigunt. Idem doctissimus iuuenis fragmentorum Pindari collegit apparatum longe copiosiorem eo, quem primus post Mich. Neandrum ad calcem Aristologiae Pindaricae Stephanus, et secundum eum Schmidius cum Oxoniensibus vulgarunt. Indicis Pindari ad certam rationem conficiendi partem iam absoluit memoratus supra a me *Koppius,* ornatissimus iuuenis, qui idem versionem latinam passim emendauit, quam ex Oxoniensi editione Graecis vt subiiceremus ex librarii vtilitate fieri visum est. **) Scr. a. LXXIII.

* * *

Pindaricae lectionis fontes et riuulos paullo ante exposui. Quod vero pollicitus sum, me appendicis seu corollarii loco totum apparatum Pindaricum, quo instructus narrationem illam instituere potui, subiecturum esse: id nunc vt exsoluam necesse est. Feci hoc idem in Tibullo et Virgilio: neque enim aliter et criticorum

*) nunc Professor Academiae Francofurt. ad Viadrum, doctrina scriptisque celeb. nominis.

**) Quae sequuntur, perscripta sunt et adiecta *Interpretationi Latinae* a. LXXIV. emissae.

desideriis et vero etiam tot aliis rei litterariae vtilitatibus, quas prae vnius rei criticae studio aut negligere aut contemnere velle turpe est, consuli posse arbitror. Lectionis enim, seu textus vulgati, quem vocant, alicuius auctoris, origines et caussas nemo facile rite inuestiget, qui non editionum ante omnia diligentem recensum, operaeque in eo scriptore, transcribendo, vulgando, emendando vel corrumpendo, inprimis a renatis inde litteris, collocatae notitiam accurate elaboratam in manibus habeat.

Apponam itaque, iudicio meo, quoties opus esse videbitur, interposito, editionum recensum aliorumque libellorum notitias, qui ad Pindarum studiumque in eo illustrando collocandum aliquo modo spectare possunt. Ita et eorum desideriis satisfaciam, qui ad intelligendum et illustrandum Pindarum copias paratas habere volent; et iis, qui honestam voluptatem libris conquirendis aut notitiis eorum comparandis sequuntur, potestatem faciam, vt et ipsi, quid in copiis suis habeant, cognoscere, et quod a me praeteritum ignoratumue sit, explere possint. *)

Πινδάρου Ὀλύμπια. Πύθια. Νέμεα. Ἴσθμια. — subiecto Callimacho, Dionysio de situ orbis et Lycophronis Alexandra. (omnia graece) Venetiis in aedib. Aldi et Andreae Asulani soceri, mense Ianuario 1513. 8. fol. 373.

Praefixa est Aldi Manutii ad And. Naugerium epistola a Maittairio quoque redhibita Annal. T. II. p. 148. in qua signi-

*) Poteram forte opera hac nunc supersedere, remittendo lectorem ad Bibliothecam graecam Fabricianam a V. Cl. Harles locupletatam T. II. p. 68 sqq. Visa tamen res est cum consilio nostro ita coniuncta, vt omitti vix posset; et subiicienda ac corrigenda erant nonnulla, quae locum suum desiderabant.

ficat, primum hunc esse e scriptoribus graecis, quos excusos emittere constituerit;—Naugerio se inscribere Pindarum etiam propterea, *quia,* inquit, *sic delectaris hoc poeta, vt saepe eum tua manu accurate descripseris; puto, vt tibi magis fieret familiaris, tum vt edisceretur a te facilius et teneretur memoria tenacius.* Fieri ergo potest, vt inter recentiores codices sint nonnulli Naugeriano calamo exarati. Nec multum absum, quin ad hos, saltem tanquam fontes, referam Palatinum C. Bodleianum C. et Augustanum. Paullo post subiungit Aldus: *Commentaria autem in Pindarum et ceteros, quos ei adiunxi comites, nec non in Hesiodum, Sophoclem, Euripidem, Aeschylum, Theocritum, Oppianum, breui daturi sumus vno volumine.*

Quod volumen cum aliis Aldi meditatis intercidisse dolemus. In Olympiis eum recentiorem codicem, in Pythiis et Nemeis longe praestantiorem, nec minus veterem, sed corruptum, in Isthmiis expressisse videri, iam in praefatione monui.

Πινδάρου — (graece) *Impressi per Zachariam Calergi* (ita pro Calliergi, *Καλλιέργου* a *Καλλιέργης*) *Cretensem* — in aedib. Augustini Cisii (*τοῦ Κισίου*), eiusdem sumtibus, hortatu Cornelii Benigni Viterbiensis, opera et industria Zachariae Calliergi Cretensis, vt ex fine intelligitur. M. Augusti d. XIII. Leone X. regnante (a. III.) Romae, 1515. 4.

Praestantissima editio, in qua Scholia primum accesserunt, quorum partim comparatione, partim codicibus adhibitis lectionem Pindaricam praeclare emendauit vir doctus. Codices quidem vt diserte enumerati sint, frustra aliquis expectet; sed in Olympiis, Nemeis et Isthmiis meliores Aldinis, in Pythiis deteriores fuisse, vsu deprehendimus.

Hanc editionem omnium reliquarum esse fundum, argumentis innumeris constare vidimus. Expressit eam Cratander, Brubach. Morell. Stephan. sed emendatrice manu adhibita.

Praefatio in Pindarum extat in Stephani Nigri e gr. translat. pag. 79. Mediolani. Jo. de Castelliono. 1521. 4. sed in-

terpretationem illa Pindari, non editionem, indicit in Gymnasio Mediolanensi. Praefixi sunt octo versus Lampridii ad Cornelium Benignum, quibus eius munificentia (σοῖς, Κορνήλιε, δώροις) effectum docet, vt hoc opere graeco preli ope expresso vrbs princeps Roma opprobrio liberata sit, cui obnoxia erat *graecorum librorum typis excudendorum* incuria. Lampridius est Benedictus Lampridius, Cremonensis, Lascaris discipulus, quem Iouius commemorauit.

Florentiae expressum Pindarum Fabricius ex fide Conr. Gesneri (in Biblioth. vniuers. pag. 563.) memorat; sed perperam, id quod mihi nunc satis constare videtur.

Pindarus gr. sine scholiis. Basileae, per And. Cratandrum. 1526. 8.

Emendatissima editio, ad exemplar Romanum Jac. Ceporini opera emendatum, comparata quoque Aldina editione. Praefatus est Huldricus Zwinglius satis aequus pro theologo in Pindaricam Musam et pietatem; idem in epilogo adiuncto parentat Ceporini memoriae, qui opere vix profligato mense Decemb. 1525. studii intemperantia obierat. Nondum annus exierat, ex quo Gymnasio Tigurino litterarum graecarum Professor renuntiatus fuerat. cf. inf. ad 1556. 8.

Pindari Olymp. hymnus primus et secundus latinitate donati, Menrado Molthero *Interprete simul et paraphraste, apud Henricum Gran.* Hagenoae, 1527. 8. Maitt. T. II. pag. 690.

—— *e versione Io. Loniceri latina* (prosaica). Basileae, 1528. 8. *et ex altera recensione, cum enarrationibus e graecis scholiis et optimis quibusque vtriusque linguae auctoribus decerptis.* Basil. 1535. 4. (et forte iam 1532. quo anno praefixa epistola, in seqq. edd. repetita, scripta est.) *iterum excusae* Tiguri 1543. et 1560. 8 maj.

Est haec prima versio latina Pindari: cui deinceps meliores successere. Lonicerum de singulis verbis potius, quam de

sententiis fuisse sollicitum, iis quidem locis, quae inspeximus, facile intelligi poterat.

Italice versa Pisae 1531. *f. Pindari carmina* narrari video: sed corrupto numero. v. ad 1631.

—— *Olympia et Pythia graece.* Parisiis apud Wechel. 1535. 8.

Memorata vidi in Catalogo biblioth. Askew.

—— *gr. cum Schol.* Francofurti, opera et impensa Petri Brubachii. 1542. 4.

E Romana expressam esse liquido mihi constat; in margine variantes nonnullae lectiones adscriptae, sed ex ed. Ald. Emendatrix tamen viri docti manus in ea locasse videtur operam; ita v. c. Nem. V, 2. ἐλλινύσοντ᾽ ἐργάζε — partim emendauit, partim deprauauit ἐλλινύζοντα μ᾽ ἐργά —.

In Catal. impressor. bibliothecae Bernensis Tom. I. p. 338. etiam *Basil.* 1545. laudari video, quae nusquam alibi memoratur. Subiicitur tamen ea laudatis iam edd. 1535 et 1542.

—— *graece. Hae victoriae ad emendatum doctiss.* Jacobi Ceporini *exemplar collatae nunc exeunt* Basileae per heredes Andreae Cratandri 1556. M. Septembri. 8.

Nitida editio: sed mera repetitio Cratandrinae 1526.

Ad apparatum Pindaricum pertinet

Aristologia Pindarica graeco-latina: opera ac studio Mich. Neandri Sorauiensis. Basileae *per Ludouicum Lucium,* 1556. 8.

Quam, vt omnia doctissimi huius viri scripta, non sine magno fructu conferri a studiosa iuuentute posse iudico.

P. —— *per Phil. Melanchthonem latinitate donata Basileae per Jo. Oporinum,* 1558. 8.

Casp. Peuceri praefatio docet, calamo esse eam exceptam ab auditore in scholis a Melanchthone habitis.

P. —— *graece, sine schol.* Parisiis apud Guilielmum Morellum, in Graecis typographum Regium. 1558. 4.

Splendida editio: ad Brubachianum exemplar, sed a viro valde erudito, quem ipsum Morellum fuisse nullus dubito, esse curatam intellexi, Cratandrino tamen exemplari non adhibito.

Editionem gr. cum Schol. Paris. eiusdem anni memorat Fabricius, perperam et hoc, arbitror.

Odae nonnullae ad metra redactae reperiuntur in libro: *De generibus carminum graecorum Renato Guillonio auctore.* Paris. Andr. Wechel. 1560. 4.

Accedimus ad Stephanianas editiones.

Pindari — ceterorum octo lyricorum carmina — nonnulla etiam aliorum. Omnia Graece et Latine. Pindari interpretatio noua est eaque ad verbum. — Excudebat Henr. Stephanus *Huldrichi Fuggeri typographus* (Parisiis) anno 1560. octonis minoris formae, seu 16.

De his conf. Stephanor. histor. p. 246. Phil. Melanchthoni sunt inscripta, qui eodem anno XIX. Aprilis obiit. In altero Tomo post Alcmanis fragmenta *Πινδάρου μέλη* sequuntur, quae nulla alia sunt quam fragmenta.

Successit *Editio II. Graeco-Latina* H. Stephani, *recognitione quorundam interpretationis locorum et accessione lyricorum carminum locupletata* a. 1566. ead. f. (Paris.). Quae Tom. II. p. 433-468. (non 566.) subiecta sunt, in hac primum edit. accesserunt.

Ed. III. cum Is. Casauboni notulis, 1586. quas miror in seqq. edd. non esse repetitas. Eminere eam inter Stephanianas ait Gotth. Fridem. Loeber in Exerc. crit. in Pindari Olymp. Oden XI. Ien. 1743. sed est illa ad verbum expressa ex edit. II.

Ed. IV. — Excudebat Paulus Stephanus a. 1600. iisdem foliorum numeris expressa est ex secunda. Habeo in manibus *aliam Ed. IV. Lugduni apud Ioan. Pillehotte sub signo nominis Iesu* 1598. *ead. forma.* et sub f. *Lugduni ex typogra-*

phio Ioannis Hanard, alias Iamet a. 1589. ex Edit. Stephan. III. ad verbum expressam, nisi quod ad calcem Epistola Sapphus Ouidiana omissa est.

— *Ed. V. Oliua Paulli Stephani* 1612. mera est repetitio Editionis quartae, sed charactere et charta deteriore, vti et *altera repetitio* 1626. et

Editio VI. Ebroduni ex Societatis Heluet. Cald. 1624. Aliam Paulli Stephani v. inf. ad a. 1599.

Stephanum, cum primum Pindarum excudendum daret, Morellianum exemplar operis tradidisse multis locis manifestum fit, v. c. Ol. II, 78. 122. VIII, 50. IX, 39. 98. Sed comparauerat vir doctus Scholia et ed. Cratandrinam, quam sequutus est, nonnunquam etiam, vbi deserere eam debebat, v. c. Ol. II, 56. Nouum correctorem nacta est altera, qui nonnulla menda sustulit, alia etiam deprauauit. Eam tamen expresserunt Stephanianae reliquae omnes.

— *gr. lat.* Antwerpiae *ex officina* Chrph. Plantini. 1567. 8 min.

Ad verbum ex Stephan. prima est reddita.

— *opera omnia latino carmine reddita per* Nic. Sudorium (le Sueur) *et eiusdem commentarius in Nemea.* Parisiis, ap. Fed. Morellum. 1582. 8 min. et iam ante, vt memoratum video, 1575. 8.

Aliam video laudari Venetam hoc anno; vitiose, vt arbitror, vt et a. 1592. ap. Fabric. Memorant quoque

Pindarum cum vers. lat. et commentariis Sudorii. Venet, 1598. 8. corrupte et hoc, si quid video. cf. inf. ad 1623.

Franc. Porti *Cretensis Commentarii in Pindari Ol. P. N. I.* (Geneuae.) *Apud Joannem Sylvium.* 1583. 4. (non 1587. vt a nonnullis laudari video.) *Edidit filius, Aemilius, eo tempore Professor Lausaniensis.*

Interpretationes multas bonae frugis inesse posse nolo dubitare; sed delectus eius, quod tolli possit, plus otii postulare videtur, quam nobis quidem contigit.

Olympia graece, ap. Stephanum Prevosteau. Paris. 1568. 8.

Laudari ea video a Maittair. P. II. Ind. *Titulus,* inquit, *praefert etiam Pythia, Nemea et Isthmia; editio tamen, quam consului, Olympia tantum complectitur.* cf. mox a. 1600.

Commentarii absolutissimi in P. Authore Benedicto Aretio *Bernensi. Excudebat Ioannes le Preux.* 1587. 4.

Rarior, sed nullius plane vsus libellus, praeter ineptam ad rhetorum praecepta argumentorum analysin non nisi vulgaria complexus.

P. — graece, Lugduni Batauorum ex officina Plantiniana, apud Franc. Raphelengium. 1590. 8.

Eam ex Stephaniana prima expressam liquido cognoui. Vide v. c. Ol. VIII, 50.

Quarta Pythiorum Ode a Neandro vulgata hunc in modum: *Theocriti Idyllia — Pindari Lyricorum principis Argonautica. Cum expositione grammatica de ore Michaelis Neandri excepta.* Impensis Iacobi Apelii 1596. 8. Inscriptus libellus Guil. Budaeo, alumno disciplinae Ilfeldensis, tum in Academia Basileensi medicinae studioso, hinc medico Helmstad. et archiatro Ducum Brunsuic.

— gr. et lat. Latinam interpretationem M. Aemilius, P. Fr. Porti *C. F. Linguae Graecae Professor* (Heidelberg.) *nouissime recognouit, accurate repurgauit et passim illustrauit.* Apud Hieronymum Commelinum Elect. Pal. typograph. 1598. 8.

Splendida professio, nihil tamen praestitum, quam vt Stephaniana prima recuderetur. Altera parte, nouo titulo praefixo, qui interdum in fronte totius operis occurrit, Lyricorum fragmenta subiiciuntur cum Henr. Stephani diss. in Anacreontam, et hinc p. 171-191. *M. Aemilii Porti — breues in Eu-*

ripidem (voluit Pindarum dicere) *et aliquot Lyricorum poetarum fragmenta, dum opus typis mandaretur, notae raptim scriptae.* Sunt eae satis ieiunae et vulgaria recoquunt.

— *cum Schol. interpretatione latina ad verbum.* Oliua Paulli Stephani. 1599. 4.

Haec, quod mireris, editio intelligenda est, quoties Schmidius et Oxonienses ad Stephanum prouocant. Expressa sunt poetae verba ex Stephanianis aetate proximis; vnde etiam versio repetita. Tertia est editio, quae Scholia exhibet. In praef. ad Iac. Bongarsium *mendis scatentem se veterem editionem, quae saepe aliter in textu, aliter in scholiis scriptum habeat, emendasse* ait Paullus. Scilicet Brubachianam (nam Romanam ne inspexisse quidem videtur) ante oculos habuit eamque ad Stephanianam recensionem alteram correxit: est satis bona editio, et lectoris, qui criticam subtilitatem non sectatur, vsibus perquam accommodata. Expectabat Paullus adhuc Is. Casauboni obseruationes, quas tamen accepisse non videtur.

Aliam Paulli Stephani editionem Pindari a. 1600. quae *quarta* inter minores est, supra vidimus.

Etiam Parisiensem huius anni habemus foeturam huiusmodi: *Ex Pindaro Ecloga Graece e typograph. Prevostaei.* Paris. 1600. 4.

cf. Maittair. Annal. T. III. P. I. p. 837. Graece expressa typis sunt Olymp. IV. V. Pyth. VII. VIII. Nem. I. II. Isthm. III. V.

In apparatu Pindarico habendum quoque

M. *Aemilii Porti Lexicum Pindaricum.* Hanouiae 1606. 8.

Accommodatum illud est ad edit. P. Steph. 1599. Doctrina Graecanica grammatica multa in illo viro erat, sed nulla iudicii subtilitate subacta.

Editiones Steph. 1612 et 1626. et Ebroduneus. 1624. minore forma supra attigimus.

— *gr. lat. in Corpore poetar. Gr. Iac. Lectii* T. II. Geneuae 1614 f.

Tandem ad Schmidium peruentum est, editorum Pindari facile principem. Non vacat adscribere titulum libri, qui passim manibus teritur:

Πινδάρου περίοδος — opera Erasmi Schmidii *Delitiani, Graec. et Mathemat. P. P.* (Vitebergae) 1616. 4.

Idem, quod nos, sequutus erat institutum vir doctissimus, vt interpretaretur Pindarum lectionibus suis; sed paullo lentius processit. Nam in interpretatione sua Pindarica septem, et quod excurrit, annos consumsit, a. d. inde XXI. Octob. 1604. initio facto; Isthmia autem enarrare aestate demum a. 1611. aggressus est. Vulgauerat ille iam anno hoc 1611. *Pindari plus quam sexcentis in locis emendati specimen.* Inde missi ad eum sunt Iani Gruteri cura tres codd. Mss. ex Elect. Palat. Bibliotheca Heidelbergensi, de quibus supra p. XXII sq. diligenter dictum est. Sed idem antiquis edd. instructus fuit egregie; laudat edd. quatuor cum manu Viti Winshemii ad se missas, item Romanam; tum Aldinum exemplar Rittershusii cura emendatum, transcriptis quoque nonnullis a Ioach. Camerario in margine sui exemplaris adspersis. Sed Rittershusianas illas copias non adeo opimas fuisse, tum ex ipsa re iudicare licet, tum ex iis, quae a Loebero in supra memorata Exercitatione critica p. VIII. narrantur: nam vsurpauit ille librum eundem ex Cypriani theologi Gothani bibliotheca. Enimuero Schmidius, doctissimus vir, multo minus videtur tribuisse scriptorum vel impressorum librorum auctoritati, quam certis rationibus metricis, quas ipse sibi ex antiquo metrico, interdum metro ad arbitrium constituto, finxerat, acute vtique et docte, saepe tamen re nondum satis explorata, cum et ipse metricus vitio laboraret, aut perperam metrum constitueret, aut Schmidius metro ad vnam alteramue stropham, nonnunquam ad eam, quam omnium minime sequi debebat, constituto pariles nimis audacter refingeret. Itaque acerbe, et saepe scurrili licentia exagitatus est a Pauwio, pro istius aetatis more. Quam quidem maledicentiae et amarae insectationis infamiam a stu-

diis nostris, quae ipso nomine humanitatem profitentur, nunc *) esse depulsam magnopere gratulamur. Saltem doctus et aequus quisque iudex fatebitur, Schmidii acumine et diligentia infinitis locis emendatiorem nos habere poetam; tum in iis quoque, in quibus hallucinatur, ingeniose tamen et sagaciter hariolari virum doctissimum. Exemplar ante oculos habuisse et excudendum dedisse videtur Cratandrinum, deserto Stephano, quem non satis diligenter passim consuluit, vti nec Aldum et Calliergum; id quod merito mireris. Etiam scholia et metaphrasin interlinearem, quam binis ex Palatinis adiunctam fuisse ex Sylburgii Catal. Mss. biblioth. Palat. discere licet, neglexit. In commentario vero opera quidem eius est haud contemnenda, et doctrina praeclara, sed iudicium illorum temporum studia et exempla sufflaminabant. Cum enim recte hoc vidissent homines, in omni oratione, etiam ea, quam quis interpretetur, ad argumenti summam, rerumque tractationem ac dispositionem animum esse intendendum, nec, summa ac capite operis omisso, haerendum in singulis voculis et enuntiationibus: errarunt tamen in eo, quod omnem orationem, etiam poeticam, ad rhetorices praecepta, quae tum ex Melanchthonis vel Chytraei aliorumque libellis addiscere solebant, exigerent. Itaque poetam suum Schmidius ad rhetoricum schema reuocatum ab omni diuiniore animi vi et impetu prorsus deturbauit, et, dispositionis synopsi cuique carmini praemissa, humi afflixit tamquam pedestrem ex vulgo scriptorem: quo factum est, vt, etsi magna Graecarum litterarum copia instructus, contorte multa et inuito carminis lyrici Genio interpretaretur; vtque omnino in iis locis, quorum obscuritatem vel difficultatem vt tollas, sensus aliquis poeticae virtutis vel spiritus audacior et ad Pindaricam sublimitatem assurgens requiritur, infelix fere ille esset opera et interpretatione. In chronologicis, quae ad Olympiadas et Pythiadas spectant, Sethi Caluisii opera adiutus longius progressus est, quam illo tempore, stu-

*) Scripta haec erant a. LXXIV.

dio hoc vix inchoato, expectari poterat. Spem tandem fecerat vir doctissimus Lexici Pindarici, seu *Πινδαροταμείου*, cuius specimen proposuit in praefat. quod tamen intercidisse non dolemus.

Πινδάρου περίοδος — Io. Benedictus *M. D. et in Salmuriensi Acad. R. Linguae Graecae Prof.* — Salmurii 1620. 4.

Titulum operis promissis satis magnificum describere necesse non est; nec minus magnifice plurima pollicetur praefatio. Habebat tamen vir doctissimus, quae vere de se praedicare poterat: nam in interpretandis sententiis praeclara eius est opera, partim versione recognita et paraphrasi latina primum addita, partim ipsis commentariis, qui, etsi in iis multa vulgaria accumulata sint, bonae tamen frugis pleni, et praeclaro aliquo exemplo ita instituti sunt, vt lyrica oratio verbis vulgaribus graecis illustretur, ex scholiorum fere apparatu non sine iudicio excerptis; vt hac quidem parte, quae enarrationem attinet, Schmidio longe praeferendum arbitrer. Sed nec codd. scriptis, quod videri voluit, vsus est, nec contextum ad metri normam examinatum restituit: sed Schmidianum exemplar exscripsit; etsi operam iam ad Nemea perductam fuisse narrat, cum illud nancisceretur.

Pindari Ol. P. N. I. graece, sumptibus C. Morelli, typographi Regii. Paris. 1623. 8.

Tantum ex Maittairio T. III. P. I. p. 882. de ea constat: vt et de ea, quae sequitur:

Pindari Olympia, Latino carmine reddita per Nic. Sudorium. Sumptibus eiusd. eod. anno.

Ex Pindari odis excerptae genealogiae principum veteris Graeciae, gnomae illustres etc. studio Dauidis Chytraei. Rostoch. 1695. 8.

Male hoc; nam libro nunc inspecto video a. 1596. reponendum esse.

Peruentum est ad *Oxoniensem, curantibus Rich. West et Rob. Welsted.* 1697. fol. Modestiam et aequitatem virorum doctorum facile probes; etiamsi doctrinae subtilitatem, criticum acumen, et subactum in admittendis vel reiiciendis interpretationibus et lectionibus aestimandis desideres ingenium. Textum Schmidianum sequuti sunt, *nisi*, inquiunt, *numeri carminis, aut aliquid aliud, reclamarent.* Sed fatendum est, nec lyricorum metrorum rationes, nec Pindaricae orationis indolem viros praestantissimos satis esse assequutos, et modo damnasse, quae retinere, modo retinuisse, quae damnare debebant. Itaque interdum mihi ipse displicui, quod non ab initio statim lectiones perperam ab illis mutatas eliminare in animum induxeram. Variantes lectiones ex Schmidiana editione repetiuerunt, alias addiderunt, non quidem, quod quis expectabat, antiquis edd. excussis et comparatis: etsi *ex impressis plurimis edd.* varietatem lectionis petitam memorant: sed ex *Bodleianis codd.* exscriptas; de quibus tamen codd. nihil satis diserte narrant; quae ipsi obseruauerimus, supra exposita sunt. Versionem seruarunt ex Schmidiana, paraphrasin subiecerunt ex Salmuriensi editione, vna cum argumentis. Indicem locupletem ipsi confecerunt. Oxoniensium Pindari editorum desideratae ἀκριβείας specimen proposuit R. Dawes. Miscell. crit. Sect. II. p. 33-68. (ed. Burg. p. 37.). Pauwium minus acerbe cum iis agere interdum miratus sum.

Repetitus est contextus poetae ex hac editione, primum edit. Glasguensi, 1744, cum interpretatione latina; et graece 1754. 24. tribus voluminibus nitidissimis, et 1770. 8. 2 Voll. Adde Londini 1753. ap. Bowyer. Venet. 1762. 8. *)

*) Nuntiatum erat, V. C. *Richardum Chandler* nouam Pindari recensionem parare; verum ipse priuatis litteris mihi significavit, alienum se ab hoc consilio esse. Audiui tamen, ab eo curatam esse codd. Vatic. Pindari comparationem, et Guilielmum Clarke codices Marcianos quinque contulisse in Chandleri vsum. Monebo porro, ne in errorem incidas, *Jo. van der*

Veniunt tandem in recensum hunc

Jo. Corn. de Pauw Notae in Pindarum. Traj. ad Rhen. 1747. 8. tum praeter *vitam Pindari, Carminum Pindaricorum Fragmenta. Curauit Jo. G. Schneider.* Argent. 1776. 4. quae Volumini huius ed. tertio inserta sunt. *Friderici Gedike* autem ingenii doctrinaeque specimina in Pindaro in nostrum sermonem vertendo et illustrando annis LXXVII, LXXIX et LXXXVI supra iam memoraui, et nunc iterum debita cum laude memoro. Nec minus nouam editionem a V. C. *Chr. Dan. Beck* paratam Lipsiae: Olympiorum quidem XCII. 8. vna cum Scholiis et Obss. crit. et Pythia ac Nemea XCV. vna cum Scholiis. [*W. Fr. Hezels Erläuterung auserlesner Oden Pindars für Anfänger und ungeübte Lehrer —. Riga.* 1805. 8. Sunt Ol. I. II. IV. V. IX. XI. XII. XIV. P. I. Inepte et alieno loco argutatur in etymologia vocum. — *Obseruationes in Pindari Carmen Ol. I. Progr. Theoph. Frid. Welcker. Giess.* 1806. — *Pindari Ol. II. illustrauit M. Car. Gul. Theoph. Camenz. Penig.* 8. vid. *Leipz. Litter. Zeit.* 1806. 126. *St.* p. 2010. — *Gurlitti Progrr.*, quorum potiora v. ibid. 1807. 83. *St.* 1810. p. 618. — *Villoisoni Notae et Emendatt.* v. Acta Seminar. Lips. I. 1. p. 232. — *Uebers. v. Fähse. 2 Bde.* 1804. 1806. v. *Jen. A. L. Z.* 1808. N. 33. *Ex Schedis.*]

Si hic de re libraria ageretur, non de critica: laudandi essent et ii libelli, quibus passim inserta sunt singula carmina Pindarica. Sic Institutionibus Gr. *L. Clenardi* Ode prima repetita (ed. Sylburg. Frf. Wechel. 1598. p. 411.), Olymp. I. Pyth. VII. Nem. II. Isthm. III. in *Vorstii* vett. poem. gr. select.; item: Ode tertia in Hieronem a *Jac. Laureo* carmine donata, ad calcem Aeliani Var. Hist. latine ab eodem versarum, Ven. ap. Gabr. Iolitum 1550. 8. *Gotth. Erdm. Lbberi* Exercitatio critica in Pindari Olympicarum Oden XI. Ien. 1744.

Dussen Prodromum nouae Pindari editionis, Campis, 1769. 8. ad Epitomen Iliadis perperam hoc nomine inscriptam spectare.

quà paullo contortior versuum primorum istius carminis interpretatio affertur. De P. Odis coniecturae D. *Jo. Aloysii Mingarelli*. Bonon. 1773. *) Sunt forte alia, quae, dum haec scribebamus, memoriae non succurrebant: vt *Dammii* Lexicon Homerico-Pindaricum. Berol. 1765. opus Herculei laboris; in quo vtinam Pindarica seorsum ab Homericis vulgasset!

Vt versiones saltem verbo attingam, integrum Pindarum latinitate primus donauit *Jo. Lonicerus*, sub ann. 1528. hinc ex *Phil. Melanchthonis* scholis *Peucerus* vulgauit a. 1556. Meliorem interpretationem *Henr. Stephanus* dedit, ad verbum, vt ipse ait, et vt Philippinam in consilium vocaret: eam emendauit in editione altera, vnde in reliquas edd. fluxit. Eandem recognouerunt *Aemilius Portus* in edit. Commeliniana, et *Benedictus* in Salmuriensi, qui paraphrasin a se confectam adiecit. Nouam interpretationem Schmidius adornauit nimis ad verbum, sensu etiam obscurato, et poetica vi penitus sublata; retinuerunt eam *Oxonienses* vna cum Benedicti paraphrasi, adiecta ad calcem Sudoriana interpretatione versibus comtis et elegantibus, sed in quibus Pindarus ad Horatianos numeros, sententias et structuras reuocatus Horatium mentitur, Pindarum exuit.

Interpretationes recentiorum idiomatum sigillatim enarrare nec vacat, nec necesse est; inprimis, cum ad libellos remittere possim lectorem, in quibus illae diligenter recensentur. Italicam *Alex. Adimari*, admodum probatam Italis, quae Pisae 1631. (non 1531.) prodiit, aliasque nonnullas enumeratas videre licet in *Filippo Argelati Biblioteca degli Volgarizzatori* Tom. III. pag. 203 sq. Accessit nuper *Jo. Bapt. Gualtierus*. (conf. eiusd. praef. p. XI. XII.) Vulgati enim ab eo sunt:

*) Illo tempore, quo ista scribebam, nomine tantum et fama notae. Mox vero, cum eas lectione et vsu cognouissem, inter praestantissimos rei metricae magistros Mingarellum habere coepi. Curata est diligens eius censura in Philolog. Biblioth. Vol. II. pag. 650. 1774.

Ὀλυμπιονῖκαι. *I Vincitori Olimpici di Pindaro, tradotti in Italiane Canzoni ed illustrati con postille da Gianbatista Gautier.* In Roma, 1762. et Πυθιονῖκαι, 1765. 8 maj. graecis ex aduerso appositis.

Ornamentis libellus typographicis insignis est; nec deest interpretationi elegantia sua; sed graecae lectionis interdum ne vestigia quidem in Italo interprete videas, qui omnino ex latina versione et ex Adimaro sapere videtur. Laudatur tamen libellus certatim ab Italis. v. Argelati Biblioteca degli Volgarizzatori. Addizioni Tom. V. p. 614. 764. Sunt praeterea *Odi scielte di Pindaro di Gius. Mazari.* Sassari, 1776.

Gallicas, etiam singularum Odarum, interpretationes, cum iis, quae in Commentariis Academiae Inscript. et Elegant. Litt. occurrunt, videre licet ap. Abb. Gujetum *Bibliotheque Françoise* Tom. IV. p. 249. Inde a. 1754. *Les Olympiques de Pindare, trad. par Mr. de Sozzy.* 12. prodiere, vnde specimina, cum poetae aduersus obtrectatores defensione, inserta vidimus in libello non ineleganter scripto: *Discours sur la Poesie lyrique.* Paris. 1761. 12. (auctore Mr. *Gossart.*) *)

Superiore anno duo interpretes Gallici extiterunt Parisiis, qui certatim alter ad verbum interpretando, alter sententias omnino reddendo, in Pindaro vertendo et illustrando desudarunt. Alter est *Chabanon*, Academiae Reg. Inscr. et Elegant. Litt. Sodalis, qui, quae primum in Commentariis (Memoires de l'Academie des I. et B. L.) Tom. XXXII. et XXXV. vulgarat, superiore anno singulari libello emisit: *Les Odes Pythiques de Pindare, traduites avec des Remarques.* Par. 1772. 8. praemissa disputatione super carmine lyrico et Pindarico. Cum essent inter Gallos, quibus ea versio ad verbum facta nimisque adstricta Graecis videretur; successit alius vir doctus, qui liberiore spiritu efferri, et, sententiis ad Gallicae orationis genium reuocatis, Pindarici carminis vim assequi videri voluit

*) Diligentius haec nunc exposita sunt ab Harlesio in Bibl. gr. Tom. II. pag. 75 sq.

libro hoc: *Essai sur Pindare. Contenant une traduction de quelques Odes — avec une Analyse raisonnée et des Notes historiques, poetiques et grammaticales. Le tout précédé d'un Discours sur Pindare et sur la vraye manière de le traduire. Par Mr.* Vauvilliers, *Lecteur et Prof. R. pour la Langue Grecque.* Par. 1772. 8.

Probamus doctorum virorum studium, sermonis patrii amorem, iudiciique elegantiam, in altero etiam grammaticum acumen: sed nollemus vanam consumi operam in transferendo eo poeta, qui nullo modo alia lingua reddi potest; multo minus ea lingua, quae omnium maxime a Pindarica vi, audacia et sublimitate abhorret.

Inter Britannos *Gilbert Westii* interpretatio Odarum nonnullarum (Olymp. I. II. III. V. VII. XI. XII. XIV. Pyth. I. Nem. I. XI. Isthm. II.) Lond. 1749. 8. celebris habetur: cui successit *Henr. Io. Pye* et *Ed. Burnaby Green* docta opera in toto Pindaro redhibendo. Sed nec has nec Germanicas, quas habemus, interpretationes excutere et comparare satis diligenter licuit, vt quicquam de iis tuto pronuntiare ausim. *) Ex Dammii, viri doctissimi, totius poetae interpretatione non dubito adminicula interpretationis nonnulla passim peti posse, si quis in subsidiis externis bonas horas perdere, nec ex ipso potius poeta sapere maluerit.

Omnino equidem, qui laudem summam studio huic tribuo, operam, in lyrico poeta in patrium sermonem transferendo, ei, qui eam suscepit, video esse posse longe vtilissimam ad sermonem patrium poliendum et ornandum, poeticamque, lyricam inprimis, orationem locupletandam, ad excitandum ac fingendum instruendumque ingenium; factam autem iam versionem etiam consuli recte posse ab eo, qui ipsum poetam legat, partim in singulis locis; si modo ipsa poetae sententia expressa

*) Enumeratae hae versiones sunt in eadem Biblioth. gr. ab Harlesio l. l. pag. 76. 77. et a Blankenburg. ad Sulzer.

sit, non alia, vt saepe fit, in eius locum substituta; partim ad totius carminis structuram tanto facilius perspiciendam; lineas quoque et vmbram formae assequentur inde alii, quibus Venerem ipsam haud videre licuerit; sed fore, vt populares nostri Pindari gustum talem inde capiant, quo vel admirationem eius vel amorem concipiant, admodum dubito. Vt enim poetam intelligas, antiquas litteras animo complecti, rerum a poeta pertractatarum notionem habere, fabulas et historias, in quibus versatur, tenere necesse est: quae omnia qui habet, is ipsum poetam adibit; qui non habet, ex versione nihil intelliget; quatenus intelligere non est: verba, sed: sententias percipere; multo minus tali lectione delectari aut antiquorum hominum sensus induere poterit. Itaque qui in vertendo scriptore ingenioso operam ponit, multo magis sibi patrioque sermoni consulit, quam aliis, qui nec studium satis magnum ad antiqua haec cognoscenda adhibere solent; verbo, sibi quisque serit, populares parum inde metunt.

Nonnulla alia sunt, quae in penu Pindarico haberi possint. Sed si vtilitatem, non rerum solum copiam spectes, ex iis quoque, quae iam commemorata sunt, multa esse videas, quibus melius careamus. Disputationes habemus, inprimis Gallorum, multas super lyricorum veterum, interque hos praecipue Pindari, ingenio et indole; in iis quoque, quae quidem euoluimus, multa vidimus eleganter disputari. Sed iuuenum animos, his quidem disputationibus, ab ipsa Pindari lectione auocari nolimus. Pindari omnino lyrica vis, character carminis, et argumenti numerorumque ac modorum ratio, tam diuersam habent omnia indolem a ceteris, multo magis a Romanis et a recentioribus, poetis lyricis, vt diuersorum generum res comparare et contendere dicendus sit, qui Pindarum ipsum in his quaerere velit.

Non pigebit nunc extremo loco subiicere codicum nonnullorum notitias, quae, dum in studio hoc lectionis Pindaricae inuestigandae versabamur, nobis in manus venerunt. Iuuabit

vno tanquam obtutu subiectas recognoscere copias omnes Pindaricas, quibus temporum iniuria pepercit; etsi haud exiguam partem codicum sub ipsa typographiae inuentae tempora scriptam esse non obscuris indiciis constat. Eadem tanquam transitione facta, ad codicem, qui nuper nobis oblatus est, deducemur paucis describendum.

Non quidem iis de codicum aetate iudiciis, quae vulgo in librariis recensibus feruntur, multum tribuimus: esse tamen recentiores Pindari codices omnes, liquido apparet.

Medicea nouem scriptos codices habet, quos a Bandinio V. Cl. in Catalogo Codd. Bibl. Medic. Tom. II. p. 81. 128. 178. 195. 196. 197. 202. 203. 209. commemoratos videre licet. Omnes sunt recentiores, et plerique voluminibus iisdem plura alia, v. c. Euripidis, Hesiodi etc. complectuntur. Quatuor Olympia tantum cum scholiis exhibent, Saec. XIV. XV. XVI. scripti, iisque chartacei, vno bombycino excepto. Olympia et Pythia duo, Saec. XIV. scripti, alter quidem bombycinus, cum scholiis et glossis interlinearibus, sed in Pyth. quinta deficiens. Restant duo, qui cum Olympiis et Pythiis etiam Nemea et Isthmia continent: alter membranaceus Saec. XVI. sine Scholiis, alter chartaceus Saec. XIV. cum scholiis, quae vsque ad finem vltimae Isthmicae procedunt, vterque cum X. versibus, de quibus v. ad calc. Isthmiorum. Subiecta Pindaro sunt in vtroque volumine alia: in illo Hesiodi opera et dies; in hoc Theocritus, Lycophron et alia. Ex omnibus his codd. saltem vltimo loco memoratum accuratius inspectum esse vellem.

In Vaticana primum Pindari Olympia cum scholiis, tum eadem sine scholiis; decem Odas (nescio an Olympiorum) cum scholiis; porro integrum Pindarum; tum fragmentum ex bibliotheca Alex. Petauii; (cuius alius codex Pindari ad Is. Vossium et hinc in bibliothecam Leidensem peruenit) porro Pindari opera cum vetere Scholiasta, e biblioth. Reginae Succiae, Homeri Batrachomyomachia et aliis adiectis, memorata videmus a Montfauconio; et in bibliotheca Ottoboniana Pindari codicem

non antiquum. De Palatinis codd. supra vidimus. Praeter tres illos quartus in Vaticanam illatus esse debet, quem Sylburg. n. 99. memorat. *) Florentiae, praeter Mediceos supra memoratos, bibliotheca Monasterii Ord. Benedict. B. Mariae Pindarum cum scholiis Saec. XIII. scriptum: Patauii bibliotheca Theatinorum Olympia: Mediolani Ambrosiana codices seruat saltem tres: obscura enim sunt, quae de iis tradit Montfauconius: et alium bombycinum recentem. Venetiis bibliotheca Grimana **) alium recentem a Caesare Stratego scriptum: (vixit ille medio Saec. XV. Montfauc. Palaeogr. Gr. pag. 82.) S. Marci autem opes librariae primum habent chartaceum recentem, quo rhetoricis graecis aliisque praemissis subiiciuntur Pindari Olympia et Pythiorum pars cum scholiis Thomae Magistri et Manuelis Moschopuli, quae a vulgatis non diuersa videntur; duo alios chartaceos recentes Saec. XIV. quorum alter Olympia et Pythia complectitur; quartus Saec. XV. membranaceus, Aristophane praemisso, Pindari Olympia, Pythia et Nemea cum scholiis in margine ***); quintus tandem Saec. XIV. chartaceus cum Oppiano Olympia exhibet, scholiis iis-

*) Scripsit *Mingarellus* ad me litteris a. 1778. datis: "In Vaticana bibliotheca non quinque vel sex codices Pindari Odas aut omnes aut aliquas continentes asseruantur; sed triginta circiter, nisi memoria me fallit, oculis ipse meis olim vidi, quorum nonnulli perantiqui sunt, etsi decimo saeculo posteriores, plerique vero alii saeculis XIV et XV exarati." Porro in Bibliotheca Angelica Pindarum cum Scholiis saec., vt putant, XIV. perscriptum, chartaceum tamen, se inspexisse, litteris mihi mandauit b. *Siebenkees* Febr. xc. scriptis; conuenire eum fere cum ed. Basil. adeoque cum Aldina.

**) Falso hoc tradi, docuit me Morellius; fuit ille asseruatus olim in Bibliotheca SS. Jo. et Paulli: Montfauc. in Diario Ital. p. 48. et in Biblioth. Mss. pag. 479. Migrauit inde in Bibliothecam S. Marci.

***) Nemeorum non nisi Odae quatuor priores extant. Scholia sunt antiqua auctiora vulgatis, teste Morellio.

dem, quae supra memoraui, recentioribus instructus. De quibus Theupolus videndus. *)

In Escurialensi bibliotheca Pindarum, cum Lycophrone, Commentariis instructum, latere Montfauconius narrat. Accuratius tradita expectamus a Michaele Casiri. (Codicis Biblioth. Regiae Matritensis descriptionem dedit Iriarte p. 445 sqq.)

Codices Bodleianos quinque apud Oxonienses iam supra enumeraui. Nunc hoc vnum addam, Codicem ab Oxoniensibus C. 71. Ms. signatum, vna cum codice α, Guil. Laudi munere inter opes Bodleianas illatum esse. Praeter hos codices iam excussos habet bibliotheca Collegii S. Emanuelis Cantabrigiae Pindari librum scriptum, qui a Pythiis incipit: et ecclesia Westmonasteriensis alium, qui Olympia, Pythia et Nemea comprehendit. Etiam Pindari particulam cum scholiis possedit olim Th. Gale.

Inter Is. Vossii libros tres scriptos codices Pindari nacta est bibliotheca Leidensis, vnum bombycinum, Olympia cum scholiis, duo reliquos chartaceos, alterum Olympia, alterum Pythia cum iisdem complexos; omnes, quantum quidem intelligo, recentiores; qua de re tamen viris in litteris Graecis principibus, Valckenario et Ruhnkenio, nostri amantissimis, iudicium relinquimus.

Bibliotheca Regia (nunc Reip. Franc.) Parisiensis Pindari codices habet ad tredecim: vt mirum sit, nec Chabanonum nec

*) Omnes hi fuerunt olim Bessarionis Card. Accessit postea, quod me docuit humaniss. Jac. Morellius, codex Strategi paullo ante memoratus; et ex biblioth. SS. Jo. et Paulli alius cod. chart. saec. XVI. qui Olympia et Pythiorum Odas quatuor sine Scholiis continet. Specimen variae lectionis ex iis codd. Olymp. carminis primi a. XC. ad me misit idem vir optimus, humanitate inter viros doctos insigniter eminens, quod fidem facit iis, quae de horum codicum vsu suspicatus eram. Docuit me idem vir doctus, immerito me Theupolo tribuisse operam, quae Antonio Zanetio et Antonio Bongiovannio in Catalogo Mss. S. Marci conficiendo debetur.

Vauvillerium de inspiciendo libro scripto cogitasse. Omnes sunt recentes satis, nonnulli recentissimi. Plerique Olympia tantum, alii eadem cum Pythiorum parte, alii Pythia et Nemea, totum Pindarum tres tantum exhibent, vnus Saec. XV. alter XVI. tertius bombycinus ad Saec. XIII. spectare fertur, cum scholiis in margine et glossis inter lineas; vnus ille inter omnes ceteros, quem inspectum a viro docto et comparatum cum vulgatis esse velim. Est is n. 2403. Cleomedem Gr. aliaque habens eodem volumine comprehensa.

In Germania tandem Vindobonensis bibliotheca codices Pindari saltem quatuor: Olympiorum binos, alterum cum scholiis; et duo alios, qui omnia Pindari carmina exhibere narrantur: (omnes sunt recentiores, quantum ex Nesselii notitia biblioth. Vindob. assequi licet). Augusta autem Vindelicorum in bibliothecae publicae pluteis seruat codices quatuor a Reisero p. 78. 81. 83. in Indicem relatos. In primo Demosthenis Orationibus nonnullis subiectae sunt P. Odae aliquot. cf. Reiskium in praefat. Demosth. p. LXIX. LXX. atque haec fragmenta esse arbitror, quorum discrepantes lectiones ad Schmidium miserat Dav. Hoeschelius: cum eo tempore nondum alius scriptus Pindari liber in ea bibliotheca extaret. Alter *) Nemea, quem cum vulgata lectione compareт vtinam vir doctus vna cum Scholiis in Isthmia, laudatis Reisero p. 79. duo reliqui Olympia exhibent, vnus cum Scholiis, ab Adolpho Occone medico scriptus, alter cum glossis interlinearibus. Misit nuper ad me perhumaniter Reiskius varias lectiones cum scholiis, seu potius glossis, e codice Augustano papyraceo recente, quem hunc vltimo loco memoratum esse necesse est. Nec enim vltra Olympia procedit, et ex recentissimis est; cumque aut ex Aldina descriptum, aut cum illa et cum Palat. C. ac Bodl. C. ex eodem fonte fluxisse arbitror. **)

*) Esse hunc in amissis, nuntiatum mihi est.

**) Est quoque Codex recentior Olympiorum cum Schol. in bibliotheca acad. Lips. quod ex Loesner. praef. ad Hesiodum

Illatus nuper est in bibliothecam Georgiae Augustae Codex bombycinus, folio minore, vetustate et situ haud parum attritus, Olympia et Pythia cum scholiis complexus; subiectis Nicandri Theriacis et Alexipharmacis, in quibus permulta alio ordine, quam in vulgatis, exhiberi vidimus, itidem cum Scholiis. In Pindaro quidem Olympiorum prima ab alia manu in charta suppleta est, etiam in Pythiorum vltima viginti nouissimi versus. Saeculo XIII. vel XIV. et hic liber scriptus esse videtur. Interpunctione raro sententiae distinguuntur; litterarum compendia satis frequentia, multo magis in scholiis. Variorum doctorum virorum manibus liber versatus est; hinc et glossae passim inter lineas adspersae, et in margine nonnulla adscripta, quae fere ex recentioribus scholiis excerpta deprehendi. Quotquot quidem adhuc loca comparaui, pleraque vidi conspirare cum ed. Aldina; codicis autem Palatini C. varietatem fere vbique deprehendi; vt et in eam suspicionem inciderim, sitne noster hic codex ille ipse Palatinus? Verum retinet me non tam Schmidius, qui esse eum chartaceum tradit, quam Sylburgii narratio in Catalogo Mss. Graec. bibl. Palat. 40. Pervenit ille ad nos cum aliis ex copiis librariis Io. Nadleri, Duci Principi Saxon. Coburg. Meinung. a Consiliis Secret. et Senatus rer. eccles. Praesidis; a quo ex Italia eum apportatum esse, traditum accepimus. Firmat quidem et hic Codex id, quod in praefatione posui, ex scriptis libris, cum omnes tam recentes sint, Pindaro, antiquissimo poetae, parum auxilii videri esse expectandum: paullo plus ex critica subtiliore, accuratiore sermonis lyrici et dialecti, qua vsus est, tractatione, et glossographorum ac grammaticorum aliorumque veterum scriptorum, qui verba ex eo laudant, inspectione; forte etiam ex diligentiore rei metricae studio. Curabo tamen, vt codex hic diligenter

didici. Alium Cizensem video ab Hermanno inspectum esse. Alium in bibliotheca Norimbergensi notatum a V. C. *Murr* (*Beschreibung von Nürnberg* p. 95.).

cum vulgatis comparetur: nec, ne nullus omnino inde fructus proueniat, verendum esse video. *)

* * * * *
* * * *

Omnino hoc aliqua cum fide nunc tradere posse mihi videor:

Saeculo XIV. classem codicum exaratam esse, qui Olympia et Pythia complectuntur cum scholiis τῶν νεωτέρων. Sunt hi νεώτεροι Thomas Magister et Manuel Moschopulus Cretensis. Inde per Saec. XV. inuasit studium describendi Pindari multos viros doctos, plerumque e codd. illis recentibus; quod et obtinuit sub primordia Saec. XVI. antequam Aldina editio (1513) poetam typis redditum euulgauit. E qua classe sunt codd. Bodl. A. B. Aug. et plerique alii. Prioris generis vnus ab amico, cui vel nomine non adiecto gratum me profiteor, doni loco acceptus, et a me bibliothecae academicae illatus est, quaternionibus: complectens Olympia cum Scholiis recentiorum solis: charactere admodum minuto exarata. Inter lineas rubro colore, magna tamen ex parte tam subpallido, vt meos oculos litterae fugerent, adscripta est glossa perpetua. **) Cum pluribus locis comparatis intelligerem conuenire codicem cum ceteris huius classis, nolui tempus consumere comparatione totius codicis instituenda. Scholia comparaui multis in locis, passim

*) Curatum id est in Bibliotheca philologica Gottingensi, 1779. Vol. I. p. 8 sq. et 1780. Vol. II. p. 45. Cum varietatem eam iam enotatam in editione Beckii viderem eamque studiose pertractatam persuasum haberem: nolui in ea iterum expendenda operam ingratam consumere.

**) Eodem rubro in capite Carminis I. scriptum legitur: τοῦ σοφωτάτου Κυρίου Θωμᾶ τοῦ Μαγίστρου καὶ τοῦ Μοσχοπούλου Κρητὸς Μανουὴλ σχόλια ὅτι ἐνθάδε ἔχει ἀρχήν. σημειώσεις τοῦ Μοσχοπούλου. Ad calcem codicis subscripta sunt: ἐτελειώθη ἡ βίβλος αὕτη διὰ χειρὸς ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ Γρηγορίου. A Gregorio igitur aliquo monacho scriptum esse librum discimus.

etiam ex codice emendatiora apposui. Quae Scholiis praemitti solent, de vita Pindari et de metris, videntur fere ex hac codicum classe fluxisse. Ita quoque conuenit cum nostro hoc codice codex Matritensis ap. Iriarte n. CXII. p. 445 sq. Poterit alius me iunior et oculis valentior, cui quidem prospectus vitae longior suppetit, librum totum comparare; etsi fructus ex tali labore vix alius vberior expectari potest, quam vt lectiones enotentur, quas alii iam ex aliis libris notatas modo bonas modo prauas redhibuerunt; nouas aut meliores lectiones quae fortuna propitia offerre possit, non video.

Ita quoque vidi rem se habere in aliis codicibus, quorum aut lectio varians, aut specimina ad me missa sunt humanitate virorum doctorum, quorum nomina honoris caussa appono.

Varietas lectionis e codd. binis chartaceis Saec. XV. bibliothecae Synodalis Mosquensis Pindari Olympia complexis. Prior varios alios libellos poeticos continet, alter scholia habet adiuncta: "auctores Scholiorum notantur Moschopulus et Tho- „mas Magister. Ex horum scholiis intelligitur, multa ab ipsis „in contextu mutata esse propter metrum."

A V. C. Io. Aloys. Martyni-Laguna varia lectio docte et subtiliter excerpta, ex Fragmento Olymp. X-XIV. quod in bibliotheca Zuickauiensi seruatur.

Variam lectionem carminis I. Olymp. e codd. Marcianis Ven. iam supra commemoraui.

E recentissimis est codex chartaceus olim bibliothecae Rostgaardiensis, nunc bibliothecae Regiae Hafniensis, e quo specimen lectionis var. trium priorum carminum a. XCI. ad me misit B. G. Niebuhr, Carsteni filius, cuius ingenio et studio mirifice tum delectabar. Continet Olympia, sed carmen XIV. deficit.

Alius Codex chartaceus, quaternis, nitide scriptus, e bibliotheca Ducis Sereniss. Brunsuic. Guelpherbytana, quem in-

spiciendum mihi eximia cum facilitate concessit meritissimus bibliothecae praefectus, *Ern. Theod. Langer:* erat ille olim Nic. Heinsio dono missus a Carolo Dati. Complectitur Olympia et Pythia.

Quae ex his ac similibus enotantur, sunt tantum non omnia varietates e neglecta dialecto, versuum modulo longiore seu breuiore, insertis vel omissis particulis δε, γε, τε, et similibus.

VITA PINDARI

PER ANNOS DIGESTA

CVM

NOTATIONE VICTORIARVM

QVAE

EIVS CARMINIBVS CELEBRATAE SVNT

PROBABILI.

Olymp. 65, 1. ante Chr. 520. natus Pindarus. Suidas Ol. 65. Idem pugnae Salaminiae anno quadragenarium fuisse ait. Corsini Fast. Att. Tom. II. p. 64. et Tom. III. p. 122. subtilius ex verbis Plutarchi Sympos. VIII. qu. 1. p. 717. D. *ὁ Πίνδαρος ἐν Πυθίοις γενόμενος* ad annum III. reuocat, adeoque ad a. 518. Ita vero in Olymp. 75, 1. nondum a. 39. attigerat.

aet.	*Olymp.*	*Pyth.*	*a. C.*	
22.	70,3	22	498	victor Hippocleas Pyth. X.
30.	72,3	24	490	Xenocrates Pyth. VI.
				Annus pugnae Marathoniae.
				Eadem Pythiade vel 25 Midas tibia Pyth. XII.
32.	73,1		488	Epharmostus Ol. IX.
36.	74,1		484	Agesidamus Ol. X. et XI.
40.	75,1		480	Pugna Salaminia.
42.	75,3	27	478	Hiero celete Pyth. III.
44.	76,1		476	Asopichus Ol. XIV.
46.	76,3	28	474	Megacles Pyth. VII.
				Telesicrates Pyth. IX. At Hiero perperam ad h. a. refertur.
48.	77,1		472	Theron Ol. II. et
				Ergoteles dolicho Ol. XII.

aet.	*Olymp.*	*Pyth.*	*a. C.*
50.	77,3	29	470 Hiero quadrigis Pyth. I. forte et II.
54.	78,3	30	466 Telesicrates Pyth. IX.
56.	79,1		464 Xenophon stadio Ol. XIII.
58.	79,3	31	462 Arcesilaus Pyth. IV. et V.
60.	80,1		460 Alcimedon Ol. VIII.
66.	81,3	33	454 Thrasydaeus Pyth. XI.
68.	82,1		452 Psaumis Ol. IV. et V.
74.	83,3	35	446 Aristomenes Pyth. VIII.

Eidem anno mortem Pindari assignat Corsini ad Olymp. 80$\frac{2}{1}$. (vitio an errore Ol. 82. 3.) v. diss. IX. Tom. II. pag. 50 sq. 62 sq. De anno mortis varie traditur et statuitur inter Olymp. 78,4. ad Olymp. 87. Fuit Aeschyli aequalis; minor natu Simonide, maior Bacchylide. conf. Grammaticos de vita Pindari Vol. II. in fronte Scholiorum p. 155. Vixit serior Alcmane ad 150 annos, Alcaeo ad 100, Stesichoro ad 50 annos; vt serior, ita politior lyricis ceteris.

CARMINA PINDARI

CVM NOTATIONE
VICTORIARVM ET ANNORVM
AD QVOS EAE PROBABILITER
REFERRI POSSVNT.

OLYMPIA.

I. *In Hieronem Syracusanum*, celete.

f. Olymp. 75, 1. a. C. 480. Perperam Schol. Olymp. 73, 1. a. C. 488. At Gelo frater hoc anno quadrigis vicit: secundum Pausan. VI, 9. 52. dictus Gelous, nam Syracusas nonnisi a. 4. Olymp. 73. occupauit. Olymp. 75, 3. successit Hiero: ita Diodorus. De dissensu aliorum v. Corsin. ad Olymp. 75, 1. Hiero iterum vicit Olymp. 78, 1. ap. Schol. [Schneider. ad Xenophont. Hieron. p. 222. — X annos ἐτυράννευσε, v. Aristotel. de Rep. II, 12. *Ex Schedis.*]

II. *In Theronem Agrigentinum*, curru.

Olymp. 77, 1. a. C. 472. Schol. cf. Isthm. II, 41.

III. *In eundem:*

eademne an alia victoria, incertum.

IV. *In Psaumidem Camarinaeum*, quadrigis.

Refertur ad Olymp. 82, 1. a. C. 452.

V. *In eundem:* eadem Olymp. quadrigis, mulabus, celete victorem.

Schol. ad Ol. V. pr.

VI. *In Agesiam Syracusanum*, mulabus.

Schol. Olymp. 83 vel 84. (a. C. 448. 444.) immo Hierone regnante Olymp. 76. (a. C. 476.) 77 vel 78. Corsini Olymp. 77. cf. Fast. Tom. II. p. 62 sq.

VII.* *In Diagoram Rhodium,* pugilatu.
Olymp. 79, 1. a. C. 464. Schol.

VIII. *In Alcimedontem Aeginetam,* lucta inter pueros.
Olymp. 80, 1. a. C. 460. Schol.

IX. *In Epharmostum Locrum Opuntium,* lucta.
Olymp. 73. a. C. 488. Schol. ad v. 15. Idem victor Pyth. 30. Olymp. 78, 3. Schol.

X. et XI. *In Agesidamum Locrum Epizephyrium,* pugilatu inter pueros.
Olymp. 74, 1. a. C. 484.

XII. *In Ergotelem Himeraeum,* dolicho.
Olymp. 77, 1. a. C. 472. Schol.

XIII. *In Xenophontem Corinthium,* stadio.
Olymp. 79, 1. a. C. 464. Diodor. et al. Eodem die pentathlo. Schol.

XIV. *In Asopichum Orchomenium,* stadio inter pueros.
Olymp. 76, 1. a. C. 476. Schol.

PYTHIA.

I. *In Hieronem Aetnaeum,* quadrigis.
Pyth. 29. (Olymp. 77, 3. a. C. 470.) Aetna deducta Olymp. 76, 1. a. C. 476.

II. *In eundem,* quadrigis.
Eadem, an alia, Pythiade, non satis constat.

III. *In eundem,* celete.
Pyth. 27. vel seq. (Olymp. 75, 3. a. C. 478.) Idem vicerat celete Pyth. 26. Olymp. 74, 3. a. C. 482.

IV. *In Arcesilaum Cyrenaeum,* quadrigis.
Pyth. 31. (Olymp. 79, 3. a. C. 462.) Schol.

V. *In eundem,* curru.
Eadem Pythiade, ait Schol.

VI. *In Xenocratem Agrigentinum,* quadrigis.
Pyth. 24. Schol. Isthm. II. pr. Ol. II, 88. 90. (Ol. 72, 3. a. C. 490.) Vicit quoque Olympicis ludis, forte Olymp. 72, 1. Schol.

VII. *In Megaclem Atheniensem,* quadrigis.
Pyth. 28. (Ol. 76, 3. a. C. 474.) cf. Corsin. P. I. p. 60.

VIII. *In Aristomenem Aeginetam,* lucta inter pueros.
Pyth. 35. (Olymp. 83, 3. a. C. 446.)

IX. *In Telesicratem Cyrenensem,* armatorum cursu inter pueros.
Pyth. 28. (Olymp. 76, 3. a. C. 474.) Idem Pyth. 30. Olymp. 78, 3. a. C. 466. victor stadio. Schol.

X. *In Hippocleam Thessalum,* diaulo inter pueros.
Pyth. 22. (Olymp. 70, 3. a. Chr. 498.) Schol. Etiam Olymp. 72. et Olymp. 73. vicerat. Schol.

XI. *In Thrasydaeum Thebanum,* stadio inter pueros.
Pyth. 28. (Olymp. 76, 3. a. C. 474.) et iterum Pyth. 33. (Ol. 81, 3. a. C. 454.) Schol. qui et adnotat, eundem Pyth. 28. (Ol. 76, 3. a. C. 474.) puerum diaulo et stadio vicisse.

XII. *In Midam,* tibia.
Pyth. 24 et 25. (Olymp. 72, 3. a. C. 490. et Olymp. 73, 3. a. C. 486.)

NEMEA.

I. *In Chromium Aetnaeum,* quadrigis.
forte Nem. 48. (Olymp. 76, 4. a. C. 473.)

II. *In Timodemum Atheniensem,* pancratio.

III. *In Aristoclidam Aeginetam,* pancratio.

IV. *In Timasarchum Aeginetam,* lucta.

V. *In Pytheam Aeginetam,* pancratio inter pueros.
cf. Isthm. V, 21. VI, 4. Schol. VI, 89.

VI. *In Alcimidam Aeginetam,* lucta puerorum.
Praxidamas auus victor fuerat lucta Ol. 59. a. C. 544.

VII. *In Sogenem Aeginetam,* pentathlo inter pueros.
Nem. 14. (Olymp. 79, 2. a. C. 463. ex computo Corsini Diss. Agonist. p. 52. 53. vt prima Nemeas procedat ab Olymp. 72, 4. a. C. 489. anno post pugnam Marathoniam; seu Nem. 53. ex antiqua computandi ratione.

VIII. *In Dinidem Aeginetam*, stadio.

IX. *In Chromium Aetnaeum*, quadrigis, in Pythiis Sicyone habitis.

X. *In Thiaeum Argiuum*, lucta, Argis in Hecatombaeis.

XI. *In Aristagoram Tenedium*: inito magistratu.

ISTHMIA.

I. *In Herodotum Thebanum*, quadrigis.

II. *In Xenocratem Agrigentinum*, quadrigis. Ad Thrasybulum eius filium.

III. et IV. *In Melissum Thebanum*, quadrigis et pancratio. vid. Not.

V. *In Phylacidam Aeginetam*, pancratio. Post pugnam Salaminiam Olymp. 75, 1. a. C. 480. (v. 63.)

VI. *In eundem*, pancratio.

VII. *In Strepsiadem Thebanum*, pancratio. Post pugnam Salaminiam Olymp. 75, 1. (ex v. 34. v. Corsin. Tom. II. p. 62. 63.) nisi ad bella antiquiora inter Thebanos et Athenienses spectat locus: Ol. 69. a. C. 504 sq.

VIII. *In Cleandrum Aeginetam*, pancratio. Post eandem pugnam Salaminiam (v. 9 sq.).

Ο Λ Υ Μ Π Ι Α.

ΟΛΥΜΠΙΑ

εἶδος α΄.

ἹΕΡΩΝΙ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙῼ

κέλητι.

Argumentum.

Omnium certaminum primarium ac princeps est Olympicum, in quo victoriam celete retulit Hiero, carmine celebrandus 1 — 37. Sequitur digressio de Pelope, qui Pisam olim et Olympiam occupauit et intra Altin pro heroe colitur — 159. Redit poeta ad laudes victoris, et facit bona vota — ad f.

Στροφὴ ά. Κώλων ιζ.

Ἄριστον μὲν ὕδωρ· ὁ δὲ
Χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ
Ἅτε διαπρέπει νυ-
κτὶ μεγάνορος ἔξοχα πλούτου·
Εἰ δ' ἄεθλα γαρύεν
Ἔλδεαι, φίλον ἦτορ,
Μηκέθ' ἁλίου σκόπει

Variae Lectiones.

5. εἰ δὲ ἐσθλὰ γ. emendabat Pauw, parum feliciter, dum vim lyricam non assequebatur. 7. μηκέτ'. ἀελίου Ald. et Palat. C. emendatum iam in ed. Rom.

Notae.

Hiero Dinomenis f. equo celete victor Ol. LXXIII. a vetere Grammatico traditur; perperam, quantum quidem ex multis rationibus intelligi potest. Syracusanus certe adscribi non potuit ante Ol. LXXIV, 1. qua Gelon frater Syracusas occupauit, Gelae dominatione Hieroni relicta. Videtur adeo Ol. LXXV. victoria haec Olympiaca reportata esse. cf. Pyth. I. II. III. Diodor. XI, 38. 48. 49. (et ad e. l. Wessel.) 67. 68. Pausan. VI, 12. p. 479. et 480. Anthol. Steph. p. 506. et Anal. Brunck. Tom. III. p. 174. CXVIII.

1 — 12. *Inter certamina Olympiacum eminet, vt inter elementa principatum tenet aqua, inter metalla aurum, inter astra sol.* Haec esset vulgaris oratio: quam, vt poeta lyricus, invertit. ἄριστον: inf. Ol. III, 75. ἀριστεύει, *principatum tenet*, sc. κατὰ τῶν στοιχείων. quippe ex aqua crassiore prodiit terra, ex aqua tenuata aer, ex hoc ignis. Petitum apparet ex antiqui poetae cosmogonia, ad sensus pinguius res exponentis. Omnino hic modus comparandi Pindaricus est animaduersione dignus: videtur eum affectare Theocrit. XVII, 9.

4. Iungenda: ὁ δὲ χρυσὸς διαπρέπει ἐξόχως (κατὰ) πλούτου, ἅτε πῦρ αἰθόμ. (flamma ardens) διαπρέπει νυκτί.

5. Pro vulgari: κατὰ δὲ τῶν ἄθλων. nullum certamen est insignius Olympiaco, vt nullum sidus sole clarius.

Ἄλλο θαλπνότερον
Ἐν ἁμέρᾳ φαεινὸν ἄστρον
Ἐρήμας δι' αἰθέρος·
Μηδ' Ὀλυμπίας ἀγῶνα
Φέρτερον αὐδάσομεν·
Ὅθεν ὁ πολύφατος
Ὕμνος ἀμφιβάλλεται

9. *ἡμέρᾳ* Pal. C. Hanc tamen non varietatem, sed librariorum stuporem, enotare piget.

9. *ἐρήμας δι' αἰθέρος. per vacuum aethera* Horat. interdiu, vacante caelo ceteris astris.

12. *μηδ' αὐδάσομεν.* post *σκόπει* debebat sequi *μηδ' αὔδα.*

13. *ὅθεν* ab Olympico certamine. *Ὕμνος* vt persona: etiam inf. Ol. III, 18. *Πίσα, τᾶς ἄπο θεύμοροι νίσσοντ' ἐπ' ἀνθρώπους Ἀοιδαί.* et IX, 30. X, 118. De sequentibus nondum vidi meliora. Si vel maxime expeditam habes vnam vel alteram vocem, non tamen concinunt reliqua. Ita, si *ἀμφιβάλλεται* Hymnus Iovem sit, *amplectitur:* molesta sunt quae adiiciuntur: *σοφῶν μητίεσσι κελαδεῖν. amplectitur Iouem, vt eum canat per carmina poetarum.* Haec quis animo aequo ferat! Si saltem absolute dictum esset: *ἀμφιβάλλεται Κρόνου παῖδα!* ita conueniret cum eo, quod Heinrichs noster comparabat Ol. X, 118. *κλυτὸν ἔθνος Λοκρῶν ἀμφέπεσον.* Latet nos vsus loquendi vocis *ἀμφιβάλλεσθαι.* Sententia postulat notionem *accedendi, procedendi:* Hymnus *procedit* Olympia, *ἐπέρχεται, παραγίνεται, vt celebret Iouem μητίεσσι σοφῶν* h. e. *διὰ μήτιας, poetarum curis,* (v. c. Nem. III, 15.) *per carmina poetarum.* Ita quoque in varietate lectionis *ἱκόμενοι,* (quod, vt nunc est, retrahendum est ad *αὐδάσομεν*) latere videri potest *ἱκόμενος* sc. *ipse Hymnus.* Quo quidem modo omnia essent expedita et Pindaro digna: *Ὅθεν ὁ πολύφατος Ὕμνος ἀμφιβάλλεται,* (h. e. *προσέρχεται*) *σοφῶν μητίεσσι κελαδεῖν Κρόνου παῖδ', ἐς ἀφνεὰν ἱκόμενος μάκαιραν Ἱέρωνος ἑστίαν.* Pro *κελαδεῖν* Pindaricum esse debuit *κελαδέν.* [Verba impediti sensus: *ὅθεν ὁ πολύφατος ὕμνος ἀμφιβάλλεται σοφῶν μητίεσσι* expedita esse Gilb. Wakefield censet iis, quae praemiserat ex Ev. Lucae II, 19. *συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ,* et ex Aristoph. Lys. 28. *πρᾶγμ' ἀνεζητημένον πολλαῖσί τ' ἀγρυπνίαισιν ἐρριπτασμένον.* (Silv. P. V. p. 63.) Velim doceri, quomodo haec sibi mutuam lucem foenerentur. *Ex Adden-*

Σοφῶν μητίεσσι, κελαδεῖν
Κρόνου παῖδ'· ἐς ἀφνεὰν ἱκόμενοι
Μάκαιραν Ἱέρωνος ἑστίαν·

Ἀντιστροφὴ ά. Κ. ιζ'.

Θεμιστεῖον ὃς ἀμφέπει
Σκᾶπτον ἐν πολυμάλῳ
Σικελίᾳ, δρέπων μὲν
Κορυφὰς ἀρετᾶν ἄπο πασᾶν·
Ἀγλαΐζεται δὲ καὶ
Μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ,
Οἷα παίζομεν φίλαν
Ἄνδρες ἀμφὶ θαμὰ
Τράπεζαν. ἀλλὰ Δωρίαν ἀ-
πὸ φόρμιγγα πασσάλου

15. *μητίεσι* non modo Steph. sed iam Rom. cett. — *μητίεσσι*, quod metrum postulabat, reuocauit Schmidius ex Aldo. 16. *ἱκομένοις* Pal. A. et B. Bodl. *α*. Gott. et a m. sec. *ἱκομένους*. Similiter Augustanus. *ἱκόμενοι* Bodl. MS. et C. et in marg. Pal. C. et hoc praestat, vt *αὐδάσομεν, ἐς ἀφνεὰν ἱκόμενοι* iungantur, reliqua in medio interiecta sint. 17. *ἀφνεὰν μάκαιραν ἑστίαν* duo epitheta iunxit! 19. *σκᾶπτρον* Ald. cum codd. parte: iidem fere cum aliis 21. *ἀρετῶν ἀ. πασῶν* et 23. *μουσικῆς*. Versum 22. recitat Athenaeus I. p. 3. B. 27. f. *πασσάλω*.

dis. F. ut Homer. Il. *κ*, 535. *ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει*. *Ex Schedis.*]

18. *ὃς ἀμφέπει* — Inf. Ol. VI, 158. Sicilia — *τὰν Ἱέρων καθαρῷ σκάπτῳ διέπων* —.

20. *ἀποδρέπων* pro *ἀποδρεπόμενος*. Monet Eustath. p. 694, 41. Debebat sequi *ἀγλαϊζόμενος δὲ*, h. e. *λαμπρυνόμενος, κοσμούμενος*.

24. *οἷα, ὡς*. Apollon. Rh. I, 458. accumbebant heroes, *μετέπειτα δ' ἀμοιβαδὶς ἀλλήλοισι Μυθεῦνθ', οἷά τε πολλὰ νέοι παρὰ δαιτὶ καὶ οἴνῳ Τερπνῶς ἑψιόωνται* —.

26. *Δωρίαν φόρμιγγα*. *Δωρικῇ ἁρμονίᾳ ἡρμοσμένην*, quod Ol. III, 9. *Δωρίῳ φωνὰν προσαρμόξαι πεδίλῳ*.

Λάμβαν᾽· εἴ τί τοι Πίσας τε
Καὶ Φερενίκου χάρις
Νόον ὑπὸ γλυκυτά-
ταις ἔθηκε φροντίσιν·
Ὅτε παρ᾽ Ἀλφεῷ σύτο, δέμας
Ἀκέντητον ἐν δρόμοισι παρέχων,
Κράτει δὲ προσέμιξε δεσπόταν

Ἐπῳδὸς ά. Κ. ιγ΄.

Συρακόσιον, ἱπποχάρμαν
Βασιλῆα. λάμπει
Δέ οἱ κλέος παρ᾽ εὐάνορι Λυδοῦ
Πέλοπος ἀποικίᾳ· τοῦ μεγασθενὴς
Ἐράσσατο γαιάοχος Ποσειδᾶν,

28, *Πίσσας* Pal. B. Male. Nam breuis syllaba requiritur; et prior in *Πίσα* vbique est breuis, contra quam Pauw contendebat. v. Mingarell. Coniect. de Pind. Odis p. 47. 32. ὅτ᾽ ἐπ᾽ Ἀ. Pal. B. 33. *Ἀκέντρητον* Ald. emendatum in Rom. [32. 33. ap. Plutarch. Sympos. IX, 15. *Ex Schedis.*] 35. *Συρακούσιον* Pal. B. et sic Crat. non *Συρακουσίων*, quod Schmid. ait. Porro *μαν* in alterum versum reiicit Bodl. MS. et α. 38. γρ. ἐποικία ap. Schol. et hoc forte verius. Nam *Pelopis colonia* non nisi improprie diceretur seu Olympia seu Pisa. At fuit *sedes*. *Πισαίαν ἔσχε καὶ Ὀλυμπίαν*. Pausan. V, 2. p. 376. — Versus 38-42. recitantur in Schol. ad Lycophr. 156, quod conf. 39. *Ἠράσσατο* Pal. B. ἐράσατο Ald. *Ποσειδᾶν* Bodl. C. Pal. C. Aug. in marg. Gotting. et Ald. recte. vulgo *Ποσειδῶν*.

28. *Si decus e victoria — adegit te*, o anime mi, *ad canendum*, impellit te. *φροντίδες*, *cura*, studium poetae, quod idem *μῆτις*, *μέριμνα*.

33. Homer. Il. ψ, 387. *ἄνευ κέντροιο θέουσαι.*

34. *κράτει δὲ προσέμιξε. νίκῃ ἥρμοσε, προσῆγε, ἐπέλασε.* Pindarica ratio loquendi ex Homero ducta. Notat quoque Eustath. p. 583.

36. *λάμπει — gloria ipsi parta est Olympiae ex victoria.*

Ἐπεί νιν καθαροῦ λέβητος ἔξελε
Κλωθώ, ἐλέφαντι φαίδιμον
Ὦμον κεκαδμένον.
Ἦ θαύματα πολλά.

40. ἔξε- 41. λε K. Bodl. MS. et α. ἐξεῖλε Ald. et Pal. C. 43. *θαῦμα τὰ πολλὰ* omnes libri Palatt. et Bodlei. etiam Aug. Gott. sed et sic omnes edd. ante Schmidium; quod varie exposuerunt viri docti. Schmidius Eustathium sequutus *θαυματὰ* reposuit, vt sit pro *θαυμαστά:* vt *γνωστὰ*, *γνωτά*. Sicque *θαυματὰ ἔργα* Hymn. in Mercur. 80. et 439. cf. Ruhnken. Epist. crit. p. 26. hoc tamen sensu *θαύματα* multo melius a lyrico dicerentur. Hoc sensu *θαύματα* dixit Eurip. Bacch. 666. (Br. 656.) 715. (705.) Athenaeus XI, p. 505. F. *ὡς ἀνέπλαττε Πλάτων, πεπλασμένα θαύματα εἰδώς.* hoc itaque Oxonienses receperunt, Aretium se sequi professi; sed hic idem ex ingenio refinxerat *ἦν θ.*

40. 1. 2. Quando Parca eum e *nitente* lebete extraxit, *ἐξεῖλεν*, *κεκαδμένον* (*κατὰ τὸν*) *ὦμον φαίδιμον ἐλέφαντι*, pro *καὶ ἔκασεν*, *ἐκόσμησεν αὐτὸν* *apposito humero ex ebore.* Fabulam puta ita instructam fuisse: Iupiter, fraude animadversa, Parcam iubet frusta carnium iterum in lebetem coniecta coquere, vt noua pueri forma prodeat: cui cum deesset humerus a Cerere consumtus, apponendus erat humerus eburnus. [F. imitatione Dionysi Zagrei discerpti. v. Creuzer *Symbolik* III. p. 351. *Ex Schedis.*] Inuentum petitum ex vulgari loquendi modo, quo iuvenes *pulcris humeris* celebrati comparari solitis cum *ebore; acceptum* autem *a diis* dicebatur, quicquid *insigne* esset. Summam antiquitatem redolet fabula; similis Medeae commento recoquendi Peliae ap. Ouid. Met. [Böttiger *Vasengem.* I, 2. 7. *Ex Schedis.*] Carnes autem humanas ad explorandum numen appositas habemus quoque in fabula Lycaonis. — Pueri sic restituti amore capitur Neptunus. Fabulam suo more exponit Lycophr. 152 sq.

42 — 52. Sane multa mirabilia l. fiunt l. narrantur: delectant ea animos, etsi fabulosa, a poetis suauiter narrata. [Boeckh. contendit esse: *πολλὰ* (*ἐστὶ*) *θαυματά. multa sunt* (multae res sunt) *mirabilia.* At quidni: *θαύματα* (*ἐστὶ*) *πολλά. res mirabiles sunt multae. Ex Schedis.*]

43. Eadem sententia Nem. VII, 32. *σοφία δὲ κλέπτει πα-*

Καί πού τι καὶ βροτῶν φρένας
Ὑπὲρ τὸν ἀλαθῆ λόγον
Δεδαιδαλμένοι ψεύδεσι ποικίλοις
Ἐξαπατῶντι μῦθοι·

Σ. β΄. Κ. ιζ΄.

Χάρις δ', ἅπερ ἅπαντα τεύ-
χει τὰ μείλιχα θνατοῖς,
Ἐπιφέροισα τιμὰν,
Καὶ ἄπιστον ἐμήσατο πιστὸν
Ἔμμεναι τὸ πολλάκις.
Ἁμέραι δ' ἐπίλοιποι
Μάρτυρες σοφώτατοι.

non bene; nam subintelligi id poterat in illa lectione: ἢ θαύματα πολλὰ (γίνεται). Mox in καί πού τι καὶ oratio ieiuna existit. 44. φρένα vulgg. inde a Romana. φρένας ex Pal. A. B. reposuit Schmid. φάτις Ald. et Pal. C, φάτιν Schol. sed hoc ad sequentem versum spectasse videtur, ita vt eius locum occuparit λόγον, interpretamentum: ὑπὲρ τὰν ἀληθῆ (ἀλαθῆ) φάτιν. [Beck. coni. σοφῶν, quod alienum a poëtae mente. *Ex Schedis.*] 48. ἅτε πάντα Pal. C. 50. ἐπιφέρουσα duo Pal. et duo Bodlej. 51. Importunum τὸ πολλάκις; emendat Gedick. τι. 54. μάρτυροι. Pal. C. Homericum.

ράγοισα μύθοις. cf. Pyth. X, 76. 7. 8.

48. *Χάρις δ'* (pro γάρ.) nunc generali notione, vt inf. Ol. XIV. χάριτες: vbi v. 7. Σὺν γὰρ ὑμῖν τὰ τερπνὰ καὶ γλυκέα Γίνεται πάντα βροτοῖς. Est adeo venustas, quae placet, et gratiam adspergit ac Veneres afflat rebus, vt eae placeant. Aliis locis de poësi, inprimisque lyrica, adhibetur vox a Pindaro. Conuenit sententia cum illa vulgari: μόνον τὸ καλὸν φίλον. Theogn. 17. [Gurlitt. speciali notione de poësi intelligit: nec male. *Ex Schedis.*]

51. ἐμήσατο pro praesenti, μηχανᾶται, *efficere solet*, ἐπιφέρουσα τιμὰν (nam haec iungenda) *afferendo honorem*, decus, vim, ut placeat.

53. 54. Inf. Ol. X, 66. ὅτ' ἐξελέγχων μόνος Ἀλάθειαν ἐτή-

Ἔστι δ' ἀνδρὶ φάμεν
Ἐοικὸς ἀμφὶ δαιμόνων κα-
λά· μείων γὰρ αἰτία.
Υἱὲ Ταντάλου, σὲ δ', ἀντί-
α προτέρων, φθέγξομαι,
Ὁπότ' ἐκάλεσε πα-
τὴρ ἐς εὐνομώτατον
Ἔρανον, φίλαν τε Σίπυλον,
Ἀμοιβαῖα θεοῖσι δεῖπνα παρέχων,
Τότ' Ἀγλαοτρίαιναν ἁρπάσαι,

58. σέο δ' Aug. ἀντία 59. προτέρων, Steph. nec tamen priores Steph. edd. sed Paull. Steph. 1599. 60. ὁπότε κάλεσε Ald. Pal. A. B. Bodl, mutatum in Rom. 61. -τηρ ἐς εὐνομώτατον 62, ἔρανον, φ. Bodl. β. et γ. Mosq. et sic est emendatum pro vulgari: πατὴρ τὸν εὐν. Ἐς ἔρανον. metro nec intercedente. Molestum erat τόν. Conuenit ὁπότε τότε cum v. 32. ὅτε παρ' Ἀλφ. 63. δεῖπνα θεοῖσι. Bodlej. C.

τυμον Χρόνος. Ita et h. l. ἐλέγχει ὁ χρόνος, μαρτύρεται, μάρτυς ἐστί, καταμηνύει. arguit commenta etiam poeticis ornamentis blandientia. Respicit locum Xenoph. H. Gr. III, 3, 2. συμμαρτυρεῖ ταῦτ' αὐτῷ καὶ ὁ ἀληθέστατος λεγόμενος χρόνος εἶναι.

55. μείων αἰτία, ὀλίγη, pro οὐδεμία. *ita in nullam reprehensionem incidit.* Ita P. I, 159. μείων ἕπεται μῶμος. et P. XI, 45. οὐ μείονα φθόνον.

57. *Possumus vel sic errare in fabulis exponendis: minore tamen cum culpa et reprehensionis periculo, bona saltem fingendo, non praua.* Referenda haec ad religiosam Pindari mentem, cuius plura argumenta videbimus. Porro habemus hic exemplum mythi alio modo, quam traditus erat, narrati, consilio pietatis.

58. ὦ υἱὲ Ταντάλου, φθέγξομαι, contra quam prisci poetae, τὸν Ἀγλαοτρίαιναν ἁρπάσαι σε — χρυσέαισί τ' ἀν' ἵπποις μεταβᾶσαι (μεταβιβάζειν σε) ποτὶ etc.

[61. εὔνομ. quia ante a diis fuerat adhibitus epulis. *Ex Schedis.*]

Α. β'. Κ. ιζ'.

Δαμέντα φρένας ἱμέρῳ,
Χρυσέαισί τ' ἀν' ἵπποις
Ὕπατον εὐρυτίμου
Ποτὶ δῶμα Διὸς μεταβᾶσαι·
Ἔνθα δευτέρῳ χρόνῳ
Ἦλθε καὶ Γανυμήδης
Ζηνὶ τωὔτ' ἐπὶ χρέος.
Ὡς δ' ἄφαντος ἔπε-
λες, οὐδὲ ματρὶ πολλὰ μαιό-
μενοι φῶτες ἄγαγον·
Ἔννεπε κρυφᾶ τις αὐτί-
κα φθονερῶν γειτόνων,
Ὕδατος ὅτι τε πυ-
ρὶ ζέοισαν ἀμφ' ἀκμὰν
Μαχαίρᾳ τάμον κατὰ μέλη,
Τραπέζαισί τ' ἀμφὶ δεύτατα κρεῶν
Σέθεν διεδάσαντο, καὶ φάγον.

66. *χρυσέαισι κἂν ἵπποις* Pal. C. *χ–αισιν ἵπποις* Bodl. *α. β.* — *αισιν ἀν' ἵπποις* Steph. et Bodl. MS. et *γ.* quin haec Ald. et omnium edd. est lectio a Schmidio ex ingenio emendata: nec male. [male. nam pendet ab *ἁρπά-σαι: ἁρπάσαι καὶ μεταβᾶσαι. Ex Schedis.*] 69. *ἔνθ' ἀνωτέρῳ χ.* emend. Pauw. male et hoc. v. Not. [Gilb. Wakefield tentat *ἔνθ' ἀφ' ὑστέρῳ χρόνῳ* (Silv. Parte III. p. 182.), quod factum nolim. *Ex Addendis.*] 72. *ἄφατος* Bodl. *β.* Aug. 74. *ἤγαγον* Ald. et pars codd. emendatum in ed. Rom. 78. *ἐπ' ἀκμὰν* Ald. et Pal. C. emendatum in Rom. 80. *ἀμφὶ δεύτατα* Athenaeus legit (lib. XIV. p. 637. C.) et *in ſecundis mensis* accepit. et sic Ald. Morell. Steph. Pal. B. Bodl. C. et *γ.* Aug. At *ἀμφιδεύτατα* iam Ed. Rom. et hinc Crat. et alii. Equidem *τραπέζαις ἀμφὶ* iungam, vt distri-

69. *δευτέρῳ χρόνῳ* pro *ἄλλῳ.* et
71. *eadem de caussa.*

77. *ὅτι τε — τραπέζαισί τε.*
80. *ἀμφὶ ἀκμὰν ὕδατος ζέοι-σαν πυρὶ* dictum pro *ὕδατος ζέ-*

E. β'. K. ιγ'.

Ἐμοὶ δ' ἄπορα, γαστρίμαργον
Μακάρων τιν' εἰπεῖν.
Ἀφίσταμαι. ἀκέρδεια λέλογχεν
Θαμινὰ κακαγόρως. Εἰ δὲ δή τιν' ἄν-
δρα θνατὸν Ὀλύμπου σκοποὶ ἐτίμα-
σαν, ἦν Τάνταλος οὗτος. ἀλλὰ γὰρ κατα-
πέψαι μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυ-

butas carnes circa mensas innuat. *δεύτατα κρεῶν*, extremae partes, accipi possunt: cum humerus tantum consumtus fuerit. Vnus ex Schol. *δεύτατα - τὰ βεβρεγμένα τῷ αἵματι* habet, et legisse videtur: *δευτὰ τὰ κρεῶν*, a *δεύειν*. Et sic, vel *ἀμφίδευτα τά*, Pauw emendat, mauult tamen accipere *lebeti immersa*. *τὰ κρεῶν σεθεν* Pindaricum esse non dubito; notissima res est, vbi de parte agitur, casum secundum poni; adeoque pro *τὰ κρέα σου*. Ambigo, praestetne *τραπέζαισί τ' ἀμφὶ* an *ἀμφίδευτα*, idem quod *δευτά*, *cocta*. Goes. em. *τραπέζαισι δ' ἀμφὶ δαῖτα τὰ κρεῶν*. Respicit locum Irenaeus c. Haeres. II, 21. sed nil inde lucreris. 82. *ἄπορον* Ald. A. Pal. C. (ex interpretatione). 82. *-μαρ-* 83. *γον μ.* Bodl. MS. 84. *ἀκέρδειαν* Pal. C. 85. *κακηγόρους*. *κακαγόρος*. *κακάγορος*. *κακαγόρους*. aberratt. edd. et scriptt. Veram scripturam iam habet ed. Rom. et hinc Crat. Steph. et rel. 87. *κα-* 88. *ταπέψαι* Bodl. MS. *γὰρ* abest Pal. A. B. 88. *μέμψαι* Aug.

οντος πυρὶ, et hoc pro *εἰς ὕδωρ ζέον*. Est enim *ἀκμὴ τῆς ἀναζέσεως τοῦ ὕδατος*.

82. Similia loca Ol. IX, 54. P. II, 96. Nem. VII, 94.

84. *ἀκέρδεια*, *βλάβη*, vt N. V, 30. *λέλογχε τοὺς κακηγόρους*, pro sollenni *ἔλαχε* (h. e. *κατέλαβε* v. *εἴλαβε*), quod inf. P. II, 50. 51. Verum et Theocr. IV, 40. *σκληρὸς δαίμων — ὅς με ἐλελόγχει*, et VII, 103.

88. *οὐκ ἐδύνατο καταπέψαι μέγαν ὄλβον*, *perferre aequo animo felicitatem.* quod P. II, 48. *μακρόν γ' οὐχ ὑπέμεινεν ὄλβον* de Ixione. *πέψαι* proprie *iram reprimere*. Exempla congessit doctiss. Schneider p. 110. Vitae Pind.

νάσθη· κόρῳ δ' ἕλεν
Ἄταν ὑπέροπλον,
Τάν οἱ πατὴρ ὑπερκρέμα-
σε, καρτερὸν αὐτῷ λίθον,
Τὸν αἰεὶ μενοινῶν κεφαλᾶς βαλεῖν,
Εὐφροσύνας ἀλᾶται.

[89. *κόρος δ' ἕλεν ἄταν, ὑπέροπλον ἄταν* Eichstädt. Quaest. philol. nov. ſpecim. p. 25. ieiune. *Ex Schedis.*] 91. *ὑπερκρέμασ-* 92. *σε.* Bodl. C. et *β. γ. ὑπὲρ κρέμασε* disiunctim Aug. 92. *κρατερὸν* MS. Bodl. 93. *Ἀεὶ* Ald. et Pal. C. *αἰε* in Crat. ed. nihil aliud est quam sphalma typogr. *κεφαλῆς* Bodl. *α. β. γ.* et sic Rom. Brub. at emendate Crat. Morell. Steph. vt iam Aldina habebat.

89 — 94. Nondum vidi, quod satisfaceret, post Additamenta. Non enim satis est exsculpsisse aliquid, quod non prorsus absurdum sit. Pindarica quaerimus. Videamus, quo lectio vulgata ducat. Tantalus *ἕλεν* (*ἔλαβεν*, vt P. II, 54.) *ἄταν ὑπέροπλον κόρῳ, διὰ κόρον, δι' ὕβρεως*, *arcessiuit sibi malum ingens*: *πόνον* v. 98.: *τὰν* (*καθ' ἣν*) *πατὴρ ὑπερκρέμασε λίθον καρτερόν οἱ αὐτῷ.* hic ieiuna sunt *οἱ αὐτῷ*: quorsum enim *ei ipsi?* non alii? inprimis cum disiuncta sint; siue *καρτερὸν αὐτῷ*, *grauem ipsi*, malis; et ieiunum *τάν*. In Aug. gl. *δι' ἥν*, non magis commodum, propter quod malum. Nam *ἄτη* nunc non est culpa, sed *ἑλεῖν ἄτην*, vt *ἑλεῖν μόχθον* P. II, 54. *Τοῦτον τὸν λίθον μενοινῶν ἀεὶ βαλεῖν κεφαλᾶς*, *remouere a capite cupiens*, ne in se irruat saxum desuper suspensum, *εὐφροσύνας ἀλᾶται*, *priuatur animi tranquillitate*, in anxietate versatur. Hic illa, *βαλεῖν κεφαλᾶς*, nullo modo feliciter expedias. [*κατὰ τὴν ψυχὴν ἔχων, δειμαίνων, μενοινῶν*, putans, *τὸν* (*λίθον*) *βαλεῖν* (*μιν*) *κατὰ κεφαλᾶς*. *Ex Schedis.*] Quapropter locum corruptum esse censeo; nec emendationis fundus idoneus suppetit: cum fabula variis modis tractata et ornata fuerit [cf. Boiſſonad. ad Philostr. Heroic. p. 638. In Polygnoti *γραφῇ* Pausan. X, 31. p. 876. auctore fabulae Archilocho. *Ex Schedis.*], nec constet, quid Pindarus maxime sequutus sit. *Τὸν ὑπὲρ κεφαλᾶς γε Ταντάλου λίθον* dixit I. VIII, 20. 21. — Eurip. Or. 6. *κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέτρον, Ἀέρι ποτᾶται.* v. ibid. 980 sqq. Vnde inter argumen-

Σ. γ'. Κ. ιζ'.

Ἔχει δ' ἀπάλαμον βίον
Τοῦτον ἐμπεδόμοχθον,
Μετὰ τριῶν τέταρτον
Πόνον, ἀθανάτων ὅτι κλέψας
Ἁλίκεσσι συμπόταις
Νέκταρ ἀμβροσίαν τε
Δῶκεν, οἷσιν ἄφθιτον
Θέσσαν. εἰ δὲ θεὸν
Ἀνήρ τις ἔλπεταί τι λασέ-
μεν ἔρδων, ἁμαρτάνει.
Τοὔνεκα προῆκαν υἱὸν
Ἀθάνατοί οἱ πάλιν
Μετὰ τὸ ταχύποτμον
Αὖθις ἀνέρων ἔθνος.

95. ἀπάλαμνόν Ald. emendatum statim in Rom. Pal. C. et ab alia manu Bodl. [sc. ἀμήχανον, ἄπορον. *Ex Schedis.*] 97. τέταρτος emendat Pauw, vt sit quartus Tantalus post Sisyphum, Tityum et Ixionem. Argutantur et haerent reliqui Intpp. vett. et noui. Voluit poeta *continuum, quartum post tertium, sine vlla intermissione.* ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ. 102. ἔθεσαν Ald. et Pal. emendatum in Rom. θέσαν Bodl. α. β. γ. 103. λαθέμεν (h. e. λήθειν, non λαθεῖν, priore breui) Steph. non modo, sed sic Ald. Rom. et omnes. nec λασέμεν receptum nisi a Schmidio ex Cod. Canteri Nov. Lect. II, 5. qui non alius quam Palat. esse videtur; nam sic Canteri Pal. A. B. λασσέμεν Bodl. β. 107. παχύποτμον Pal. A. πάλιν αὖθις, vt apud Homerum.

ta mythica ap. Agath. p. 6. Tantalus ἐν ἀέρι φερόμενος. cf. ad Antonin. Lib. 36. — 94. Eurip. Tro. 635. ψυχὴν ἀλᾶται τῆς πάροιθ' εὐπραξίας. de anxietate.

101. οἷσιν, δι' ὧν, per quae dii Tantalum immortalem reddiderant.

[105. sqq. Ex Pindari mente fabula ita se habuit. Tantalus intererat epulis deorum, filius autem amatus erat a Neptuno: mox post patris reatum in Tartarum detrusi filius a superis dimissus in terram, vbi adultus inter procos Hippodamiae fuit. *Ex Schedis.*]

Πρὸς εὐάνθεμον δ' ὅτε φυὰν
Λάχναι νιν μέλαν γένειον ἔρεφον,
Ἑτοῖμον ἀνεφρόντισεν γάμον

Α. γ'. Κ. ιζ'.

Πισάτα παρὰ πατρὸς εὔ-
δοξον Ἱπποδάμειαν
Σχεθέμεν. ἄγχι δ' ἐλθὼν
Πολιᾶς ἁλὸς οἶος ἐν ὄρφνᾳ,
Ἄπυεν βαρύκτυπον
Εὐτρίαιναν· ὁ δ' αὐτῷ
Πὰρ ποσὶ σχεδὸν φάνη.
Τῷ μὲν εἶπε· φίλι-
α δῶρα Κυπρίας, ἄγ', εἴ τι,
Ποσείδαον, ἐς χάριν

110. *μελαγγένειον* coni. Pauw. sed *νιν* (*κατὰ*) *μ. γ.* 114. *ἐγγὺς δ' ἐ.* Pal. C. et Schol. (ex intpt.) *ἔγγυθι δ'* Ald. emendatior iam lectio in Rom. 117. *εὐρυτρίαιναν* Ald. 118. *παρ' ποδὶ* Pal. C. *παρ' ποσσὶ* Pal. B. 119. *τῷ δ' 'εἶπε* Bodl. C. ita saltem *τῷ δ' ἔειπε* cum Aug. scribendum. *πέλλεται* id. Aug. cum Schol. *ὑπάρχει.* v. inf. Ol. XI, 5.

109. *ὅτε ἐν ἀκμῇ ἡλικίας ἐγένετο* —.

111. Scilicet ab Oenomao Pisatidis rege propositae erant filiae Hippodamiae nuptiae volentibus ambire certamine curuli. Re itaque audita accessit Pelops, Neptunumque, a quo amatus fuerat, vt sibi in certamine adesset, inuocauit. *ἀνεφρόντισεν* pro simplici *ἐφρόντισεν*, *σχεθέμεν* (*ἔχειν*, *λαβεῖν* Hippodamiam) *γάμον*, vxorem, *γαμετήν*. [*ἑτοῖμον*, procis propositam, *προτεθειμένην*. *Ex Schedis.*] Ad fabulam v. inprimis Schol. Lycophr. 156.

[118. *πὰρ ποσὶ*, *ἄντα*. *Ex Schedis.*]

121. *εἰ δῶρα φίλια Κυπρίας*, *gaudia* rapta, *Veneris munera*, (*praemia*. Aen. IV, 33. ad quem vid.) *τέλλεται* (*πέλεταί σοι κατά*) *τι ἐς χάριν* h. *χαρίεντά ἐστι*, *grata memoria habentur*; quod Virgilio est: *fuit aut tibi quicquam dulce meum*. Aen. IV, 317. *εἶναι εἰς χάριν*, *ἐν χάριτι*, *πρὸς χάριν*, pro *χαρίεν εἶναι*, vt alia similia.

Τέλλεται, πέδασον ἔγχος
Οἰνομάου χάλκεον·
Ἐμὲ δ' ἐπὶ ταχυτά-
των πόρευσον ἁρμάτων
Ἐς Ἆλιν, κράτει δὲ πέλασον,
Ἐπεὶ, τρεῖς γε καὶ δέκ' ἄνδρας ὀλέσαις
Ἐρῶντας, ἀναβάλλεται γάμον

Ε. γ'. Κ. ιγ'.

Θυγατρός. ὁ μέγας δὲ κίνδυ-
νος ἄναλκιν οὐ φῶ-
τα λαμβάνει. θανεῖν δ' οἷσιν ἀνάγκα,
Τί κέ τις ἀνώνυμον γῆρας ἐν σκότῳ
Καθήμενος ἕψοι μάταν, ἁπάντων
Καλῶν ἄμμορος; ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὗτοσὶ

124 — 9. versus recitantur in Schol. Lycophr. 156. 127. τρεῖς τε MS. Bodl. Aug. et Schol. Lycophr. 156. — Porro ὀλέσας olim legebatur. At ὀλέσαις est Doricum. Ita Schmid. et sic ex grammaticis legendum esse monuerat iam Casaub. in Notulis ed. Steph. tert. Scilicet ita legerat Gregor. de Dial. p. 94. ed. Koen. idque haud dubie verius. 128. *Μναστῆρας ἀ.* Ald. quod deseruit statim Rom. *μνηστῆρας* Pal. C. et Gregor. l. l. cum Sch. Lycophr. l. l. cf. Schol. rec. 129. *κίν-* 130. *δυνος* MS. Bodl. et *α. β. γ.* Versum 129. repetit Damascius ap. Phot. in Vita Isidori p. 1032. 132. *Τά κε* Gregor. p. cit. perperam, iudice quoque Casaub. l. l. 134. *οὗτος* MS. Bodl. et *α.*

122. *πέδασον ἔγχος*, hastam, quam in procos cursu tardatos ipse insequutus immittebat. v. Pausan. VIII, 14. p. 629.

129. *κίνδυνος* h. l. *facinus audax*, *aleae plenum*; *οὐ λαμβάνει*, *οὐ δέχεται*, *non admittit* hominem ignauum. [h. in magno periculo audacem esse oportet. *ἀγὼν οὐ δέχεται σκῆψιν.* v. Schweighäus. Opusc. II. p. 199. *Ex Schedis.*]

133. *γῆρας ἕψοι μάταν.* quod *πέσσειν* P. IV, 330. Il. *β*, 237. pro *καταναλίσκειν.* [*ἀνώνυμο. γῆρας*, senium inglorium. *Ex Schedis.*]

Ἄθλός γ' ὑποκείσεται· τὺ δὲ
Πρᾶξιν φίλαν δίδοι.
Ὣς ἔννεπεν· οὐδ' ἀ-
κράντοις ἐφάψατ' ὦν ἔπεσ-
σι. τὸν μὲν ἀγάλλων θεὸς
Ἔδωκεν δίφρον χρύσεον, ἐν πτεροῖ-
σίν τ' ἀκάμαντας ἵππους.

Σ. δ'. Κ. ιζ'.

Ἕλεν δ' Οἰνομάου βίαν
Παρθένον τε σύνευνον·
Τέκε δὲ λαγέτας ἓξ
Ἀρεταῖσι μεμαλότας υἱούς.

135. *Ἀέθλος* Bodl. C. et *γ*. Aug. 136. *δίδου* Bodl. MS. et *β*. Vulgatam laudat quoque Gregor. de Dial. p. 95. 138. *ὧν* abest Pal. C. *ἔπεσι* Ald. Steph. et Bodl. tres. 140. *ἔδωκε* MS. Bodl. 144. *ἃ τέκε λ.* Schol. et Steph. et iam Ald. Rom. Morell. Crat. Brub. et Bodl. *β*. in marg. Vulg. a Schmidio e Pal. A. B. reposita est. *τέκε τε* Canteri MS. Nov. Lect. II, 5. Bodl. C. *β*. *γ*. 145. *μεμαότας* Pal. C. et Bodl. *β*. in marg. *μεμηλὼς Ἀρεταῖς*, *alumnus Virtutum*. Male tamen habet me, quod *μέμαλα* non occurrit. Verius adeo videtur *μεμαότας ἀρεταῖς*, pro (*ἐν*, *σὺν*) *ἀρετῇ*. v. Not. [cf. Huschke de Orphei Argon. p. 26 sq. *Ex Schedis.*] Nomina filiorum sunt ap. Schol. Inter eos Atreus, Thyestes: Schol. Il. *β*, 104-7.

135. *ὑποκείσεται.* ego hoc certamen-*subibo*. Dicitur quis *ὑποστῆναι ἀγῶνα*. Simili modo *ἀγὼν ὑπόκειται*, *πρόκειται*, ipsi.

138. *οὐδ' ὦν ἀκράντοις ἐφάψατ' ἔπεσσι.* Est ab *ἅπτω*, *ἐφάπτω*, *iniungo*, vnde Homer. *Ἀχαιοῖς κήδε' ἐφῆπται*. *ἐφάπτεσθαι* est adeo *admouere se*, *accedere*, *aggredi*. Inf. Nem. VIII, 60. *κελεύθοις ἁπλόαις ζωᾶς ἐφαπτοίμαν*, *insistam*, *incedam*. P. VIII, 86. *ἐφάψατο τέχναις συγγόνοισι μαντευμάτων*, *tractat paternam artem vaticinandi*. Si esset ab *ἅπτομαι*, *tango*, deberet esse *ἐπέων*.

141. *ἵππους ἐν* (pro *σὺν*) *πτεροῖς*. *πτερωτούς*. noto genere loquendi. v. I. V, 68. [cf. Böttiger *Vas. Gem.* I, 2. p. 195. s. *Ex Schedis.*]

145. Pelops genuit sex filios

Νῦν δ' ἐν αἱμακουρίαις
Ἀγλααῖσι μέμικται,
Ἀλφεοῦ πόρῳ κλιθείς,
Τύμβον ἀμφίπολον
Ἔχων πολυξενωτάτῳ πα-
ρὰ βωμῷ. τὸ δὲ κλέος
Τηλόθεν δέδορκε, τᾶν Ὀ-
λυμπιάδων ἐν δρόμοις,
Πέλοπος, ἵνα ταχυ-

148. *πόῤῥῳ* Bodl. C. 150. *-τάτω* 151. *παρὰ* Bodl. *β*. 152. *Τηλόθε* MS. Bodl. *τῶν* Bodl. *α*.

Ἀρεταῖσι μεμαλότας. Ita scribo. *Ἀρεταὶ* sunt tanquam Nymphae nutrices; et ipsi sex Pelopidae *alumni Virtutum: μελήματα,* vt alio modo formosus iuuenis *νέαισι παρθένοισι μέλημα* P. X, 92. *Μέμηλέ τι τινὶ, διὰ φροντίδος ἐστὶν,* vt ad Hom. Schol. *ε*, 876. *β*, 25. [*Μεμαλώς*, qui curae est, amatur, amabilis, propter virtutes. Add. Dorvill. ad Charit. p. 580. et Huschke Anal. Crit. p. 98. *Ex Schedis.*] Alio ap. eum modo aliquis *μέγα πτολέμοιο μεμηλὼς* dictus est. cf. Hesych. h. v. Nec tamen altera lectio damnanda: *ἀρεταῖσι μεμαότας, acres virtute. μεμαότας, ὁρμωμένους, ἐν, σὺν ἀρετῇ.* Conuenit Homericum: *μεμαότες ἐγχείῃσι, προθυμούμενοι σὺν δόρασι.* Il. *β*, 818.

146. Nunc Pelops sepultus ad Alpheum pro heroe colitur. *ἐμμέμικται, ἐντυγχάνει ἐναγίσμασιν* — inferiis impertitur, *κλιθεὶς (παρὰ) πόρῳ Ἀλφεοῦ.* Intra Altin *τὸ Πελόπιον τέμενος* maceria circumdatum. v. Pausan. V, 13 pr. cf. inf. X, 30. Non longe abest ara Iouis cineritia: ibid. V, 13. p. 409.

151. *τὸ κλέος Πέλοπος δέδορκε τηλόθεν, lucet e longinquo, longe coruscat, ἐν δρόμοις τᾶν Ὀλυμπιάδων* sc. *πανηγύρεων, inter certamina Olympica:* quippe quae in vicinis locis habentur: vt Ol. X, 29. *ἀγῶνα ἐξαίρετον, ὃν ἀρχαίῳ σάματι πὰρ Πέλοπος βίῃ Ἡρακλέος ἐκτίσσατο.* cf. Pausan. V, 13. Sic Nem. III, f. *Τὶν ἀπὸ Μεγάρων δέδορκεν φάος, coruscat virtus et laus tua.* et N. IX, 98. vbi *Ἕκτορος κλέος ἀνθῆσαι Σκαμάνδρου χεύμασιν ἀγχοῦ* dictum erat, tum apud Helorum fl. *δέδορκεν παιδὶ τοῦτ' Ἀγησιδάμου φέγγος ἐν ἁλικίᾳ πρώτᾳ, illuxit virtutis laus et honor.*

τὰς ποδῶν ἐρίζεται,
Ἀκμαί τ' ἰσχύος θρασύπονοι·
Ὁ νικῶν δὲ, λοιπὸν ἀμφὶ βίοτον
Ἔχει μελιτόεσσαν εὐδίαν,

Α. δ'. Κ. ιζ'.

Ἀέθλων γ' ἕνεκεν. τὸ δ' ἀ-
εὶ παράμερον ἐσλὸν,
Ὕπατον ἔρχεται παν-
τὶ βροτῷ. ἐμὲ δὲ στεφανῶσαι
Κεῖνον ἱππικῷ νόμῳ
Αἰοληΐδι μολπᾷ
Χρή. πέποιθα δὲ ξένον
Μή τιν' ἀμφότερα

157. *ἀμφιβίοτον* MS. Bodl. et sic Rom. Crat. Brub. *Ὁ νικῶν δὲ* noua sententia, magis lyrice. Alioqui iungi posset cum superioribus. 160. *παραμένον* Klotzius ad Tyrtaeum p.43. vti Gesnerum in scholis emendasse accepimus. Sed et metro haec lectio aduersatur, et *παράμερον* multo magis cum lyrico spiritu conuenit, eodem sensu. Est sic *ἐφήμερον*, *εὐήμερον* et *παρημερεύειν*. *ἐσθλὸν* quatuor Bodl. 162. *βροτῶν* Bodl. α.

159. *τὸ δὲ* pro *γὰρ* — *ὕπατον ἔρχεται*, *ἐστί*.

162. Redit ad Hieronem. At mihi de praesenti victoria est agendum.

164. *Αἰοληΐδι μολπᾷ* supra erat Dorica: *Δωρίαν φόρμιγγα* v. 26. add. P. II, 128. Nem. III, 137. Sunt ergo nomina synonyma. Sane prisci Aeoles et Dores non admodum dissimiles inter se esse potuere, vt nec sermo nec modi cantus. Nisi pro *Thebano carmine* dixit; nam Aeoles olim Thebas coluerunt. *νόμος ἱππικὸς*, carmen in certamen equestre: inf. *Καστόρειος* Isthm. I, 21. P. II, 127.

165 sq. Satis noui, me non habiturum esse inter eos, qui nunc viuunt, alium hospitio iunctum, quem celebrem tanquam praeclaris studiis magis imbutum simulque opibus praecellentem. cf. P. II, 108. sq. *καλῶν ἴδριν* supple *μᾶλλον ἴδριν*.

Καλῶν τε ἴδριν ἄλλον, ἢ δύ-
ναμιν κυριώτερον,
Τῶν γε νῦν, κλυταῖσι δαιδα-
λωσέμεν ὕμνων πτυχαῖς.
Θεὸς ἐπίτροπος ἐ-
ὼν τεαῖσι μήδεται,
Ἔχων τοῦτο κῆδος, Ἱέρων,

167. ἅμα καὶ Ald. et Pal. C. ἄλλον καὶ Steph. et iam Rom. Crat. Brub. ἄλλον ἢ Schmid. ex Pal. A. et B. reposuit. ἄλλον τινὰ, (κατ') ἀμφότερα, καλῶν τε ἴδριν ἢ δύναμιν κυριώτερον. Est aliquid in hoc versu, quod, tenue quidem, tamen moretur. Non hic sibi respondet τὲ et ἢ, tum ἴδριν et κυριώτερον. In altero hoc ad ἴδριν supplendum puta μᾶλλον, quod saepe tenendum est; durius est prius τὲ — ἢ pro τὲ — καὶ, cui facile medearis scribendo καλῶν γε. Sunt plures alii modi succurrendi, quos e Pauw. et Mingarell. repetere nunc non vacat. Praestat scribi, ἄλλον ἰδὲ δύ–. Nam respondent sibi τε, et ἰδέ. Vnum monebo: ne γε ἴδριν hiatu deformari putes, tenendum ἴδριν fuisse inter voces, quibus in pronuntiando digamma praefigeretur. 173. τοῦτο τὸ κ. Bodl. C.

170. ὕμνων πτυχὰς ad ambitus stropharum videtur spectare. Nam πτυχαὶ sunt περιβολαί.

171. Numen ait secundare eius studia laudum et gloriae. Varia eorum, quae sequuntur, fieri potest structura grammatica. Sequar hoc: Debes hoc diuino alicui beneficio; *propitium est numen, fauet, consiliis tuis*, μήδεται. Si μήδεται τεαῖς μερίμναις iungi potest, nouo hoc more fit: nam μήδεσθαί τι vulgo dicitur, vt saepe apud Homerum, v. c. Il. η, 478. Hesiod. Ἔργ. 49. et Ol. VI, 159. ἄρτια μηδόμενος. Apud sequiores est μήδεσθαί τινος. Potest tamen etiam iungi θεὸς ἐπίτροπος ἐὼν τεαῖς μερίμναις, μήδεται (αὐτῶν). ἔχων τοῦτο κῆδος. κηδόμενος. habens hanc curam, tanquam sibi propriam. Ad sensum pari modo P. X, 18. Ἄπολλον, — ὁ μέν που τεοῖσι μήδεσι τοῦτ' ἔπραξε. *tua cura, ope*. cf. Ol. III, 68. VI, 137. Ominatur autem poeta ex hoc ipso victoriam illustriorem, scilicet quadrigarum.

Μερίμναισιν. εἰ δὲ μὴ ταχὺ λίποι,
Ἔτι γλυκυτέραν κεν ἔλπομαι

Ε. δ'. Κ. ιγ'.

Σὺν ἅρματι θοῷ κλεΐξειν,
Ἐπίκουρον εὑρὼν
Ὁδὸν λόγων, παρ' εὐδείελον ἐλθών.

175. γλυκυτέραν. f. γλυκύτερον. vt γλυκύ τι γαρυέμεν Nem. III, 55. add. Isthm. VIII, 18. 176. κλεΐ- 177. ξειν ἐ. MS. Bodl. et α. Rittersh. κλεΐξειν recte emendabat.

174 — 179. Sententia est aperta: in votis habet, vt Hieroni aliquando victoria quoque curulis Olympiaca obtingat. Ad λίποι v. 174. substitue ὁ θεός. At Schol. subſtituunt modo Μοῦσα, modo βίος. Ad λίποι reuoca μηδόμενος. Non habet γλυκυτέραν quo referas; etsi substituunt νίκην, et Pauw μέριμναν. Si iunxeris ἔτι γλυκυτέραν ὁδὸν λόγων, dictum erit κλεΐξειν absolute sine nomine. Forte fuit γλυκύτερον, in quod et Gedik. V. C. inciderat. *Si deus porro adfuerit, spero fore, vt etiam dulcius canam.* Saltem in Schol. vnus: συνήσομαί σοι καὶ αὖθις τεθρίππῳ νικήσαντι γλυκύτερον καὶ ἥδυτερον ὕμνον γράψαι. Sane exemplum omissae vocis νίκης esset Ol. VII, 150. ἐστεφανώσατο, εὐτυχέων ἄλλαν ἐπ' ἄλλᾳ h. κατ' ἄ. νίκην. νίκη σὺν ἅρμασιν, alias ἐν, esset ex vsu poetae: vt P. XI, 72. *consequuti decus victoriae* σὺν ἵπποις. Nunc σὺν ἅρματι erit pro ἐπί. Nisi praestat iungere: εὑρὼν ὁδὸν λόγων ἐπίκουρον σὺν ἅρματι, *per victoriam quadrigarum nactus materiem opportunam carminum.* Nam λόγοι sunt *laudes, carmen*, vt saepe. Possumus ὁδὸν λόγων simpliciter accipere pro laudibus ipsis, periphrastice dictum, vt ἀλαθείας ὁδὸς P. III, 184. sicque apud alios ἐπέων κέλευθος, οἶμος, pro ipsis ἔπεσι. Malim tamen *viam laudum, ad laudes, materiem laudum.* N. VII, 75. factis praeclaris Aeacidarum ait sibi esse ὁδὸν κυρίαν λόγων οἴκοθεν, *viam laudum* (h. e. materiem) *propriam, peculiarem, ex ipsa familia;* et εὑρὼν ὁδὸν, vt Nem. VI, 92. καὶ ταύταν μὲν παλαιότεροι ὁδὸν ἀμαξιτὸν εὗρον. Iam ὁδὸς ἐπίκουρος, *facilis, expedita*, proprie *iter adiuuans.* Inf. XIII, 137. ipse poeta est ἐπίκουρος, *laudator, patronus;* qui τιμάορος IX, 124. μάρτυς IV, 6.

Κρόνιον, ἐμοὶ μὲν ὦν Μοῖσα καρτερώ-
τατον βέλος ἀλκᾷ τρέφει. ἐπ' ἄλλοι-
σι δ' ἄλλοι μεγάλοι· τὸ δ' ἔσχατον κορυ-
φοῦται βασιλεῦσι. μηκέτι
Πάπταινε πόρσιον.
Εἴη σέ τε τοῦτον
Ὑψοῦ χρόνον πατεῖν, ἐμὲ

180. ἐπ' abest Pal. C. et Schol. 181. κο- 182. ῥυφοῦται tres Bodl. 183. πάπτανε MS. Bodl.

παρὰ Κρόνιον ἐλθών, tanquam ipse Olympiae adfuturus poeta. Mons Cronius Alti imminet: Pausan. VI, 20. cf. inf. V, 40.

179. *Equidem laudes tibi servo pulcerrimas.* Notum nunc phantasma lyricum, comparatione laudum et carminum cum sagittis quae emittuntur a poeta. Feriunt scopum laudes iustae. Vide Ol. II, 149. 160. IX, 8. XIII, 133 sq. Nem. VI, 47. Isthm. V, 59. Mox iungo καρτερώτατον ἀλκᾷ, δι' ἀλκῆς, pro simplici καρτερὸν vel ἀλκῆεν. Magna autem est Graecorum libertas in hoc tropo. Etiam τοξεύειν pro *appetere*, votis et consiliis. Vnde et Horat. *Quid breui fortes iaculamur aeuo multa!*

180. ἐπ' ἄλλοισι δ' ἄλλοι — Noua sententia. Hieronem ait consequutum esse summa quaeque: neque esse quod votis expeti possit, nisi hoc vnum, vt habeat fortunam perpetuam et permanentem. Sententia fere eadem P. III, 150-3.

184. εἴη σε πατεῖν ὑψοῦ τοῦτον τὸν χρόνον, πατεῖν ὑψοῦ, incedere, viuere, ἐν εὐδαιμονίᾳ, *in fortuna alta, conspicua.* τοῦτον τὸν χρόνον. Substituendum erit aliquid: διά, ἐπί, εἰς. Nouissimis his versibus nondum satis confido. τοῦτον χρόνον, substituunt scholia ὃν ζῶμεν. At ex sententiarum nexu hoc non conficitur; esset potius (ἐς) χρόνον, *ad tempus illud, quo victoriam curulem consequuturus es.* Hoc tamen parum placere potest. Expectes potius διὰ πάντα χρόνον, *per omnem vitam.* τοσσάδε grammatice non potest esse nisi vel τοιούτως, vel pro τοσοῦτο, ἐπὶ τοσοῦτο, *eousque, ad illud vsque tempus.* Vide an praestet: σε τοιοῦτον, *in hac fortuna constitutum*, et χρόνον, διὰ χρ. *diu.* [aut simplic. σὲ τοῦτον (ὄντα) —. χρόνον pro χρονίως. *Ex Schedis.*] τοσσάδε, *pariter diu*,

Τε τοσσάδε νικαφόροις
Ὁμιλεῖν, πρόφαντον σοφίᾳ καθ' Ἕλ-
λανας ἐόντα παντᾶ.

187. πρόφατον Schol. σοφίαν Bodl. MS. et C. et Steph. et iam Rom. Crat. Bruh. 188. πάντα Pal. A. B. tres Bodl. sed παντᾶ recte pro Dorum more. v. Koen. ad Gregor. Corinth. p. 95. Valken. ad Theocr. IX, 4. XIII, 39. Sic κρυφᾶ sup. 75. ἁμᾶ. ὁμᾶ. conf. Schol. ad Pyth. III, 65. Nec Toupius audiendus. cf. inf. ad Ol. III, 38.

186. νικαφόροις ὁμιλεῖν h. l. dicitur poeta, qui victoribus carmine celebrandis adest. [nisi est pro σοὶ νικηφόρῳ. *in gratia apud te haberi. Ex Schedis.*] — Omnino vix est aliud carmen, in quo ad tot scopulos offendas, quam hoc primum Olympicum, si modo diligentis interpretis officio fungendum tibi esse putes, nec in eo acquiescas, si modo probabilem aliquam sententiam verbis affinxeris: id quod in poeta lyrico, in quo ingeniose multa comminisci facile est, haud multum studii desiderat.

ΟΛΥΜΠΙΑ

εἶδος β'.

ΘΗΡΩΝΙ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩι

ἅρματι.

Argumentum.

Victoriam gratulatur Theroni, orto a maioribus, qui multa aduersa experti erant, cum vicissitudine tamen fortunae melioris. 1 — 82. Theronis laus e certaminibus et impensis in ea factis, opumque magnarum, quas haberet, vsu recto ad studia praeclara: quorum praemia etiam post mortem expectare licet: interponitur itaque locus nobilissimus de inferis. — 149. Revocat se poeta a digressione, quam a reprehensione adversariorum liberat, — 159. et vela contrahit in Theronis laudibus.

Theron Aenesidami f. genus ducebat a Cadmo, et quidem a Thersandro, qui inter Epigonos erat, Polynicis, ex Argia Adrasti, filio, Oedipi nepote; (cf. Freron *Defense de la chronologie* p. 77 sq.) tenebat Agrigentum et Himeram: v. Diod. XI, 48. 49. 53. Filiam Demaratam elocauerat Geloni; quo mortuo fra-

ter Gelonis Polyzelus eam duxerat. Is in suspiciones Hieronis fratris adductus ad socerum fugit, qui ad generum tuendum arma Hieroni intulit; fertur tamen interprete Simonide pax esse restituta. Videntur haec locum fecisse iis quae de fortunae vicissitudinibus poeta memorat. Victor fuit Theron Ol. LXXVII. quadrigis. Eius frater Xenocrates, de quo v. P. VI. Isthm. II.

Σ. ά. Κ. ιδ'.

Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι,
Τίνα θεὸν, τίν' ἥρωα,
Τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν;
Ἦτοι Πίσα μὲν Διός·
Ὀλυμπιάδα δ' ἔστα-
σεν Ἡρακλέης,
Ἀκρόθινα πολέμου·
Θήρωνα δὲ τετραορίας

2. τίνα θεῶν Pal. B. 3. δὲ excidit Bodl. γ. τίν' ἄνδρα Bodl. β. 4. vulgo ἦτοι. At 55. ἤτοι. Ipsi grammatici diuersa in hoc statuunt etiam in Homero. 7. ἀκρόθινα. v. Ol. X, 69.

1. Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι. quatenus concentus est inter lyram et cantum, regit cantus et *moderatur lyram.* Vicissim alio modo et aliis locis lyra regit cantum. cf. Gatak. Opp. p. 237. Horat. I, 12. *Quem virum aut heroa* etc.

4. *Sane in hoc carmine omnia consentiunt: summus deorum, Iupiter, cuius sunt ludi; summus heros, qui certamen instituit; summa victoria quadrigarum; summus vir, victor* Theron ad 5 sq. cf. III, 20. X, 51 sq.

7. τὴν l. τὰ ἀκρόθινα πολέμου propr. manubias, h. l. de ludis factis victoriae caussa reportatae de Augia, Elide capta: Apollod. II, 7, 2.

Ἕνεκα νικαφόρου
Γεγωνητέον ὀπὶ,
Δίκαιον ξένον,
Ἔρεισμ' Ἀκράγαντος,
Εὐωνύμων τε πατέρων
Ἄωτον, ὀρθόπολιν·

Α. ά. Κ. ιδ'.

Καμόντες οἳ πολλὰ θυμῷ,
Ἱερὸν ἔσχον οἴκημα
Ποταμοῦ, Σικελίας τ' ἔσαν
Ὀφθαλμὸς, αἰὼν τ' ἔφε-
πε μόρσιμος, πλοῦτόν
Τε καὶ χάριν ἄγων
Γνησίαις ἐπ' ἀρεταῖς.

14. tollit interpunctionem post *ἄωτον* Pauw. 17. *Σικελίαν τ'.* Bodl. *β.* 18. *ὀφθαλμοὶ* malit Pauw. perperam. 19. in *μόρσιμος* vltima longa duas breues repraesentat. Sed vereor, ne *πλοῦτος* interpretatio sit alterius vocis, v. c. *ἐπ' ὄλβον — ἄγων.* Suspicionem iuuant Schol.

[12. *ἔρεισμα*, v. Lycophr. 281. *Ex Schedis.*]

15. Rhodo oriundi Agrigentum accesserant maiores Theronis; v. Schol. Rhodum autem insederant cum Argiuis colonis; vt e Menecrate Schol. cf. Fragm. Pind. (p. 93, cxvi.). *καμόντες — θυμῷ* puto *ἐν θυμῷ* vsu antiquo. At Mingarell. *σὺν θ. animose*, vt Ol. VIII, 8. P. IX, 179.

16. 17. Agrigentum ad Acragantem fluuium: inf. P. XII, 4.

[18. *Ὀφθαλμὸς* l. conspicui, l. gloria, decus, *φῶς*, vt VI, 27. *Ex Schedis.*]

19-21. *ἔφεπε* aut est pro *ἐφείπετο* (cf. Abresch. Animaduerss. ad Aeschyl. p. 214), *insequutus est status rerum*, aeuum — aut felix rerum status *ἔφεπεν αὐτοὺς*, *excepit eos* (propr. *prosequutus est* illos, vt P. I, 97. *δίκην*, vel *coluit* eos, adfuit, vt P. I, 57. IV, 524.). Alterum hoc Mingarellus malebat. — *χάριν* decus ex opibus, *ὄλβον*. — *ἐπ' ἀρεταῖς*

Ἀλλ', ὦ Κρόνιε παῖ Ῥέας,
Ἕδος Ὀλύμπου νέμων,
Ἀέθλων τε κορυφὰν,
Πόρον τ' Ἀλφεοῦ,
Ἰανθεὶς ἀοιδαῖς,
Εὔφρων ἄρουραν ἔτι πα-
τρίαν σφίσιν κόμισον

*

Ε. ά. Κ. ή.

Λοιπῷ γένει. τῶν δὲ πεπραγμένων,
Ἐν δίκᾳ τε καὶ παρα δίκαν

28. σφίσι Bodl. β. γ. Aug. Gott.

γνησίαις, *veris*, διὰ τὰς ἀρετάς. Mox 23. magnifice dicta; Iupiter moderatur coelum et Olympica certamina et Olympiam.

26. κόμισον ἔτι σφίσι, λοιπῷ γένει, *iis qui eorum posteri sunt*, τοῖς ἐκγόνοις, Theroni et Xenocrati. κόμισον, *cura, tuere*, ἰανθεὶς ἀοιδαῖς, *exoratus, permotus, carmine meo*; εὐφρανθείς.

29. Multa miscentur ad h. l. v. Schol. Est hoc perpetuum ac sollenne poetae, vt a generali sententia exordium dicendorum faciat. Multas magnasque fortunae vicissitudines experti erant maiores. Ergo sententia generalis; praeteritorum malorum remedium vnicum, melior fortuna si successerit. — Qui primo adspectu occurrit sententiarum nexus, est: *eorum quae iuste vel iniuste perpetrata sunt, nihil infectum reddi potest.* Atqui haec sententia Theroni parum honorifica; tum non convenit ei quod sequitur: meliore fortuna subsequente *aduersarum rerum* oblivionem fieri; quod *exemplis vicissitudinum fortunae* declaratur. Videtur adeo v. 30. minus bene vulgo ad πεπραγμένων retrahi; sententiam itaque sic procedere puta; *praeteritorum*, τῶν πεπραγμένων ἔργων τέλος (h. e. τὰ πεπραγμένα) οὐδὲ χρόνος δύναιτο θέμεν ἀποίητον ἐν δίκᾳ τε καὶ παρὰ δίκαν pro, *vllo modo*, nec per fas nec per nefas, h. e. nec solito rerum ordine nec praeter morem quicquam e praeteritis mutari potest. Ad hunc sensum mutata quoque est interpunctio, quae erat post παρὰ δίκαν.

Ἀποίητον οὐδ᾽ ἂν
Χρόνος, ὁ πάντων πατὴρ,
Δύναιτο θέμεν ἔργων τέλος.
Λάθα δὲ πότμῳ σὺν εὐδαίμονι γένοιτ᾽ ἄν.
Ἐσλῶν γὰρ ὑπὸ χαρμάτων,
Πῆμα θνάσκει παλίγκοτον δαμασθὲν,

Σ. β΄. Κ. γ΄.

Ὅταν θεοῦ μοῖρα πέμπῃ
Ἀνεκὰς ὄλβον ὑψηλόν.
Ἕπεται δὲ λόγος εὐθρόνοις
Κάδμοιο κούραις, ἔπα-
θον αἳ μεγάλα. πένθος
Δὲ πιτνεῖ βαρὺ
Κρεσσόνων πρὸς ἀγαθῶν.
Ζώει μὲν ἐν Ὀλυμπίοις,
Ἀποθανοῖσα βρόμῳ

35. *ἐσλῶν* reposuit Schmid. e Pal. C. et a pr. manu B. vt prima syllaba corriperetur. Vulgg. *ἐσθλῶν*. cf. Koen. ad Gregor. Corinth. p. 95. Hoc reuocat Pauw. 36. *πέμπῃ ἀνεκὰς*, an fuit *ἂν ἑκάς*? Est autem vel de tempore, *multo tempore elapso*, vt Ol. X, 9. vel de loco, coelitus, *οὐρανόθεν*. 38. *ἀναβᾶσα ὄ.* Pal. C. vitiose, et inuito metro, etsi Schol. explicat: *ὑψωθεῖσα*.

39. *εὐφρόνοις* male Aretius emendat. *εὔθρονοι* ex more antiquo deae et heroinae, vt reginae, praeclare ad dignitatem declarandam, vt alias *χρυσόθρονοι*. Argutantur Intpp. 42. *πιτνεῖ.* ita per sententiam efferuntur haec. Mingarell. conj. *πίτνει*, pro *ἐπίτνει*, vt narratio continuetur.

39. *ἕπεται δὲ λόγος*, *ἁρμόζει*, *cadit in Cadmi filias dictum.* Affectat ita loqui Pausan. VIII, 10. p. 620, 13. XII. p. 625, 8.

41 — 3. *Mala eorum superata sunt maioribus bonis insequutis.* Mutatum in sententiam.

Κεραυνοῦ, τανυέθει-
ρα Σεμέλα· φιλεῖ
Δέ μιν Παλλὰς αἰεὶ,
Καὶ Ζεὺς πατὴρ μάλα· φιλεῖ
Δὲ παῖς ὁ κισσοφόρος.

Α. β΄. Κ. ιδ΄.

Λέγοντι δ᾽ ἐν καὶ θαλάσσᾳ
Μετὰ κόραισι Νηρῆος
Ἁλίαις βίοτον ἄφθιτον
Ἰνοῖ τετάχθαι τὸν ὅ-
λον ἀμφὶ χρόνον. Ἤτοι
Βροτῶν κέκριται

48. Post hunc versum aliud *κῶλον*, *φιλέοντι δὲ Μοῖσαι*, appositum in codd. nonnullis, etiam in Gott. et in Aug. c. nota in marg. resecuit ex metri lege is, qui Scholia, quae *νεωτέρων* appellant, congessit, Demetrius Triclinius. Lectum quoque in Aldina sustulit Calliergus. Habuere idem Palat. tres et tres Bodl. Ortum versum ex lectionis discrepantia sibi persuaserat Pauw. — 51. *λέγοντι δ᾽ ἐν καὶ θαλάσσᾳ.* [per hyperbaton. v. Boeckh. Commentat. p. X. cf. Ol. VII, 47. VIII, 20. *Ex Schedis.*] 52. *Νηρέος* Gott. 54. *-τὸν* 55. *ὅλον* Bodl. *γ.* 56. *βροτῶν γε* Bodl. *β. γ.* Gott. Steph. et Bened. cum Aldo. Scilicet *γε* sustulit Schmidius auctoribus Pal. A. et B. sed hoc idem iam factum in Rom. quam deseruit Cratander et Steph. sed Brubach. et Morell. paruerunt Calliergo.

47–50. In honore eam habent primores inter deos.

54. *τὸν ὅλον ἀμφὶ χρόνον*, pro διὰ, *εἰς. in perpetuum. ἐσαεί.* vt 47. *αἰεί.*

55. *Ἤτοι βροτῶν.* Praeparat sequentia per sententiam generalem. Sane incerta est rerum humanarum conditio, et succedunt earum vicissitudines aliae ex aliis.

56. *οὐ κέκριται, οὐ διακεκριμένον, οὐ δῆλον, σαφές ἐστι, (κατά) τι, vllo modo, quando mors mortales oppressura sit.* Similia Nem. VI, 10–13. In

Πεῖρας οὔ τι θανάτου,
Οὐδ᾽, ἁσύχιμον Ἁμέραν
Ὁπότε, παῖδ᾽ Ἁλίου,
Ἀτειρεῖ σὺν ἀγαθῷ
Τελευτάσομεν.
Ῥοαὶ δ᾽ ἄλλοτ᾽ ἄλλαι
Εὐθυμιᾶν τε μέτα καὶ
Πόνων ἐς ἄνδρας ἔβαν.

Ε. β΄. Κ. ή.

Οὕτω δὲ Μοῖρ᾽, ἅ τε πατρώϊον
Τῶνδ᾽ ἔχει τὸν εὔφρονα πότμον,

59. *ὁπότε* laborat seu sensu seu vsu seu scriptione. Vulgo accipitur ac si esset *πότερον*. In Schol. redditur *ποίαν, ποδαπὴν, πότε.* et *οὐδέποτε.* 60. *ἀτειρεῖ* Schol. vitiose. 63. *εὐθυμιῶν* MS. Bodl. — 65. *ἅ γε* Pauw, non male; sed *ᾇ τε, ᾗ τε* eandem vim habet. 66. *τὸν δ᾽* Bodl. α. β. γ. Et *τόνδ᾽* ego praeferam: Fortuna, quae secundum *hunc* rerum cursum, faustam *hanc* seqq. 58-61. sententia est impedita. *ὁπότε* est *quando, cum, quo tempore,* et respondet *τῷ τότε,* aut alii definito; grammatica itaque ratio ordinat verba: *οὐδὲ κέκριται, neque certum est, non constat,* (eo tempore) *quo diem finiemus integra cum fortuna.* Quae ieiuna sunt: sive *Ἁμέραν* de singulis diebus, siue de nouissimo die seu de vita intelligas. Nec quaeritur, *quando,* sed *num, πότερον, integra felicitate* morituri simus. Videtur adeo *ὁπότε* requirere *τότε* in anteced. *οὐδὲ* (*κέκριται πέρας θανάτου τότε* sc. *γενησόμενον*) *ὁπότε τελ.* *nec liquet, mortem nos oppressuram esse tum, cum integro fortunae statu vitam tranquille finire licebit.* Sin *Ἁμέραν* de singulis diebus dictum est, erit accipiendum: ne tum quidem *πέρας θανάτου* constat, quum, *quoties diem hilariter integra felicitate exigemus.* Quod vix placere potest.

62-4. *Vicissitudines variae rerum secundarum et aduersarum μετέβησαν ἐς ἄνδρας, hominibus contingere solent, μετέρχονται, ἐπέρχονται.*

Θεόρτῳ σὺν ὄλβῳ
Ἐπί τι καὶ πῆμ᾽ ἄγει
Παλιντράπελον ἄλλῳ χρόνῳ·
Ἐξ οὗ περ ἔκτεινε Λάϊον μόριμος υἱὸς
Συναντόμενος, ἐν δὲ Πυ-
θῶνι χρησθὲν παλαίφατον τέλεσσεν.

Σ. γ'. Κ. ιδ'.

Ἰδοῖσα δ᾽ ὀξεῖ᾽ Ἐριννὺς

conditionem, a maioribus transmissam, seruat, retinet, inter opes diuino munere datas, alias etiam calamitatem affert etc. *τῶνδ᾽* ad *ἄνδρας* v. 64 referunt, hosque de virili Cadmi stirpe interpretantur: perperam. Nam *vicissitudines bonorum et malorum alias aliae μετέβαν ἐς ἄνδρας, hominibus euenire solent.* 67. 68. vnum *κῶλον* efficiunt in Bodl. *γ*. *Θεόρτῳ δὲ* Schol. sed *δὲ* est particula, qua Scholia in subiicienda interpretatione perpetuo vtuntur. 70. *μόρσιμος* Ald. et 71. *συναντώμενος* cum Gott. 73. *ἰδοῦσα* Steph. et omnes edd. inde a Romana; at Ald. *ἰδοῖσα*, quod recte e Palat. tribus reuocauit Schmidius. *ἰδοῖσα ὀξὺ* Pal. B. aduerso metro.

65. Quae sequuntur, aut per sententiam efferri putanda sunt, aut narratione procedere. Si prius: non bene conuenit v. 70. *ἐξ οὗπερ*, cum sequatur *ἰδοῖσα δ᾽ ὀξεῖα*. Erat enim sententia finienda post *χρόνῳ*, et inchoanda noua: *ἐξ οὗπερ — τέλεσσεν, ἰδοῖσα ὀξεῖα Ἐριννὺς πέφνεν.* hic vero obstat *δὲ* post *ἰδοῖσα*. Sin posterius, vt narrata sint omnia etiam a v. 65: requiri videtur *ἄγεν* pro *ἄγει*, *Μοῖρα ἐπῆγε καὶ πῆμά τι ἄλλῳ χρόνῳ, ἐξ οὗπερ. Ita Parca, quae Fortunam huius gentis moderatur,* (*πατρώϊαν, maiorum*) *secundis rebus submisit vicissim* (*πῆμα παλιντράπελον* pro *πάλιν*) *alio tempore aduersas res, ex quo* Oedipus patris caede *ἄγος*, piaculum, commisit, et *ἄτην* contraxit. — Quod si *ἄγεν* probare nolis, est *ἄγει* de praeterito accipiendum; quemadmodum in narrationibus fit.

73. *Ἰδοῖσα δ᾽ ὀξεῖ᾽ Ἐριννὺς — Erinnys acris, infesta, cum vidisset* *ἄγος* illud, ad vlciscendum illud effecit, vt mutua filiorum Oedipi caedes inseque-

Πέφνεν ἑοῖ σὺν ἀλλαλο-
φονίᾳ γένος ἀρήϊον.
Λείφθη δὲ Θέρσανδρος ἐ-
ριπόντι Πολυνείκει,
Νέοις ἐν ἀέθλοις
Ἐν μάχαις τε πολέμου
Τιμώμενος, Ἀδραστιδᾶν

74. *Ἔπεφνε* Bodl. C. *οἷ* Ald. *οἱ* Bodl. *γ.* et August. cum glossa *ἔπεφνε, φονευθῆναι ἐποίησε.* Et hoc *ἔπεφνέ οἱ* verum esse iudico. Nam *ἑοῖ*, aut potius *ἕοι*, quod vno hoc loco occurrit, esset *sibi*, *ἕοι αὐτῷ*, *sibi ipsi.* de quo apud Apollonium de Syntaxi disputatur. vnde *οἷ*, *οἷ αὐτῷ.* quod abiit in encliticam *οἱ* pro *αὐτῷ.* [v. et Hermann. ad Orph. p. 787. vbi de *οἷ* in Pindaro. *Ex Schedis.*] 76. *δὲ* excidit Pal. B. 77. *ἐ-ριπέντι* Gott. 78. *νέοις ἐν ἀέθλοις* reuocauit Schmidius ex Ald. et trinis Palat. vt duae breues *ἐν ἀ-* pro vna longa sint. At Calliergus sublata *ἐν* ediderat *νέοις ἀέθλοις.* Hoc sequitur Crat. Brub. et sic Bodl. C. At Morell. primum: *νέοις ἀέθλοισιν*, quod Steph. Plant. Commelin. seruarunt. 80. *Ἀδραστεΐδαν* Steph. et Bened. et omnes edd. Ald. Rom. etc. etiam Schol. ductu, puto, praue exarati metrorum typi, Scholiis praefixi; ita quoque ms. Gott. *Ἀδραστιδανῶν* Pal. A. *Ἀδραστίδαν* Bodl. C. *Ἀδραστειδᾶν* Schmidius emendauit ex Pal. B. quod et MS. Bodl. exhibet. Ducit ille ab *Ἀδραστίς*, vt plur. pro singulari sit positus. At *Ἀδραστίδων* hoc esset; nec — *δᾶν* inde fieri posset. Pauw tuetur *Ἀδραστεΐδαν.* Equidem malim ab *Ἀδραστίδης* repetere *Ἀδραστιδᾶν.* Nota ratio, *Adrastidarum germen.*

retur. *δὲ* potest accipi dictum pro *γάρ.* *ἑοῖ αὐτῷ.* v. V. L. *γένος αὐτοῦ.*

76. *Ὑπελείφθη δὲ ὑπὸ τοῦ Πολυνείκους Θέρσανδρος, — ἐριπόντι. θανόντι.* vt ap. Homer. *δεδουπὼς* dicitur.

78. *νέοις ἐν ἀέθλοις* non accipiam nisi de *certaminibus iuvenum;* nam opp. *μάχαι πολέμου.* Locus omnino Epigonos respicit: in quorum laudibus etiam *ἀγῶνες*, vt in laudibus *τῶν ἑπτὰ* fuere. Mingarellus *νέος* pro *iuuenilis* illustrabat ex Eurip. Med. 48. *νέα γὰρ φροντὶς οὐκ ἀλγεῖν φιλεῖ.* In v. 79. de bello ab Epigonis renouato agi, dubitari nequit.

Θάλος ἀρωγὸν δόμοις.
Ὅθεν σπέρματος ἔχον-
τα ῥίζαν, πρέπει
Τὸν Αἰνησιδάμου
Ἐγκωμίων τε μελέων
Λυρᾶν τε τυγχανέμεν.

Ἀ. γ΄. Κ. ιδ΄.

Ὀλυμπίᾳ μὲν γὰρ αὐτὸς
Γέρας ἔδεκτο· Πυθῶνι
Δ᾽ ὁμόκλαρον ἐς ἀδελφεὸν,
Ἰσθμοῖ τε, κοιναὶ χάρι-
τες ἄνθεα τεθρίππων
Δυωδεκαδρόμων
Ἄγαγον. τὸ δὲ τυχεῖν,
Πειρώμενον ἀγωνίας,
Παραλύει δυσφρόνων.

81. *ἀρωγὸς* Bodl. *β. γ.* 82. *ὅθε* Bodl. MS. *ἔχοντα* Schmidius emendauit, praeclare, sine codice, quantum video; vulgg. omnes, etiam Gott. Aug. *ἔχοντι.* Lapsu librariorum propter adstans *πρέπει.* Nec *ἔχοντι* pro *ἔχουσι* satis idoneum. 87. *οἶος* malit Pauw. Sed *αὐτὸς* pro *ipse*, *solus*, saepe occurrit. *Ὀλύμπια-γέρα* iungebat Gregor. Cor. p. 100. 90. *χάριτες* 91. *ἄνθεα* Bodl. *β. γ.* 95. *δυσφορῶν* Bodl. *β. γ.* sed alterum in marg. *δυσφροσύναν παραλύει* Pal. C. et Gott. ex Schol. arripuit.

93 sqq. Obscurus locus, si de singulis sententiis earumque nexu quaeras. Priora sententiam habent, quam aliquoties repetit: *summà voluptate frui victorem in certaminibus*, vt iam Ol. I, 157. 8. 9. et vniverse Ol. V, 34 sq. *παραλύεσθαι τῶν δυσφρόνων*, *a sollicitudine et aerumna liberari*, pro, *frui gaudio:* vt solet poeta a contrariis rem designare; tum *τὰ δύσφρονα*, *τὸ δύσφρον*, pro *δυσφροσύνη*. Victoria est *ἄμπνοὰ πόνων* Ol. VIII, 9. *τυχεῖν.* v. ad Nem. IV, 148. Vul-

Ὁ μὰν πλοῦτος ἀρεταῖς
Δεδαιδαλμένος
Φέρει τῶν τε καὶ τῶν
Καιρὸν, βαθεῖαν ὑπέχων
Μέριμναν ἀγροτέραν,

100. Goes. p. 33 ἀβροτέραν coni.

garis itaque oratio: *et voluptatem, quam victoria affert, experti estis*, mutata est lyrice in sententiam generalem: *Liberat ea res a curis*, facit molestiarum finem, laetitia perfundit, *si quis certamen ingressus victoriam consequitur.* ἀγωνία est id. q. ἀγών. v. Pyth. V, 150. Nem. VII, 15. Haec omnia expedita sunt. At obscura et impedita sunt, quae sequuntur. Certamen curule sine magnis opibus adiri non poterat; adeoque victoria opum et diuitiarum tanquam praemium et ornamentum est, et opes laudantur cum virtute, cum studio τῶν καλῶν coniunctae. Ergo ὁ πλοῦτος ἀρεταῖς δεδαιδαλμένος sunt regiae *opes cum virtute*, aut virtutis et laudum studio. Tribuuntur τῷ πλούτῳ ea, quae de iis praedicantur, qui opes possident; et nunc ad solum Theronem spectant; *is moderate fert fortunam, et abhorret ab ὕβρει.* Obscurant locum plura: primo, hyperbaton ὁ πλοῦτος — ἀστήρ, tum, indefinitum τῶν τε καὶ τῶν, tandem, praedicatum: πλοῦτος ὑπέχων μέριμναν. Vbique iungenda sunt πλοῦτος σὺν ἀρετῇ, adeoque *cum recto vsu, cum studio gloriae*, inprimis ex certaminibus. Ad gloriam dicta spectant ista: ἀστὴρ ἀρίζηλος, ἀλαθινὸν ἀνδρὶ φέγγος, *afferunt istae opes et laudum studia splendorem vitae.* Mox τῶν τε καὶ τῶν καιρός explicandum arbitror ex proximis: τοῦ πειρᾶσθαι ἀγωνίας, (seu *certaminum*, seu generalius, *rerum arduarum*) et τοῦ τυχεῖν, h. e. τοῦ ἐπιτυχεῖν, *vt felici successu vtatur aliquis.* (Aliquoties occurrit hoc τὰ καὶ τά. Modo designat res secundas et adversas, vt P. VII, 24. V, 74. I. V, 66. Aliis locis simpliciter est *haec et illa, varia* vel *multa*, vt Nem. VII, 80. 81. I, 43. Priorem sensum si h. l. inferas, sententia est: *perfert aequo animo vtramque fortunam, seuera consideratione adhibita.* Sic Grammaticus acceperat in Schol. Cod. Gotting. Alter sensus accommodatior superioribus, quem sequuntur viri docti: *afferunt*

E. γ'. K. η'.

Ἀστὴρ ἀρίζηλος, ἀλαθινὸν
Ἀνδρὶ φέγγος. εἰ δέ μιν ἔχει
Τις, οἶδεν τὸ μέλλον,

101. Ἀ. ἀ. ἐτυμώτατον Ald. aduersante metro, et ex interpretatione: et sic quoque Pal. C. cum Gott. Emendatior iam Rom. ἀλαθινὸν adscripto in marg. γρ. καὶ ἐτήτυμον. At ἀρίζηλος debuit esse ἀρίζαλος. vt ζαλωτός. 103. οἶδε Steph. et omnes cett. edd. οἶδεν tacite recepit Schmid. metro poscente, et cum ipso Bened.

opes, quae virtutem animi comitem habent, opportunitatem variarum rerum gerendarum.) Nunc aenigmatis similia sunt illa: βαθεῖαν ὑπέχων μέριμναν ἀγροτέραν. μέριμνα est vel *studium* vel *contemplatio*. Ergo πλοῦτος dicitur seu *subiicere, praebere*, seu *adhibere considerationem, altam, inuestigatricem*. Suspicari sic licet, ex sententiarum nexu, spectare haec ad *opportunitates*, ἀφορμάς, *rerum gerendarum exquirendas*, vt illi, qui opes habent, intentum ad has habeant animum; (etsi vel sic μέριμνα βαθεῖα, ἀγροτέρα difficilius et grauius quid postulare videtur.) aut est *studium rerum praeclararum et laudum, altum et acre*, quod *inliciunt, instillant, opes magnae*. Ita forte idem πλοῦτος, ἀστήρ, propter gloriam rebus praeclare gestis partam. Simile fere erit sic illud Pyth. V, 74-76. et pr. πλοῦτος ἀρετᾷ κεκραμένος, εὐρυσθενής, *est potens, ad res gerendas multum valet*. Quae sequuntur, εἰ δέ μιν ἔχει τις, οἶδεν τὸ μέλλον, etc. referenda sunt ad notionem non minus obuiam in poeta: *magnas opes, inprimis in ciuitate libera, plerumque comitatur* ὕβρις, quam h. l. designat voc. ἀπάλαμνοι φρένες: *quicunque* (εἴτις pro ὅστις) *diuitias cum virtutis studio coniunctas possidet*, (μιν non nisi ad πλοῦτον referri potest, tanquam subiectum in proximis: ἀστὴρ — at μέριμνα est remotior) *qui diues est virtute instructus, qua ad res praeclaras gerendas vti possit, intelligit sibi abstinendum esse ab iniuria*, abhorret ab ὕβρει, *quia post mortem*, κατὰ γᾶς, ἐν Ἀιδου, *poenae iniustos manent*; (ἔτισαν pro τίνουσι. τὰ δὲ pro τὰ γάρ.) h. e. reputans ea, quae in altera vita

Ὅτι θανόντων μὲν ἐν-
θάδ' αὐτίκ' ἀπάλαμνοι φρένες
Ποινὰς ἔτισαν. τὰ δ' ἐν τᾷδε Διὸς ἀρχᾷ
Ἀλιτρὰ, κατὰ γᾶς δικά-
ζει τις, ἐχθρᾷ λόγον φράσαις ἀνάγκᾳ.

Σ. δ'. Κ. ιδ'.

Ἴσον δὲ νύκτεσσιν αἰεὶ,
Ἴσα δ' ἐν ἁμέραις, ἅλι-
ον ἔχοντες, ἀπονέστερον
Ἐσθλοὶ νέμονται βίο-
τον, οὐ χθόνα ταράσσον-
τες ἀλκᾷ χερῶν,

107. γῆς Bodl. α. 108. φράσαις, doricum et Pindaricum, Pauw iam malebat. ἐχθρὰ — ἀνάγκα Pal. A. ad quae inferri oporteret φράσασ' Ἀνάγκα. 109. ἴσαις δὲ Gott. 110. ἴσαις δ' ἐν ἁ. idem Gott. Ald. inuito metro. 112. ἐσλοὶ Steph. ἐσθλοὶ δὲ δέρκονται Pal. C. et Gott. sed hic sine δέ. Repugnat metrum, vitio librarii glossam respicientis. [113. Gilb. Wakefield em. χθ. χαράσσοντες. et κενεὰν περὶ δίαιταν. e Schol. (Silv. Part. II. p. 85. 86. alterum tamen hoc ipse damnauit Part. IV. p. 146.) *Ex Addendis.*] 114. ἐν χερὸς ἀκμᾷ Ald. et Pal. C. cum Gott. et forte vere. Est manent ὑβριστάς. Color orationis haud dissimilis est in fragm. Pind. p. 83. LXXXI.

105. [cf. Aeschyl. Eumen. 268. *Ex Schedis.*] ἀπάλαμνοι ἐνθάδε φρένες, *indomitae, insolentia efferatae*, ὑβριστικαί; et 108. λόγον φράσας, *sententiam ferens*, non in gratiam, sed *ita vt flecti nequeat*, iustitia inexorabili, ἀνάγκᾳ ἐχθρᾷ, *infesta*. Nomen iudicis non memorat.

109. ἀεὶ ἐν φωτὶ ὄντες. ἴσον δὲ — ἴσα δὲ, *pariter*. h. e. ἐπίσης νυκτὸς καὶ ἡμέρας. cf. locum e Threnis in Fragmentis. — ἀπονέστερον βίοτον νέμονται ἐσλοὶ (qui opp. τοῖς ἀπαλάμνοις φρένας, ὑβρισταῖς) h. διάγουσιν ἀπόνως. fere vt de Aegyptiis Herodot. II, 14. cui putes Pindari versus ante oculos fuisse. ἀπονέστερον pro ἀπονώτερον obseruat Eustath. ad Odyss. β, 190. p. 1441, 10.

Οὐδὲ πόντιον ὕδωρ,
Κεινὰν παρὰ δίαιταν· ἀλ-
λὰ παρὰ μὲν τιμίοις
Θεῶν, οἵτινες ἔχαι-
ρον εὐορκίαις,
Ἄδακρυν νέμονται
Αἰῶνα: τοὶ δ' ἀπροσόρα-
τον ὀκχέοντι πόνον.

Α. δ'. Κ. ιδ'.

Ὅσοι δ' ἐτόλμασαν ἐς τρὶς
Ἑκατέρωθι μείναντες

certe magis poeticum. Sic ἀκμὰ ποδῶν Isthm. VIII, 83. et ἀκμαὶ ἰσχύος sup. I, 156. Metrum antispasticum admittit vtrumque. 116. κενεὰν Pal. C. quod eodem redit. Pauw conj. κλεινὰν perperam. Est pro διὰ τὴν ἄπορον δίαιταν, βίον. pauper, tenuis, victus, dum viuebant, labores tolerare cogebat, quo nunc sunt leuati. 118. 119. Bodl. α. tanquam vnum κῶλον exhibet. 122. ὀχέοντι Steph. vitium Morellianae sequutus.

116. κεινὰν παρὰ δίαιταν. διὰ ἄπορον δίαιταν. δι' ἀπορίαν. *propter pauperem, tenuem, victum.*

117. 8. Non apponit, *quinam illi dii sint* τίμιοι, *honoratiores;* vt nec *locum* constituit, in quo *boni* illi versantur. De Olympo non agit; sed de locis inferis. An Pluto, Ἅιδης, et Proserpina? Hoc et glossa cod. Aug. et Schol. recent. subiiciunt.

123. Redit ad priores illos, ad *bonos:* quos ex locis illis, in quibus post mortem degunt, iterum in vitam redire, tacite innuit. Quod si ii ter vitam, in quam reuocati sunt, iustitiam colendo exegerint: tum illi migrant ad Croni regiam. Potest illa videri in ipsa Insula Beatorum esse. Verum verba 128. ἔνθα vix hoc admittunt. Videtur potius, antequam ad Insulam illam in Oceano sitam perueneris, regia Croni (forte in extremo Occidente) adiri, et hic *iudicium* haberi a Crono, assidente Rhadamantho v. 137-141. Tum mittuntur in Insu-

Ἀπο πάμπαν ἀδίκων ἔχειν
Ψυχὰν, ἔτειλαν Διὸς
Ὁδὸν παρὰ Κρόνου τύρ-
σιν· ἔνθα μακάρων
Νᾶσον ὠκεανίδες

126. ἔστειλαν Pal. C. cum Gott. [Gilb. Wakefield em. ἐτέλεσαν, (Silv. Part. II. p. 3.) *Ex Addendis.*] 129. νᾶσος Casaubon. in Notulis ad Steph. ed. III. emendabat, dorica forma pro νήσους, vltima correpta (v. Koen. ad Gregor. Cor. p. 147. 148.), et sic Bodl. MS. et C. a m. pr. cum Gott. Aug. addita glossa, νήσους. Hoc adeo tenendum. νάσος Pal. C. νάσον Ald.

lam. Alio loco, in Threnis, ap. Platon. in Menone (v. Fragm.) nono anno vitam reddi dixit et hos euadere reges, viros fortes et sapientes; post mortem autem (an tertio?) insequutam fieri heroes.

126. ἔτειλαν Διὸς ὁδὸν παρὰ Κρόνου τύρσιν — h. e. κατὰ τὴν ὁδὸν Διὸς, τὴν ἐπὶ Κρόνου τύρσιν (*regiam*) ἄγουσαν. At ἔτειλαν insolens prorsus est; etsi sententia obuia: ἐπορεύθησαν. Schol. ἔτειλαν, ἐτελείωσαν, ἤνυσαν. Esset igitur τέλλειν noua forma pro τελειοῦν, ducta a τέλω, tanquam primitiuo. Obvium est ἔτειλαν pro ἔστειλαν habere; in Aug. Cod. glossa est, ἐστείλαντο, ἐπορεύθησαν. Ita ἔτειλαν, pro ἔστειλαν, et hoc pro ἐστείλαντο. Analogiam haberent haec. Sed exemplum nondum vidi. Apud Apollonium III, 277. τέλλεται pro στέλλεται dictum vult Schol. At ibi οἷόν τε νέοις ἐπὶ φορβάσιν οἶστρος τέλλεται est pro ἐπιτέλλεται, *invadit*. Sup. I, 122. τέλλεται erat pro γίνεται. Saturnus alias in Tartaro, a Pindaro in Beatis Insulis collocatur. In Mon. Regillae: ἐν μακάρων νήσοισιν, ἵνα Κρόνος ἐμβασιλεύει, vbi Salmasius aliam auctoritatem desiderabat. At Visconti V. C. aliam reperit in Picturis Sepulcri Nasoniani tab. VIII., vbi a Mercurio anima ad eum sedentem adducitur. — In eod. titulo in Triopio Regilla in Elysium deducta σκῆπτρον Ῥαδαμάνθυος ἀμφιπολεύει. sedet igitur is cum insigni iudicis.

127. ὁδὸν παρὰ Κρόνου τύρσιν, τὴν ἐπὶ Κρόνου οἶκον ἄγουσαν. Sequentia putes Euripidem ante oculos habuisse in Hippol. 748 sq.

Αὔραι περιπνέουσιν· ἄν-
θεμα δὲ χρυσοῦ φλέγει,
Τὰ μὲν χερσόθεν, ἀπ' ἀ-
γλαῶν δενδρέων,
Ὕδωρ δ' ἄλλα φέρβει·
Ὅρμοισι τῶν χέρας ἀνα-
πλέκοντι καὶ στεφάνοις·

Ε. δ'. Κ. ή.

Βουλαῖς ἐν ὀρθαῖς Ῥαδαμάνθυος·
Ὃν πατὴρ ἔχει Κρόνος ἕτοι-
μον αὐτῷ πάρεδρον,
Πόσις ὁ πάντων Ῥέας

130. *περιέπουσι* malebat Casaub. caussam non video. 132. *ἀπ'* 133. *ἀγλαῶν* Bodl. γ. *χερσόθε*, *κ' ἀπ'* conj. Pauw. quod Intpp. alios flores terrae, alios arboribus tribuunt. Melius *θ'* adiunges post *δενδρέων*. vt sit *δενδρέων θ'* pro *τε*. Mingarell. *τὰ μὲν χερσόθε, τὰ δ' ἀ-. δενδρίων* Aug. 135. *χερσὶ* Bodl. α. cum Aug. perperam. Vulgatam etiam Gregor. Corinth. habet p. 97. 136. *στεφάνους* Pal. A. C. π. *καὶ κεφαλὰς* conj. Pauw, ductu Schol. 137. *ἐν* excidit Bodl. C. et in Aug. est deletum aduersante metro. 138. pro *Κρόνος*, *γᾶς* Ald. Pal. C. et Gott. 140. *πόσις ἁπάντων* alii, nescio qui, teste Schmidio.

132. Sane *ἄνθεμα* possint ad dúo tantum genera reuocari, arborum et aquaticarum plantarum; melius tamen, quod et Mingarell. voluit, *θ'* apponas post *δενδρέων*, vt sit: *τὰ μὲν χερσόθεν, ἀπ' ἀγλαῶν δενδρέων θ', ὕδωρ δ' ἄλλα φέρβει*. mutata orationis forma pro *τὰ μὲν ἐκ χέρσου* seu *γῆς*, *τὰ δὲ ἀπὸ δενδρέων*, *τὰ δὲ ἐξ ὕδατος*.

137. *βουλαῖς ἐν ὀρθαῖς* h. *κατὰ κρίσεις δικαίας*. Praëcessit itaque iudicium et sententia, qua admitterentur Manes ad adeundas Insulas Beatas. — Tum Cronus habet assessorem iudicii Rhadamanthum, [Osiridem. v. Zoega pag. 296. *Ex Schedis.*] *πάρεδρον ἕτοιμον*, *πρόθυμον*, promtum ad caussas diiudicandas, *qui semper ipsi adest.*

Ὑπέρτατον ἐχοίσας θρόνον.
Πηλεύς τε καὶ Κάδμος ἐν τοῖσιν ἀλέγονται·
Ἀχιλλέα τ' ἔνεικ', ἐπεὶ
Ζηνὸς ἦτορ λιταῖς ἔπεισε, μάτηρ·

Σ. έ. Κ. ιδ'.

Ὃς Ἕκτορ' ἔσφαλε, Τροίας
Ἄμαχον ἀστραβῆ κίο-
να· Κύκνον τε θανάτῳ πόρεν·
Ἀοῦς τε παῖδ' Αἰθίο-
πα. Πολλά μοι ὑπ' ἀγκῶ-
νος ὠκέα βέλη
Ἔνδον ἐντὶ φαρέτρας
Φωνᾶντα συνετοῖσιν· ἐς
Δὲ τὸ πὰν, ἑρμηνέων
Χατίζει. σοφὸς ὁ πολ-

141. ὕπατον ἑ. παῖς θ. Pal. C. et Gott. ex interpolatione. 142. ἐν τοῖσι ἀλέγοντι Bodl. C. a m. pr. 152. φωνήεντα Pal. A. φωνάεντα Pal. C. et B. cum Gott. φωνάετα Ald. Siue φωνάεντα seu φωνᾶντα scribas, idem est. φωνεῦντα Aug. et Eustath. p. 775, 48. 153. πᾶν h. l. corripi necesse est; itaque saltem scribendum: πὰν, et ἐς τὸ πὰν esse debet idem ac πάντως, vt alias εἰς πάντα. Pauw. conj. ἐς δὲ ἅπαν, ἑ. [Boeckh. τόπαν, vt ἅπαν. *Ex Schedis.*]

142. ἐν τοῖσιν scil. beatis illis. Achillem igitur Thetis in Insulas Beatorum vexit, seu precibus a Ioue obtinuit, vt Achilles in haec loca veniret. [Estne haec Leuce? v. Kanne *Mythol.* p. 113. Infra Nem. IV, 79. *Ex Schedis.*]

146. κίονα, et inf. Olymp. VIII, 36. Idem quod sup. 12. ἔρεισμα, *columen* et tutela.

153. ἐς δὲ τὸ πὰν, πάντως, ἑρμηνέων χατίζει, pro ἑρμηνείας, quae *eloquutio* est antiquis; *verbis, carmine, reddenda sunt illa animi cogitata.* Ait scilicet, *se adhuc multa habere, quae huic digressioni subiungere possit; se enim naturae beneficio arti lyricae natum, non studio et vsu poetam factum, vt alios, qui inanibus verbis strepant.*

λὰ εἰδὼς φυᾷ.
Μαθόντες δὲ, λάβροι
Παγγλωσσίᾳ, κόρακες ὣς,
Ἄκραντα γαρυέμεν,

Ἀ. ἔ. Κ. ιδʹ.

Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον.
Ἔπεχε νῦν σκοπῷ τόξον,

157. *παγγλωσσίαι* emendat Canter. N. L. II, 5. vt sit pro loquacibus. Ita legerat Aristides Oratt. T. III. p. 47. (T. II. p. 378. Iebb.) notante Rittershusio et Cantero l. c. et sic Gregor. Cor. p. 98. *παγγλωσίᾳ* tres Bodl. et sic lib. Barocc. ap. Aristid. l. c. 158. *γαρύετον* vulgata erat lectio, vt esset dualis pro plurali, damnata iam a Schol. qui meliorem lectionem seruauit *γαρυέμεν*, vt sit *λάβροι γηρύειν*, probatam quoque Dawes. p. 49. conf. Not. [Gilb. Wakefield defendit dualem *γαρύετον*, vt sit pro plurali *γαρύουσι* (Silv. Part. I. p. 59.). *Ex Addendis. γαρύειν πρὸς* —, vt *ἐρίζειν πρὸς* —. v. Wunderlich. Observatt. p. 167. *Ex Schedis.*] 159. *ὄρνικα* Voss. Cod. ap. Koen. ad Gregor. Cor. pag. 97.

155. *Τὸ εὐφυὲς* et alibi praedicat: Ol. IX, 152. *Τὸ δὲ φυᾷ κράτιστον ἅπαν.* Nem. III, 69. *σύγγενεῖ δέ τις ἀρετῇ μέγα βρίθει. Ὃς δὲ διδάκτ᾽ ἔχει, ψεφηνὸς ἀνὴρ* etc. Mox *λάβροι παγγλωσσίᾳ*, h. e. *πολυλογίᾳ*, Homero sunt *λαβραγόραι*. In v. 158. malui cum Dawesio stare Misc. cr. p. 52. in restituendo *γαρυέμεν*, et loca, in quibus dualis de pluribus dictus occurrit, aut corrupta aut aliter interpretanda putare: etsi contra sentiunt viri docti, vt Ern. ad Il. *α*, 566. Koen. ad Gregor. Cor. p. 98. Vauvill. ad Sophocl. Antig. p. 55. Ita res se habet in laudato loco Il. *α*, 566. et in Il. *δ*, 452. 3. vbi *ποταμοὶ συμβάλλετον* occurrit, manifestum fit poetam de duobus amnibus cogitasse. Erit sic: *μαθόντες δὲ*, (*qui non ingenio euecti, sed mero studio et vsu progressi ad artem lyricam*) *εἰσὶ λάβροι γαρυέμεν* (*σὺν*) *παγγλωσσίᾳ, ὡς κόρακες* (sc. *λάβροι εἰσὶ γαρύειν*) *ἄκραντα πρὸς ὄρνιχα θεῖον Διός.* Il. *ψ*, 478. 9. *Ἀλλ᾽ αἰεὶ μύθοις λαβρεύεαι· οὐδέ τί σε χρὴ λαβραγόρην ἔμεναι.*

160. Sed redeundum est ad propositum. v. ad Ol. I, 179.

Ἄγε, θυμέ. τίνα βάλλομεν
Ἐκ μαλθακᾶς αὖτε φρε-
νὸς εὐκλέας ὀϊστοὺς
Ἱέντες; ἐπί τοι
Ἀκράγαντι τανύσαις,
Αὐδάσομαι ἐνόρκιον
Λόγον ἀλαθεῖ νόῳ,
Τεκεῖν μή τιν᾽ ἑκατόν
Γε ἐτέων πόλιν
Φίλοις ἄνδρα μᾶλλον
Εὐεργέταν πραπίσιν, ἀ-
φθονέστερόν τε χέρα,

Ε. ἑ. Κ. ή.

Θήρωνος. Ἀλλ᾽ αἶνον ἔβα κόρος
Οὐ δίκᾳ συναντόμενος, ἀλ-

165. *Ἀκράγαντα* Pal. A. B. Bodl. MS. et *α*. 169. *γ᾽ ἐτέων* Schol. et edd. ante Schmidium, qui metri caussa refinxit *γε* cum hiatu. Leg. *ἐφ᾽* vel *δι᾽ ἐτέων*. Saltem *τινά γ᾽ ἑκα-τὸν ἐτέων πόλιν*. 172. *χερὶ* emendat Pauw. At poeta varietati studet. 173. *ἐπέβα* Ald. et Pal. C. Mingarellus emendat: *Θήρωνος. αἶνον δ᾽ ἐπέβα κό-*

166. Similis locus sup. Ol. I, 165. inf. Ol. VI, 36. XIII, 140. *ἐπιτανύσας* (*τὸ τόξον*) *Ἀκράγαντι* h. *ἐπὶ Ἀκράγαντα*.

167. *ἐνόρκιον λόγον laudem tanquam iurato pro teste editam dixit*, vt *λόγος* saepe: v. c. IV, 29. et *iurato* alibi similiter, vt VI, 34. *μὴ πόλιν τεκεῖν* (pro *τετοκέναι*: vt et Il. *ν*, 826.) *ἑκατόν γε ἐτέων* (*ἐπὶ* vel *ἐντὸς* h. *inde ab vrbis Agrigenti origine*; C enim fere annos vrbs steterat.) *ἄνδρα τινὰ μᾶλλον φίλοις εὐεργέταν πραπίσιν* (*beneficum in amicos animo suo*) *ἀφθονέστερόν τε χέρα*, *Θήρωνος*.

173-8. Locus impeditus, multis de caussis; nam et ipsa res obscura est, et latent nos facta, quae poeta respicit; varia in Scholiis memorantur, sed ambigua et incerta fide. *Κόρος* potest esse *ὕβρις*, potest et satietas, fa-

λὰ μάργων ὑπ' ἀνδρῶν,
Τὸ λαλαγῆσαι θέλων
Κρύφον τε θέμεν ἐσθλῶν κακοῖς

ρος. Modo esset αἴνῳ! Est quidem ἐπιβῆναι cum casu quarto, sed de eo qui *adit* vel superuenit: ut Sophol. Elect. 492. ἄλεκτρ', ἄνυμφα γὰρ ἐπέβα μιαιφόνων γάμων ἁμιλλήμαθ' οἷσιν οὐ θέμις. *infausti coniugii studium incessit eos, qui legitimo modo nuptias facere non poterant.* τ. λ. Pauw emendat. 177. Alii κρύφιον, vt et Pal. A. C. At Ald. κρούφιον. ita saltem κρύφιον δὲ θέμεν ἐσθλὸν rescribendum, vt et Pauw suasit: sed ὁ κρύφος, quod iam Aristarchus docuit, est pro κρύψις. v. Valken. p. 351. ad Theocritum. In Aug. κρυφὸν est scriptum. Quod adiunctum est τε, prorsus ratione caret. Licet mutare in τιθέμεν', melius tamen reponas κρύφον θέμεναι ἐ. κ. Iam ἐσλὸν Pal. A. C. ἐσθλὸν Ald. Pal. B. κακοῖς Ald. omisit. Ita ait Schmid. sed nostra Aldina hoc retinet. ἐσλῶν καλοῖς Gott.

stidium esse, αἶνον ἔβα κόρος vix sanum esse potest; at nec melius ἐπέβα, quod in Ald. et Pal. C. est. Potest iungi συνάντεσθαι δίκᾳ, διάγειν δικαίως, potest et esse συνάντεσθαί τινι σὺν δίκᾳ, *aggredi*, *inuadere* iure vel iniuria. Tolerabile visum erat, si sic constituerem: ἀλλὰ κόρος οὐ δίκᾳ (σὺν δίκᾳ), ἀλλὰ μάργων ὑπ' ἀνδρῶν (pro ἐξ, ἀπό. Sic P. X, 105. ἀνελὼν φίλας ὑπὸ ματέρος.) συναντόμενος, ἐπέβα αἶνον (deb. ἐπέβα, ἐπέρχεται, αἴνῳ, *laudem incessit*, *impugnat*). Scilicet κόρον puto melius exponi, vt sit *fastidium*, *invidentia*, *obtrectatio laudum*, quas modo enarrauerat. *At*, inquit, *laudi obstrepit inuidia.* Sic alibi in laudibus, quae nimiae esse videri possunt: Pyth. VIII, 43. μὴ κόρος ἐλθὼν κνίσῃ. Nem. X, 37. ἐστὶ δὲ καὶ κόρος ἀνθρώπων βαρὺς ἀντιάσαι. cfr. N. VII, 76 sq. Nec meliora habeo. Vetus Schol. qui reddit: τὸ δὲ χαρακτηριστικὸν, φησὶ, τοῦ Θήρωνος ἐπέβησε πολλοὺς, εἰς ὕβριν, δηλονότι, αὐτοὺς προσηγάγετο; vix ad eam, quam habemus, lectionem spectare potuit. κόρος ei est ὕβρις μετ' ἀδικίας, (οὐ δίκᾳ συναντόμενος) et τὸ λαλαγῆσαι, τὸ θορυβῆσαι τῷ λόγῳ, τὸ ὑβρίζειν. Tribuitur ita τῷ κόρῳ, quod faciunt homines, in quibus κόρος, ὕβρις, est; *hi id agunt, vt obtrectatione obscurent bona alterius facta.* Quae sequuntur, pendent a κόρος, sc. κόρος, ille, ὁ θέλων, τὸ λαλαγῆσαι, obtrectationem, θεῖναι κρύφον ἐσθλῶν κακοῖς ἔργοις, *obscurare laudes alterius maledictis.*

Ἔργοις. ἐπεὶ ψάμμος ἀριθμὸν περιπέφευγεν.
Ἐκεῖνος ὅσα χάρματ᾽ ἄλ-
λοις ἔθηκεν, τίς ἂν φράσαι δύναιτο;

178. ψάμμῳ ἀ. scribit vel ψάμμος pro quarto casu Dorico accipit Pauw cum Mingarello: at multo dignius lyrico vulgatum. 179. κἀκεῖνος Ald. c. Gott. χάρματα Bodl. C. 180. Bodl. MS. et α. ad f. στίχους εἴδους notant ρπβ΄ (182), licet prior tantum vnum κῶλον (sup. post v. 48.), alter vero ne vnum quidem vulgari numero adiecerit.

ΟΛΥΜΠΙΑ

εἶδος γ'.

ΘΗΡΩΝΙ.

Argumentum.

Profitetur poeta, se Theronem canere velle Olympicum victorem, modo probetur carmen Dioscuris et Helenae. Inde 17 — 66. a memoratione oleagineae coronae transit ad narrationem de Hercule, quomodo ab Hyperboreis oleam siluestrem petiit, qua Olympia fuit consita. Hanc gratulatur Theroni tanquam decus summum, quod assequi possit mortalis.

Σ. ά. Κ. θ'.

Τυνδαρίδαις τε φιλοξείνοις ἁδεῖν,
Καλλιπλοκάμῳ θ' Ἑλένᾳ,

1. φιλοξένοις ante Schmidium legebatur inde a Romana. At ille, vt metro consuleret, ex Pal. tribus φιλοξείνοις reposuit, vt iam Aldina exhibuerat.

Inscriptum carmen a grammaticis τῷ αὐτῷ Θήρωνι εἰς Θεοξένια. Supplent Scholia θύοντι; eisdem totum hoc, puto, commentum de Theoxeniis a Dioscuris institutis debetur, petitum ex vss. pr. et 71. 72. his quidem male intellectis: quasi de aduentu deorum agerent. Dioscuri et Helena heroes, vt pluribus locis, praecipuo aliquo cultu habiti esse debuere Agrigenti, (hocque

Κλεινὰν Ἀκράγαντα γεραίρων, εὔχομαι,
Θήρωνος ὀλυμπιονίκαν
Ὕμνον ὀρθώσαις, ἀκαμαντοπόδων
Ἵππων ἄωτον.

5. κλεινὴν Bodl. β. γ. 5. Pauw malit ὀρθώσαις, ἀ. ἵ. ἀώτῳ. *equorum flore*, h. *equis praestantissimis*. Sensit, ἄωτον ἵππων non esse posse *decus equorum*: sed *equos praestantissimos*. Forte sufficit interponere τ' in ἵππων τ' ἄωτον, *celebrare Theronis laudem et praeclaros equos victores*. Scilicet iungenda sunt cum superioribus Ἀκράγαντα γεραίρων ἵππων τε ἄωτον.

iam Aristarchus monuerat in Schol.) forte a gente Theronis, aut a tribu Emmenidarum, (68. 69.) quos et inf. P. VI, 5. memorat, ex qua ille fuit. Traducta, vt probabile fit, religio Argis; hic enim Castorum fuit religio: vid. Pausan. II, 22. p. 161. His itaque diis carmen probari cupit, vt alibi aliis diis tutelaribus vrbium ac praesidibus. Haud dubie scriptum est carmen in victoriam Olympicàm: eandemne cum priore illa an diuersam, quis dixerit? Iam autem iidem Dioscuri inter praesides certaminum Olympicorum erant v. 64. Iisdem etiam vult poeta carmen suum ἀδεῖν, probari. Τὰ Θεοξένια prorsus sunt aliena ab hoc carmine; sunt enim ea sacra, quibus dii hospites, ξένοι, adesse visi (vnde dicti ξενικοί), aut omnino, aut certi dii; vt Apollo et Mercurius Pallenae, vnde Apollo Θεοξένιος: Pausan. VII, 27. Erant Θεοξένια Delphis: vt ex Athen. IX. p. 372. A. patet, et sic alibi alia. [Vix: in memoriam religionum ab exteris acceptarum, v. c. ab Aegyptiis: ut Creuzer. *Ex Schedis*.] Φιλόξεινοι autem sunt Dioscuri, non propter τὰ Θεοξένια, sed quia σωτῆρες sunt hominum in discrimine versantium: quod Simonidis exemplo constat, inprimis tamen nauigantium. Theocr. XXII, 6-9. et 23. ὦ ἄμφω θνατοῖσι βοηθόοι, ὦ φίλοι ἄμφω.

4. 5. 6. Est impediti aliquid in his versibus: Θήρωνος ὀλυμπιονίκαν ὕμνον ἀκαμαντοπόδων ἵππων ἄωτον ὀρθώσας (seu verius ὀρθώσαις). Sensit quoque Mingarellus, qui ὀρθοῦν ὕμνον recte dici negat; ὀρθοῦν esse *extollere laudibus*. Isthm. I, 64. IV, 65. P. IV, 106. (quo l. est *confirmare animum*.) At Ol. VII, 38. est διορθοῦν λόγον, *laudem*, idem quod ὀρθοῦν ὕμνον. Ductum puta a monumento vel statua; ὀρθοῦν στήλην. Gratius est, ἵππων ἄωτον esse non posse nisi *praestantes equas*. [cf. V, 1. 2.

Μοῖσα δ' οὕτω ποι παρέστα
Μοι νεοσίγαλον εὑρόντι τρόπον,
Δωρίῳ φωνὰν ἐναρμόξαι πεδίλῳ

Α. ά. Κ. θ'.

Ἀγλαόκωμον. ἐπεὶ χαίταισι μὲν
Ζευχθέντες ἔπι στέφανοι
Πράσσοντί με τοῦτο θεόδματον χρέος,
Φόρμιγγά τε ποικιλόγαρυν,
Καὶ βοὰν αὐλῶν, ἐπέων τε θέσιν,
Αἰνησιδάμου
Παιδὶ συμμίξαι πρεπόντως·
Ἅ, τε Πίσα με γεγωνεῖν· τᾶς ἄπο
Θεύμοροι νίσσοντ' ἐπ' ἀνθρώπους ἀοιδαί,

Ε. ά. Κ. θ'.

Ὧι τινι, κραίνων ἐφετμὰς

7. οὕτω τοι Pal. C. Schol. probare videtur quoque παρίστα pro παρίσταθι. *ades mihi Musa, vt.* 12. θεόδμητον MS. Bodl. 17. γεγωνεῖ malit Pauw. Perperam. Supple γεγωνεῖν πράσσει ex v. 12. 18. θεόμοροι Ald. cum Aug. et sic forte olim alii, notante Pauw. θεόμοιροι Gott. νείσσοντ' MS. Bodl. et Aug. 19. κερ-

VIII, 99. *Ex Schedis.*] Corrigit igitur vir doctus: Θήρωνος ὀλυμπιονικᾶν ὕμνῳ ὀρθώσας ἀκαμαντοπόδων ἵππων ἄωτον, *hymno extollens ac celebrans praestantissimas Theronis equas, quibus victoriam Olympiae retulit.* Vide in V. L. an melius coniecerim. ὕμνος ἄωτος vtique pro ὕμνων ἄωτος dici nequit, nec ἄωτος ἵππων pro ornamento equorum.

7. 8. οὕτω ποι Schol. intp. *vt probarer Dioscuris.* Melius: Μοῦσα παρέστα μοι, εὑρόντι οὕτω τοι ν. τρόπον ἀγλ. (ὥστε) ἐναρμόξαι φ. Δ. π. Sed nec hoc satisfacit.

13. 14. Iungit lyram et tibiam saepe, Ol. VII, 21. 22. X, 113. 114. Nem. IX, 19. Isthm. V, 34. 35. et tibias appellat *Lydias* Ol. V, 44.

Ἡρακλέος προτέρας,
Ἀτρεκὴς Ἑλλανοδίκας γλεφάρων
Αἰτωλὸς ἀνὴρ ὑψόθεν
Ἀμφὶ κόμαισι βάλοι γλαυ-
κόχροα κόσμον ἐλαίας. τάν ποτε
Ἴστρου ἀπὸ σκιαρᾶν παγᾶν ἔνεικεν
Ἀμφιτρυωνιάδας,
Μνᾶμα τῶν Οὐλυμπίᾳ κάλλιστον ἄθλων;

Σ. β'. Κ. θ'.

Δᾶμον Ὑπερβορέων πείσαις, Ἀπόλ-
λωνος θεράποντα. Ὅγε

ναίων Rom. 21. Cum aliis locis *γλέφαρον* scribat poeta, P. IV, 216. Isthm. VIII, 99. probabile fit etiam h. l. fuisse *γλεφάρων* pro vulgari *βλεφάρων*. 23. *βάλῃ* MS. Bodl. et C. Aug. Gott. 27. *καλλίστων* vitium ed. Pauli Steph. 28. *πείσαις*, Dorice, vt Pauw quoque monet. 29. *-τα ὅγε* cum hiatu. Pal. C. *λόγῳ*, item Gotting. qui *ὅγε* habet in marg. Etiam Schol. *λόγῳ* habuit in suo libro.

25. Locus notabilis propter veterum inscitiam geographiae et vagam Hyperboreorum notitiam. Oleaster petitus esse non potuit nisi ex australibus Europae terris. De Istri fontibus non minus inscite Herodot. II, 33. 34. Auct. de Mirab. Ausc. c. 112. Repetit sua ex Pindaro Pausan. V, 7. p. 392. sed nil emendatius tradit.

29 sq. Totum locum interpunctione laborare suspicor, et continuandam orationem esse a v. 24. ad 32. *τάν ποτε — ἔνεικεν Ἀμφιτρυωνιάδας, — δᾶμον Ὑπερβορέων πείσαις, Ἀπόλλωνος θεράποντα, λόγῳ, πιστὰ φρονέων Διὸς αἴτει, πανδόκῳ ἄλσει, σκιαρόν τε φύτευμα ξυνὸν ἀνθρώποις, στέφανόν τ' ἀρετᾶς.* *quam oleam* (*κότινον* proprie) *Hercules attulit, precibus datam ab Hyperboreis, memor fani Iouis, arborem vmbrosam, hospitalem et virtutis praemium.* Ita retinere licet grammaticorum rationem, vt *αἴτει* sit ἀπὸ τοῦ *αἶτος*, *διαίτημα*, *τέμενος τοῦ Διός*. Etsi *αἴτειν* pro *ᾔτει* recte se haberet, vt P. IX, 189. *αἴτεον*. Nec vero *ἄλσει* in

Πιστὰ φρονέων, Διὸς αἴτει πανδόκῳ
Ἄλσει σκιαρόν τε φύτευμα
Ξυνὸν ἀνθρώποις, στέφανόν τ' ἀρετᾶς.
Ἤδη γὰρ αὐτῷ,
Πατρὶ μὲν βωμῶν ἁγισθέν-

30. *αἰτεῖ* inde a Romana edit. sicque Aug. Gott. At Aldina legebat *αἴτει*, quod reuocauit Schmidius. Mirum est, Grammaticos, Eustathium p. 381. et Gregor. Corinth. p. 98. ab *αἶτος* hoc repetere, vt sit pro *ἐνδιαίτημα*. Obuia est suspicio, quam Koenius quoque illo loco proposuit, posse *ἄλτει* in ea voce latere: *ἄλτις* enim haud dubie id. q. *ἄλσος*. Sed quid tum faciemus *τῷ ἄλσει* v. 31., si versus mutilus relinquendus non est? Librorum vel veterum scriptorum auctoritas est expectanda; videtur enim vlcus latere, etiam lectione *λόγῳ* v. 29. id prodente; et *θεράποντα ὄγε* facit hiatum intolerabilem. Quid si *πείσαις λόγῳ* iungimus? *hortatu mouens.* Ita non est ieiuna vox; est is mos lyrici, generale vocabulum pro deducto ponere, quod formam aut partem notat. *πιστὰ φρονέων, Διὸς αἴτει,* (*sedi*, quam ille incolit) *πανδόκῳ ἄλτει, σκιαρόν τε φύτευμα ξ. ἀνθρ. στέφανόν τ' ἀρετᾶς* sc. *ἕνεικεν.* Etsi oratio et ita instrui potest, vt *αἴτει* sit *petiit.* [V. Ahlwardt in Act. Seminar. Lipf. Vol. I. p. 121. et Villoison ibid. p. 233. *Ex Schedis.* In ipso textu Heynius correxit *ἄλτει*: vt hanc scripturam vnice probasse videatur.] [31. Wakefield. ad Virgil. Georg. II, 13. corrig. *σκ. τὸ φύτευμα.* *Ex Schedis.*] 32. *ἀρετᾶν* Gott.

Ἄλτει mutandum, nam et alibi *ἄλσος Διὸς* vel *Πίσας* dixit. *ξυνὸν ἀνθρώποις* scil. propter vmbram, ex *σκιαρόν.* Potest quoque cum Beckio *ἕνεικεν* — *Διὸς αἴτει, πανδόκῳ ἄλσει*, bene iungi: h. *εἰς ἄλσος, ἐν ᾧ Ζεὺς οἰκεῖ.* Modo iungantur ista *ἕνεικεν A. πείσας λόγῳ.* Sequitur v. 33 sq. *Nam iam semel habita fuerant ab Hercule Olympia, victo Augea;* (v. inf. Ol. X, 30 sqq.) *at erat tum locus arboribus vacuus et solis radiis obnoxius:* cf. sup. II, 5. 7. et X, 51 sq. Post ludos actos ad Ceruam aeripedem capiendam profectus est: qui fuit proximus ab Augea labor secundum nostrum: diuersa narrant alii. Apollod. II, 7, 2. post omnes XII labores exantlatos Augeam victum memorat.

των, διχόμηνις ὅλον χρυσάρματος
Ἑσπέρας ὀφθαλμὸν ἀντέφλεξε Μήνα,

Α. β'. Κ. θ'.

Καὶ μεγάλων ἀέθλων ἁγνὰν κρίσιν
Καὶ πενταετηρίδ' ἁμᾶ
Θῆκε ζαθέοις ἐπὶ κρημνοῖς Ἀλφεοῦ.
Ἀλλ' οὐ καλὰ δένδρε' ἔθαλλεν
Χῶρος ἐν βάσσαις Κρονίου Πέλοπος.
Τούτων ἔδοξεν
Γυμνὸς αὐτῷ κᾶπος ὀξεί-
αις ὑπακουέμεν αὐγαῖς ἀλίου.
Δὴ τότ' ἐς γαῖαν πορεύεν θυμὸς ὤρμαι-

Ε. β'. Κ. θ'.

ν' Ἰστρίαν νιν. Ἔνθα Λατοῦς

38. *ἅμα* MS. Bodlei. Aug. et alii, vt Ald. v. Ol. I, ext. Quod Toup. Add. ad Theocr. IX, 4. pronuntiat, *ἁμᾶ* vocem nullam esse, nimis pro arbitrio pronuntiatum esse, docent tot alia similia. 40. *ἔθαλλεν* Bodl. quatuor, Aug. Gott. *ἔθαλεν* Ald. 42. *ἔδοξεν* tres Bodl. et Ald. 43. *ὕμνος* MS. Bodl. 45. *πορεύεν* Dorismus postulat, non *πορεύειν*. 46. *Ἰστριανὴν* Steph. et omnes edd. ante Schmidium, sicque Aug. et MS. Bodl. Meminit lectionis etiam Schol. *Ἰστρίαν νιν* Schmidius ex Pal. C. recepit: idque diserte Scholiastes exhibebat vna cum altera lectione *Ἰστρία νιν*, vt cum

35. 36. Ludi habebantur die proximo a plenilunio eius mensis, cuius nouilunium proxime post solstitium aestiuum subsequutum erat. Ergo *Μήνη χρυσάρματος διχόμηνις* (inde a nouilunio) *ἀντέφλεξεν ὀφθαλμὸν*, (*illustrauerat*, ad verbum, ex aduerso spectantibus, *plenum vultum*, *os*, *lucem*, *φῶς*, h. e. erat plenilunium) *καθ' ἑσπέρας* — *καὶ* — *κρίσιν* — *θῆκε* Luna, tanquam tempus, quo illa facta sunt.

41. *χῶρος Πέλοπος*, Olympia, *ἐν βάσσαις Κρονίου* (*ὄρους* I, 178. 9.).

Ἱπποσόα θυγάτηρ
Δέξατ᾽ ἐλθόντ᾽ Ἀρκαδίας ἀπὸ δει-
ρᾶν καὶ πολυγνάμπτων μυχῶν·
Εὖτέ μιν, ἀγγελίαις Εὐ-
ρυσθέος, ἔντυ᾽ ἀνάγκα πατρόθεν
Χρυσόκερων ἔλαφον θήλειαν ἄξον-
θ᾽· ἅν ποτε Ταϋγέτα
Ἀντιθεῖσ᾽ Ὀρθωσίᾳ ἔγραψεν ἱεράν.

Σ. γ΄. Κ. θ΄.

Τὰν μεθέπων, ἴδε κἀκείναν χθόνα,
Πνοιᾶς ὄπιθεν Βορέα
Ψυχροῦ. τόθι δένδρεα θαύμαινε σταθείς.
Τῶν νιν γλυκὺς ἵμερος ἔσχεν,
Δωδεκάγναμπτον περὶ τέρμα δρόμου
Ἵππων φυτεῦσαι.
Καί νυν ἐς ταύταν ἑορτὰν

Α. ἱ. *θυγάτηρ* iungatur: hoc quidem minus bene. 47. *ἱπποσία* Bodl. β. γ. 49. *πολυγνάπτων* Rom. 50. Locum recitat Aelian. H. Anim. VII, 39. Iunxit et illo *Εὐρυσθέος ἀνάγκα*. 51. *-ρυσθέ-νεος* Aug. α. *πρόσθεν* Schol. recentiora. 52. *αὔξονθ᾽* Aug. et tamen cum gl. *κομίσοντα*. 55. *εἶδε* vitiose Gott. Ald. et Pal. A. B. et Bodl. 56. *ὄπισθεν* Steph. et omnes vulgg. ante Schmidium, qui Pal. C. et metri legem recte sequutus est. Aldina porro cum Aug. et Gott. *πνοιαῖς*, vt habebant quoque codd. apud Greg. Corinth. p. 99. qui recte *ὄπιθεν* adserit. *βορέαο* Bodl. α. cum iisdem codd. Gregorii l. c. 57. *σταθείς*. *Τῶν νιν* h. *τούτων* (*τινά*) *νιν*. Ita haec seiunxi. Erat antea: *σταθεὶς τῶν*, h. e. *ἐξ ὧν*, minus lyrice. *θαύμαζε* Aug. cum altero in marg. 58. *ἔσχε* Steph. 61. *καί νυν* recte Schmidius emendauit, metro exigente. Vulgg.

56. *ὄπιθεν Βορέα.* v. ad v. 25.

58. Plin. XVI. s. 89. *Olympiae oleaster, ex quo Hercules primus coronatus est, et nunc custoditur religiose.*

61. *ἐς ταύταν ἑορτάν*, ad victoriam Theronis celebrandam

Ἵλαος ἀντιθέοισιν νίσσεται
Σὺν βαθυζώνου διδύμοις παισὶ Λήδας.

Α. γ΄. Κ. θ΄.

Τοῖς γὰρ ἐπέτραπεν, Οὔλυμπόνδ' ἰών,
Θαητὸν ἀγῶνα νέμειν
Ἀνδρῶν τ' ἀρετᾶς πέρι, καὶ ῥιμφαρμάτου
Διφρηλασίας. Ἐμὲ δ' ὦν πα
Θυμὸς ὀτρύνει φάμεν, Ἐμμενίδαις
Θήρωνί τ' ἐλθεῖν
Κῦδος, εὐΐππων διδόντων
Τυνδαριδᾶν· ὅτι πλείσταισι βροτῶν
Ξεινίαις αὐτοὺς ἐποίχονται τραπέζαις,

Ε. γ΄. Κ. θ΄.

Εὐσεβεῖ γνώμᾳ φυλάσσον-
τες μακάρων τελετάς.

καὶ νῦν. 62. *ἀντιθέοισιν* legit Schmidius, vt vltima producatur; etsi illa produci potest et sine *ν* finali. *νείσεται* et *νείσσεται* in Bodleianis, perpetua varietate. 63. *διδύμοισι* Ald. nec male, cum Gott. alioqui media in *διδύμοις* producta esse dicenda est: quod Schmidius quoque et Pauw viderunt. 67. *διφραλασίας* Aug.

(non ad *Θεοξένια*). Patet e seqq. et Nem. X, 96 sq. etiam Dioscuros fuisse inter deos praesides ludorum Olympicorum. *Et nunc adest ille propitius sollenni victoris vna cum Dioscuris, quos olim iussit praeesse ludis, se ad deos euocato.* Tum interpunxi: *τοῖς γὰρ ἐπίτραπεν, Οὔλυμπόνδ' ἰών, θαητὸν ἀγῶνα νέμειν ἀνδρῶν τ' ἀρετᾶς πέρι καὶ ῥιμφαρμάτου διφρηλασίας*: est enim *ἀγὼν περὶ ἀρετῆς καὶ διφρηλασίας.*

67 - 74. *Et nunc victoriam curulem hanc Olympicam Emmenidarum tribui et Theroni non alio quam Dioscurorum studio obtigisse pronuntio: quia eos praecipua aliqua religione colunt.* Similis locus est inf. Ol. VI, 137. add. Ol. I, 171. *ἐμὲ θυμὸς ἐποτρύνει*, *non pos-*

Εἰ δ᾽ ἀριστεύει μὲν ὕδωρ, κτεάνων
Δὲ χρυσὸς αἰδοιέστατον·
Νῦν γε πρὸς ἐσχατιὰν Θή-
ρων ἀρεταῖσιν ἱκάνων ἅπτεται
Οἴκοθεν Ἡρακλέος σταλᾶν. τὸ πόρσω
Δ᾽ ἔτι σοφοῖς ἄβατον
Κἀσόφοις. οὐ μὴν διώξω. κεινὸς εἴην.

76. *αἰδοιέστατος* Bodl. *β. γ.* *ἀοιδέστατον* emendat Pauw, metri caussa. Non capio argutias viri de metro solliciti. Induxit forte Grammaticus in metri typo: *Ἰωνικὸν δίμετρον.* Videtur is scripsisse *Ἰαμβικὸν δίμετρον.* 79. *τὸ πρόσω* Schol. 81. *οὔ μιν* Ald. et in marg. Rom. *οὐ μὴ* malebat Mingarell. *κεῖνος* alii ap. Schol. *κεῖνός* Rom. *εἴη* Schol.

sum non, quin eloquar. *τελεταὶ μακάρων* sunt *ipsorum Dioscurorum festa.* *τραπέζας ξενίας* de *epulis sacrorum* accipio, quibus adhibentur alii, tanquam hospites.

75 - 81. *Victori in Olympicis ludis summam* ait *adesse gloriam, qua nulla maior expectari possit.* Lyrica audacia hoc declarauit: *εἰ δὲ ἀριστεύει μὲν ὕδωρ — νῦν γε.* *Si — nunc quoque*, pro: *vt aqua et aurum* (inter elementa illud, hoc inter metalla) *primum tenent locum: sic Thero ad summum felicitatis et gloriae fastigium peruenit: νῦν γε Θήρων, ἱκάνων ἀρεταῖς (διὰ ἀρετῶν) οἴκοθεν* (h. e. *διὰ οἰκείων ἀρετῶν*) *πρὸς ἐσχατιὰν, ἅπτεται στηλῶν Ἡρακλέος: extremum terminum attigit.* Hic verborum ordo. Variauit et inuertit orationem carminis I. Ol. princ. Addit 81. 2. 3. haec: *vltra columnas illas procedi non posse, nec cuiquam hoc tentandum esse: οὐ διωκτέον εἶναι.* vt Scylax de Cerne insula p. 53. *τὰ ἐπέκεινα οὐκέτι ἐστὶ πλωτά.* — Pronuntiauit hoc, vt solet, tanquam de se: *οὐ μὴν διώξω· κεινὸς εἴην.* pro, *κενὸν εἴη τοῦτο.* Ceterum *fastigium gloriae ex certaminibus* saepe sic declarat Pindarus: v. Nem. III, 35-38. IV, 112-115. Isthm. IV, 18-90. VI, 14-19. quod sequuntur et alii, vt Eurip. in Hippol. 750. Aliud inuentum v. ib. Isthm. V, 17. VII, 60 sq. aliud P. X, 42 sqq. et Ol. V, fin. Nem. IX, 109.

ΟΛΥΜΠΙΑ

εἶδος δ'.

ΨΑΥΜΙΔΙ ΚΑΜΑΡΙΝΑΙΩι

ἵπποις.

Argumentum.

Ad Iouem conuersus vota facit pro Psaumide Camarinaeo victore quadrigis - 24. Subiicit laudes - 27. quarum veritatem re ipsa argui ait; quod fabula illustrat de Ergino, quem, propter canos risu exceptum, cursus, adeoque ipsa res, pedibus valentem declarauit.

Σ. ά. Κ. ιέ.

Ἐλατὴρ ὑπέρτατε βροντᾶς
Ἀκαμαντόποδος
Ζεῦ· τεαὶ γὰρ ὧραι

1. ἐλατὴρ, Aug. πλατὴρ, in Gott. gl. διοικητὰ ὕψιστε. 3. Schmidius parenthesin sustulit, quam Cratandrina intulerat; (τεαὶ– ἐσθλοί.) Nil refert, siue apponatur, siue omittatur. Ratio loquendi est frequentissima.

Inscribitur ἵπποις, quod idem est ac τεθρίππῳ ἅρματι. Vnde est v. 19. Ψαύμιος γὰρ ἥκει (ἐπ') ὀχέων. Sic ἵπποι saepe in nostro quoque, vt Ol. V, 15. et sic inscripta est Isthm. III. Diuersa fuit victoria haec, quae ad Olymp. LXXXII. refertur, ab ea, quam carmine sequenti celebrat: v. ad eius pr.

3. *Ζεῦ — ἀλλ' ὦ Κρόνου παῖ — δέκευ, Excipe propitia men–*

Ὑπὸ ποικιλοφόρμιγγος ἀοιδᾶς
Ἑλισσόμεναί μ' ἔπεμψαν,
Ὑψηλοτάτων μάρτυρ' ἀέθλων·
Ξείνων δ' εὖ πρασσόντων, ἔσαναν
Αὐτίκ' ἀγγελίαν
Ποτὶ γλυκεῖαν ἐσλοί·
Ἀλλ', ὦ Κρόνου παῖ, ὃς Αἴτναν ἔχεις,
Ἶπον ἠνεμόεσσαν ἑκατογ-
κεφάλα Τυφῶνος ὀβρίμου,
Οὐλυμπιονίκαν
Δέκευ Χαρίτων ἕκα-
τι τόνδε Κῶμον,

9. ἐσλοὶ Steph. 10. Ἀλλὰ Κρ. Bodl. MS. etiam Ald. Κρόνιε παῖ Schol. recent. 11. Ἰπνὸν alii, nescio qui, apud Schmidium, vt Aetna *furnus*, *caminus* sit, Typhoni ignem spiranti impositus. Ἶπος est onus impositum: vt ἰποῦν est πιέζειν. Aeschyl. Prom. 365. cf. Not. τὴν Ἶπον interpretantur πίεσμα καὶ βάρος, vt ἰποῦν est θλίβειν apud Etymol. M. Scholia recent. τιμωρίαν καὶ κόλασιν reddunt, ex etymologia argutantiæ. In Pal. B. ἵππον male. 12. ὀμβρίμου Ald. et Aug. 14. δέξαι Ald. et Pal. C. c. Gott. ex Scholio. Iidem χαρίτων θ', quod et Schol. inuenerat.

te hymnum in victoriam Psaumidis; nam tuum sollenne poscit me, vt celebrem summam victoriam carmine lyrico, cum hospes meus sit renuntiatus victor. Haec lyrice quomodo extulerit, vide. καὶ γὰρ ὧραι, *tuum sollenne* (Olympicum) ἑλισσόμεναι (*voluens se, rediens anno quinto*) ἔπεμψάν με (πέμπουσι, μεταπέμπονται, *arcessunt me*) μάρτυρα ἀέθλων ὑπὸ π. ἀοιδᾶς (διὰ, σὺν, nam poeta dicitur μαρτυρεῖν ea, *quae celebrat*: v. c. Ol. VI, 35.). Mox 7. ἔσαναν, σαίνουσιν, ἥδονται.

11. Ἶπος esse *onus impositum*, dubitari nequit, post illustrationes voc. ἰποῦσθαι, a viris doctis propositas: Hemsterh. ad Aristoph. Plutum p. 279. Brunck. ad Lysistr. 291. tum ad Aeschyl. Prom. 365. et Gedik. Carm. select. ad h. l. τὸν ἰπνὸν illustrat Dawes Misc. crit. p. 200.

14. Χάριτες spectant ad *vi-*

Α. ά. Κ. ιέ.

Χρονιώτατον φάος εὐρυ-
σθενέων ἀρετᾶν.
Ψαύμιος γὰρ ἥκει
Ὀχέων· ὅς, ἐλαίᾳ στεφανωθεὶς
Πισάτιδι, κῦδος ὄρσαι
Σπεύδει Καμαρίνᾳ. Θεὸς εὔφρων
Εἴη λοιπαῖς εὐχαῖς· ἐπεί μιν
Αἰνέω, μάλα μὲν
Τροφαῖς ἕτοιμον ἵππων,

18. *Ψαύμιος* Ald. tres Pal. et tres Bodl. Aug. Gott. v. ad V, 7. *ἵκει* Ald. et Pal. C. G. 19. *ὀχέων* vel *κῶμος* vel *φάος*: ait Pauw, Non capio. An vir doctus voluit continuare sententiam? *δέκευ — κῶμον. Χρονιώτατον φάος εὐ. ἀ. Ψαύμιδος γὰρ ἥκει ὀχέων*, h. e. *φέρων· adducit carmen laudes virtutum Psaumidis.* Ita vero particula *γὰρ* molestiam facit. Nec minus in Mingarelli Coniectur. p. 60. *τόνδε κῶμον. Χρονιώτατον φάος ε. ἀ. Ψαύμιδος γὰρ ἥκει ὀχέων, vehens.* Immo est *ἐπ᾽ ὀχέων.* 21. *ἔμφρων* Aug. c. gl. *εὐμενής*, *πρᾶος.* 24. *ἵππον* Steph. (vitium operarum edd. Pauli Stephani.)

ctoriae decus: *quod consequutus est Psaumis.* Est enim *χάρις* saepe *ἡ νίκη*, et *χάριτες* eodem modo: vt *χάριτες* et *χάρις* omnino quodvis *decus*, *laus*; v. c. P. IV, 490. porro *beneficium*, *χάρμα* P. III, 127. tum *χάρις* etiam est *hymnus*, et *Χάριτες* poetae lyrico sunt *Musarum* loco: quo nihil frequentius, v. c. Nem. III, pr. Hinc et *Χάριτες* dicuntur *fauere*, *propitiae esse victori*, vt Nem. V, extr. et potest sic etiam h. l. *Χαρίτων* scribi, vt sit *Χαρίτων ἕκατι*, *Charitum*, *quibus victoriae decus debetur*, *beneficio*, *propter victoriam.* Sic *Διὸς ἕκατι* Isthm. V, 37. Similiter *Κάστορος ἕκατι* P. V, 10. 11. N. VII, 22. et sic aliquoties. — *Excipe*, *Iupiter Aetnaee*, *Hymnum huncce*, *Κῶμον.* In voc. *Κῶμος* adiuncta est hymno notio pompae victoris, dum carmen accinitur: nam mox ille v. 19. *Κῶμος ἥκει* (*ἐπὶ*) *ὀχέων Ψαύμιος.* In personam autem illum mutari a poeta, obuium est.

Χαίροντά τε ξεινίαις πανδόκοις,
Καὶ πρὸς ἁσυχίαν φιλόπολιν
Καθαρᾷ γνώμᾳ τετραμμένον.
Οὐ ψεύδεϊ τέγξω
Λόγον. διάπειρά τοι
Βροτῶν ἔλεγχος.

Ε. Κ. ιβ'.

Ἅ περ Κλυμένοιο παῖδα
Λαμνιάδων γυναικῶν
Ἔλυσεν ἐξ ἀτιμίας.
Χαλκοῖσι δ' ἐν ἔντεσι νικῶν

25. ξενίαις Gott. sicque rescribit Pauw, vt Epionicum metrum sit. Equidem his metrorum nominibus parum tribuo; et alter versus, qui huic respondet, sup. v. 10. defendit vulgatum. χαίροντά τε. Cum μὲν praecesserit, debuit sequi χαίροντα δὲ ξ. 26. vulgo ἡσυχίαν. 27. τεθραμμένον. aliud vitium Cratand. et Steph. 31. ἅπερ καὶ Κλ. Gott. 32. γυναικᾶν Bodl. β. γ. male. 34. χαλκεοῖσι δ' ἐν Ald. χαλκέοισι Gotting. recte, dummodo εοι pronuntiando contrahas; sicque Brubach. in marg. at χαλκοῖσιν δ' ἐν Rom. et seqq. edd. Videtur ad metri normam correxisse Schmidius.

29. Dixerat: *non contaminabo laudem mendacio*, hoc est veram laudem eloquar, *quam ipsa res veram esse arguet.* Hoc dixit: *experientia*, ipsa res, euentus, *verum arguit*, ἐλέγχει. Eadem sententia erat Ol. I, 53.

31. vid. Schol. Sufficit tenere, in certaminibus aduentu Argonautarum in Lemno ab Hypsipyle habitis prodiisse ad cursus (et quidem ὁπλίτου, vt v. 34. patet) certamen Erginum iam aetate prouectum. Exceptus risu feminarum, mox victor ad praemium ab Hypsipyle repetendum accedens, *Ecce me*, ait, *pedum volocitate satis valentem; nec minus manuum virtute et animo.* Ergo et in hoc ipsa res arguebat Erginum pedum velocitate et corporis robore valere. Debuit autem hoc ex antiquiore Argonauticorum scriptore notum esse.

Δρόμον, ἔειπεν Ὑψιπυλείᾳ,
Μετὰ στέφανον ἰών·
Οὗτος ἐγὼ ταχυτᾶτι·
Χεῖρες δὲ καὶ ἦτορ ἴσον.
Φύονται δὲ καὶ νέοις
Ἐν ἀνδράσι πολιαὶ
Θαμὰ, καὶ παρὰ τον ἁλικίας
Ἐοικότα χρόνον.

35. *Ὑψιπύλεια* Bodl. C. quasi esset casus quintus, ὦ Ὑ. 37. *ταχυτῆτι* Bodl. γ. Antea interpungebatur: *ἐγώ· ταχυτᾶτι χεῖρες δὲ κ.* 38. *Ἴσσον* Bodl. C. Aug. 40. *ἐν ἀνδράσιν* Bodl. C. Aug. 41. *Θαμὰ, παρά τε τὸν ἁ.* legisse videtur Metricus, monente Pauw. *πὰρ* Aug.

39. Volunt Psaumidem *canum* certasse, et in eo *comparationis vim* quaerunt. Adduut quoque Psaumidem iam senem fuisse, ex Olymp. V, 51. Omnia sunt aliena. Immo vero est hoc epiphonema poetae. *Fieri interdum potest, vt aliquis mature canus sit, iuuenili tamen vigore et robore vtatur.* [Pro vulgari: ita ille, etsi canus adspectu, virtutem iuuenilem ipsa re probauit. *Ex Schedis.*]

ΟΛΥΜΠΙΑ

εἶδος έ.

ΤΩι ΑΥΤΩι ΨΑΥΜΙΔΙ

ἀπήνῃ.

Argumentum.

Poeta vrbi Camarinae gratulatur ciuem victorem, intexta eius laude - 38. tum facit bona vota.

Σ. α. Κ. ιθ'.

Ὑψηλᾶν ἀρετᾶν καὶ
Στεφάνων ἄωτον γλυκὺν

In inscriptione additum in codd. *τεθρίππῳ, ἀ. καὶ κέλητι.* indocte. v. Not. Schol. vet. *αὕτη ἡ ᾠδὴ ἐν μὲν τοῖς ἐδαφίοις οὐκ ἦν, ἐν δὲ τοῖς Διδύμου ὑπομνήμασιν ἐλέγετο Πινδάρου.* Quae illa *ἐδάφια* sc. *ἀντίγραφα* sint, ignoratur. *Originalia* interpretatur Schmidius; sic "*ἐν τοῖς ἰδιογράφοις*" esset legendum. Sed ad haec prouocare vix potuit Grammaticus. Pauwii emendatio vix memoratu digna *ἐν τοῖς ἐλαχίστοις*, *in paucissimis*. Probabile mihi fit, *τὰ ἐδάφια* esse *vulgaria*, quae in bibliothecis habentur. Apud Eustath. p. 960, 21. *τὸ κοινῶς λεγόμενον σχεδάριον, ὃ σχεδίων λόγων ἐστὶν ἐδάφιον.* Videtur vox serioris vsus fuisse. Quicquid est, sal-

Victoria fuit parta cursu mularum currui iunctarum, vt patet ex v. 6. *δῶρα ἀπήνης.* Adscitus ille fuerat Olympiis Ol. LXX. v. Paus. V, 9. Male grammaticus inscripsit pro sola *ἀπήνῃ* tria ex v. 15. Spectat Ode ad aliam Olympiadem quam superior.

Τῶν Οὐλυμπίᾳ,
Ὠκεανοῦ θύγατερ,
Καρδίᾳ γελανεῖ
Ἀκαμαντόποδός τ' ἀπήνας δέκευ
Ψαύμιός τε δῶρα·
Ὅς, τὰν σὰν πόλιν αὔξων,
Καμαρίνα, λαοτρόφον,
Βωμοὺς ἓξ διδύ-
μους ἐγέραρεν ἑορ-
ταῖς θεῶν μεγίσταις,
Ὑπὸ βουθυσίαις, ἀέθλων τε πεμ-

tem liquet hoc, abfuisse olim a nonnullis exemplaribus hoc carmen. Porro Aldina cum Aug. aliter ac vulgg. inde a Romana carmen distinxerat; pro vna enim Strophe, Antistrophe et Epodo ternas habet; scilicet Strophe v. 1-7. Antistrophe 8-14. Epodos 15-19. et sic in Antistrophe et Epodo. Omnino ea, quae in vulgg. Epodos est, vix recte ita appellari potest, cum sit Strophae et Antistrophae par, quod insolens plane est, vt Pauw quoque monuit, quem vide in Notis p. 32. qui tres Strophas faciendas esse censet; id quod ipse faciendum esse censui. 3. *τῶν Ὀλυμπίᾳ* Ald. 7. *Ψαύμιος* et hic Ald. tres Palat. et Bodl. α. cum Aug. Gott. recte: nam sic Dorice. At *Ψαύμιδος* est vulgaris forma. 9. *Καμαρίναν* Ald. cum Pal. C. et Gott. et mox 11. *γέραρεν*.

5. *Camarina λίμνη* tanquam vna e Nymphis Oceanidibus exhibetur. Alluit vrbem *Hipparis*, inf. 27. qui etiam in numis occurrit, iuuenili specie, capite cornu instructo. v. nunc Eckhel V. C. Doctr. Num. T. I. p. 199. De vrbis originibus v. Diodor. XI, 76.

11. *ἑορταῖς*. Suppleo et accipio *ἐν ἑορταῖς θεῶν μεγίσταις* pro singulari *in sollenni Olympico, inter sacrificia et certamina, quae habentur per quinque dies, a die XI-XVI, curru, mulis et celete.* Nec haec de Psaumide, sed vniuerse erant accipienda. *ἐγέραρεν* autem tanquam victor, sacro facto in sex aris XII deorum, cum in singulis essent duo *σύμβωμοι*, v. c. Iupiter et Neptunus: v. Pausan. V, 14. et Schol. ad h. l.

πταμέροις ἁμίλλαις,
Ἵπποις, ἡμιόνοις τε, μοναμπυκί-
α τε. τὶν δὲ κῦδος
Ἁβρὸν νικάσαις ἀνέθηκε, καὶ
Ὃν πατέρ' Ἄκρων' ἐκάρυξε, καὶ
Τὰν νέοικον ἕδραν.

Σ. β΄. Κ. ιθ΄.

Ἵκων δ' Οἰνομάου καὶ
Πέλοπος παρ' εὐηράτων
Σταθμῶν, ὦ πολι-
άοχε Παλλὰς, ἀεί-
δει μὲν ἄλσος ἁγνὸν
Το τεὸν, ποταμόν τε Ὤανον, ἐγ-
χωρίαν τε λίμναν,
Καὶ σεμνοὺς ὀχετοὺς, Ἵπ-

16. τοὶ δὲ Bodl. β. γ. sed alterum in margine. 17. νικάσας Ald. recte, nisi f. νικάσαις. Vulgo νικήσας. 20. Ἵκων reposui metri caussa, pro ἱκών. ἐλθὼν Pal. A. B. tres Bodlej. Aug. et Rom. cum Brubach. in margine. 21. εὐκρατῶν Bodl. β. γ. vitio librarii. 25. Ὤανιν et Ὄανιν in Schol. legitur. Ὄανον sine ἐν Gott. Ed. Brub. in marg. alias Ὤανος (voluit Ὤανις) καὶ Ὦνις.

20 - 38. Camarina a Syracusanis bis vastata restituta erat Ol. LXXIX. Psaumidis magna videtur in noua vrbe exstruenda fuisse opera; mox idem ei nouum splendorem parauit victoria Olympica obtinenda. Refertur ea ad Ol. LXXXII. In seqq. vereor ne imponi nobis patiamur a grammaticis, quasi in fluuio Hippari ratibus aduecta fuerint ligna ad vrbem exstruendam. Ne sic quidem fluvius dici potest κολλᾷν θαλάμους. Verum Psaumis ille est, qui suis opibus adiuuit colonos nouas domos sibi exstructuros. Illustrat victor suam vrbem, adeoque et lucum Palladis, et Oanum et Lacum, καὶ σεμνοὺς ὀχετοὺς (alueum, non, canalem), Ἵππαρις οἶσιν ἄρδει στρατόν,

παρις οἶσιν ἄρδει στρατὸν,
Κολλᾷ τε σταδί-
ων θαλάμων ταχέως
Ὑψίγυιον ἄλσος,
Ἀπ᾽ ἀμαχανίας ἄγων ἐς φάος
Τόνδε δᾶμον ἀστῶν.
Αἰεὶ δ᾽, ἀμφ᾽ ἀρεταῖσι, πόνος δαπά-
να τε μάρναται πρὸς
Ἔργον κινδύνῳ κεκαλυμμένον.
Εὖ δὲ ἔχοντες, σοφοὶ καὶ πολί-
ταις ἔδοξαν ἔμμεν.

32. ὑπ᾽ Pal. C. et Aug. Vterque a pr. m. Iidem cum Gott. et Ald. ἀμαχανίας propius ad Dorismum. 34. Erat ἀεί. Verum αἰεί legendum cum Pauw. propter versum antitheticum sup. 10. Et sic Aug. tum Ed. Rom. Crat. et rel. Versum 34. 35. respicit Themist. Orat. VIII. pr. et Or. XXI. p. 246. A. B. ed. Hard. 35. πρὸς ἔργον 36. Κινδύνω Bodl. β. γ. 36. Κεκαλυμμένῳ Schol. legit. κεχαλασμένον Schol. ad Isthm. IV, 52. 37. Nondum mihi persuadere possum, tam turpem hiatum a Pindaro venisse εὖ δὲ ἔχοντες. f. δέ γ᾽ ἔχοντες. Pro σοφοὶ καὶ Iacobs animaduerss. p. 188. conj. σοφισταί.

(populum pro *vrbe*). Nunc ad Psaumidem spectant reliqua: κολλᾷ τε (κόλλα, pro ἐκόλλα, praestaret, et δὲ, ad ἀείδει μὲν) ταχέως ἄλσος (h. πλῆθος) ὑψίγυιον θαλάμων σταδίων· *magnum aedificiorum numerum celeriter educit*, ἀπ᾽ ἀμαχανίας ἄγων ἐς φάος τόνδε δᾶμον ἀστῶν, *incolumitate, conditione laeta, populo restituta*. Fecit ille hoc cum impensis suis magnis: hoc in seqq. ornat generali sententia v. 34-36. *in magnis conatibus*, coeptis, rebus, (ἀμφ᾽ ἀρεταῖσι, saepe pro ipsis factis, v. c. Ol. VI, 14. et inde pro certamine et victoria) *labor et impensa nititur aduersus fortunae aleam*, h. e. *semper virtute et sumtu certatur ad consequendam rem arduam, discriminis plenam* (propter incertos exitus et successus). [*in magnis ausis labor et impensa certat, certatim se adiungit augeturque, in re ad exitum perducenda, circumdata periculo, h. aleae plena. Ex Schedis.*] πόνος et δαπάνη iunguntur in his, vt inf. Isthm. I, 58. 59.

Σ. γ΄. Κ. ιθ΄.

Σωτηρ ὑψινεφὲς Ζεῦ,
Κρόνιόν τε ναίων λόφον,
Τιμῶν τ᾽ Ἀλφεὸν
Εὐρὺ ῥέοντ᾽ Ἰδαῖ-
όν τε σεμνὸν ἄντρον,
Ἱκέτας σέθεν ἔρχομαι, Λυδίοις
Ἀπύων ἐν αὐλοῖς,
Αἰτήσων πόλιν εὐα-
νορίαισι τάνδε κλυταῖς
Δαιδάλλειν· σέ τ᾽, Ὀ-
λυμπιόνικε, Ποσει-
δανίοισιν ἵπποις
Ἐπιτερπόμενον, φέρειν γῆρας εὔ-
θυμον, ἐς τελευτὰν

42. *ῥέοντ᾽* reposui ex Ald. et Gott. probante Pauw, pro *ῥέοντα;* prima in *Ἰδαῖον* longa est, et spondeus pro dactylo requiritur. 45. *ἠπύων* MS. Bodl. et C. Aug. 47. *τήνγε* Bodl. *α*. 48. deb. *δαιδάλλειν* et 51. *φέρειν*. 49. *Ποσειδωνίοισιν* Pal. A. B. Bodl. MS. et C. 52. *τελευτὴν* Bodl. *γ*.

VI, 14. 15. *Πόνον* respicit ὁ *κίνδυνος*, vt statim VI, 14. *ἀρεταὶ ἀκίνδυνοι* sunt res gestae *ἄνευ πόνου. ἄπονοι.* — 37. *Εὖ δὲ ἔχοντες, at qui laeto successu vtuntur,* (*εὖ πράξαντες, εὐτυχοῦντες*) *habentur viri prudentes etiam a ciuibus suis*, h. e. laudes ferunt.

44. *Λυδίοις ἐν αὐλοῖς*. Memorantur quoque Ol. XIV, 24. Nem. IV, 73. VIII, 25. Nec tamen dicam, propriene sint accipienda an tantum pro epitheto ornante.

48 - 53. Iunctura verborum: *καὶ (αἰτήσων τὸν Δία, ὥστε) γῆρας εὔθυμον φέρειν σε, Ψαῦμι Ὀλυμπιόνικε, ἐπιτερπόμενον Π. ἵπποις, ἐς τελευτὰν υἱῶν παρισταμένων* etc. *Te, Iupiter, vt rogem, — et vt te, o Psaumi, senectus tranquilla deducat* (tibi contingat). Interpunxi nunc post *εὔθυμον*. Grauior sententia est *υἱῶν παρισταμένων ἐς τελευτάν,*

Υἱῶν, Ψαῦμι, παριστάμενων. ὑγί-
εντα δ' εἴ τις ὄλβον
Ἄρδει, ἐξαρκέων κτεάτεσσι, καὶ
Εὐλογίαν προστιθεὶς, μὴ ματεύ-
σῃ θεὸς γενέσθαι.

55. ἐξαρκῶν tres Pal. Bodl. MS. et α. *Ἄρδει:* licet coniicere ἀλδεῖ, *auget.* Sed v. Not.

vt superstites sint liberi parentibus: quae votorum summa est.

v. 54 ad f. nondum satis expedita habeo: quia ἄρδειν ὄλβον et ὄλβον ὑγίεντα dicta sunt nove, et quidem tropice et ambigue. Age simplicissima ratione vtamur. Sententiarum nexus est hic: si quis magnas opes, quibus ad res praeclaras gerendas vtitur, et optatum successum habet, (fere vt v. 34 sq.) is summam felicitatem est adeptus. ἄρδειν est ποτίζειν, *rigare;* plantae quae rigantur, *aluntur,* vt crescant, vt perennent; vnde et ἄρδειν pro αὔξειν: cf. Intpp. ad Eurip. Suppl. 207. (vbi νηδὺν intellige Telluris). αὔξειν est voc. quo poetae saepe ad ornatum vtuntur pro tenuiore ἔχειν, φέρειν, sed cum notione magnitudinis et amplitudinis adiuncta: vt Latini poetae *alere, fouere* pro habere. Isthm. VII, 42. μέγιστον κλέος αὔξων pro ἔχων. Igitur verba reddo: *si quis alit, fouet, diuitias ita, vt ex opibus suis impensas faciat, sustineat,* (vt v. 34. 35. nam ἐξαρκεῖν κτεάτεσσι, διὰ κτεάτων. Nem. I, 47. est φίλοις ἐξαρκεῖν, et ἐπαρκεῖν simpl. pro παρέχειν Nem. VI, 103.) *et gloriam consequatur: nae is summa quaeque assequutus est.* Sententia est Isthm. V, 16. vbi pro hoc est σὺν ὄλβῳ. Ὄλβον ὑγίεντα ex linguae ratione non aliter dici posse arbitror quam *fortunas integras, stabiles, rectas,* sc. quia sunt bene partae, οὐ νοσοῦντα. ὑγίεις est τέλειος. qualis est ὄλβος φυτευθεὶς σὺν θεῷ, adeoque παραμονώτερος ἀνθρώποις N. VIII, 27. 8. Nouissima: μὴ ματεύσῃ θεὸς γενέσθαι, Pindarico more de eo, qui summam felicitatem assequutus est. Simile est iis, quae ad Ol. III, 75 sq. notata sunt. Ornauit idem hoc P. X, 42 sqq. Isthm. V, 17 sq. cf. P. I, 191 sq. Ductum ex h. l. ap. Isocr. Epp. III. f. οὐ γάρ σοι λοιπόν ἐστιν, ἢ θεὸν γενέσθαι. [Aeschyl. Eumen. 532. ἐξ ὑγιείας φρενῶν ὄλβος, *felicitas ex mente sana.* Opp. ὕβρις. ὄλβος ἀληθής, ἀρεταῖς δεδαιδαλμένος, Ol. II, 96., alienus ab ὕβρει. V. nunc Creuzer in *Studien* 1810. I. p. 131. *Ex Schedis.*]

ΟΛΥΜΠΙΑ

εἶδος ϛ'.

ΑΓΗΣΙΑι ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΩι

ἀπήνῃ.

Argumentum.

Agesias genus ducebat ab Iamo Apollinis filio ex Euadne, Aepyti Arcadis filia, vate nobilissimo, a quo Iamidae dicti; adeoque et ipse vates et sacrificus ad aram Iouis Olympiae, *) (v. 7 et 118) et idem vir fortis. 1—17. Poeta eum laudat Adrasti dicto de Amphiarao; — 36. inde redit ad laudes auctoris stirpis, Iami, et fabulam de eius natalibus, nutritione et accepta a parente Apolline vaticinandi arte narrat, et Iamidas celebrat. — 128. Maternum genus victor ducebat ex Arcadia, cognatum cum Thebanis, itaque hoc quoque laudat. — 148. Transit inde ad laudes victoris et bona vota sic, vt Aeneae, chori magistro, praecipiat.

*) Nam ex ea familia abierant in alias terras nonnulli, vt Spartam ap. Pausan. III, 13. p. 237. alii Syracusas: qui tamen ius suum Olympiae sacrificandi retinuisse videntur. Nobilem Iamidarum familiam in Elide aruspicina fuisse, docet quoque Cicero de Div. I, 41. et Pausan. VI, 2. p. 455. qui ad Pindari ᾆσμα prouocat.

Σ. ά. Κ. ιά.

Χρυσέας ὑποστάσαντες εὐ-
 τειχεῖ προθύρῳ θαλάμου
Κίονας, ὡς ὅτε θαητὸν μέγαρον,
Πάξομεν. ἀρχομένους δ' ἔργου, πρόσωπον
Χρὴ θέμεν τηλαυγές. εἰ
Δ' εἴη μὲν Ὀλυμπιονίκας,
Βωμῷ τε μαντείῳ ταμίας Διὸς ἐν

1. εὐτυχεῖ vitiose Ald. et MSS. Pal. B. εὐτοιχεῖ Bodl. MS. 1. εὐτι- 2. χεῖ Bodl. β. γ. Aug. 4. ἀρχομένου omnes edd. et scripti, etiam Aug. Gott. At ἀρχομένους Schmidius reposuit ex Luciani Hippia c. 7. et recte, tanquam elegantius et carminis, inter cetera praeclari, dignitati conuenientius. Verborum ordinem et interpunctionem Pauw sic facere volebat: Χρυσέας — κίονας ὡς, ὅτε θαητὸν μέγαρον, πάξομεν· vt sit ὡς πάξομεν, ὅτε θ. μ. sic ἀρχομένους δὲ est pro οὕτω καί. nec vidit vir doctus, ita vim lyricam splendidi exordii infringi, dum illud ad vulgarem verborum ordinem reuocat. Immo vero: πάξομεν ὑποστάσαντες κίονας προθύρῳ, ὡς ὅτε μέγαρον (πηγνύομεν) θαητόν. Comparandum erat vel Carminis primi exordium. 5. χρὴ θέσθαι Themist. Or. IX. scilicet memoriter laudans. Iungebat Mingarell. εἰ δ' εἴη μὲν (ὁ) Ὀλυμπιονίκας β. μ. ταμίας. 7. βωμῷ τε μαντείῳ Rom. et Crat. dorice. ita vulgaris verborum structura esset.

1-13. Ordo sententiarum obscuratur per particulas, quarum vsus in Pindaro parum seuere, vt solet in antiquioribus, est constitutus. Nam δὲ est pro καί, pro γάρ, pro οὖν. Ex vulgari ratione erat: *Carminis praestantioris exordium facere par est splendidum, tanquam aedibus magnificis vestibulum columnis ornatum.* Nunc *comparans* et *comparatum* commiscet poetarum more. Pro πήξω πρόθυρον θαλάμου ὑποστήσων κίονας, dixit: ὑποστάσαντες προθύρῳ κίονας πάξομεν, ὡς ὅτε sc. πάξομεν μέγαρον θαητόν. Mox ἀρχομένους δὲ est pro γάρ. tum εἰ δὲ pro, *cum vero.*

Πίσᾳ, συνοικιστήρ τε τᾶν κλεινᾶν Συρα-
κουσᾶν· τίνα κεν φύγοι ὕμνον
Κεῖνος ἀνὴρ ἐπικύρσαις ἀφθόνων
Ἀστῶν ἐν ἱμερταῖς ἀοιδαῖς;

Α. ά. Κ. ιά.

Ἴστω γὰρ ἐν τούτῳ πεδί-
λῳ δαιμόνιον πόδ' ἔχων
Σωστράτου υἱός. ἀκίνδυνοι δ' ἀρεταὶ
Οὔτε παρ' ἀνδράσιν, οὔτ' ἐν ναυσὶ κοίλαις,
Τίμιαι. πολλοὶ δὲ μέ-

8. *Πίσσᾳ* Bodl. *β. γ.* *συνοικιστὴρ* bene reuocauit ex Aldina Schmid. accedentibus Palatt. tribus. Romana cum ceteris vulgg. et binis Bodlej. *συνοικιστὴς*, quae vulgaris forma est. 9. *-κοσᾶν* et *φύγῃ* Gott. 10. *κοῖνος* Rom. *ἐπικύρσαις* mauult dorismus, monente Pauwio. 15. *ἐν ναυσὶ κοίλαις.* Monebat Mingarell. "talia epitheta (per se otiosa et mere ornantia) rarius apud Pindarum occurrere, quam apud Homerum." Nec mirum, cum lyrico sit breuitati studendum.

8. *συνοικιστὴρ*, non ipse, sed habuit maiores, qui Syracusis condendis adfuere, *συνοικίζοντας*. Adscripserat Mingarell. *οἰκιστῆρας* pro *ἐνοικοῦντας* ap. Aeschyl. (VII in Theb. 19.).

9. *Συρα- κουσᾶν· τίνα κεν φύγοι ὕμνον κεῖνος ἀνὴρ ἐπικύρσαις*, pro *τίνι ὕμνῳ μὴ ἐπικύρσαι ἄν; quem hymnum ille non consequatur, οὐχὶ παντὸς ἂν ὕμνου ἐπιτύχοι; ἐν ἀοιδαῖς ἀστῶν ἀφθόνων*, h. *ἀειδόμενος ὑπ' ἀστῶν*, *a ciuibus inuidia vacuis.* Pergit v. 13.: *Iam talis hymnus conuenit tibi, victor. ἴστω ἔχων πόδα ἐν τούτῳ πεδίλῳ· ita vt hic calceus tibi conueniat:* non debuit indignum carmine esse ex istius aetatis sensu. Etiam deorum ac dearum *πέδιλα* diligenter memorant poetae. Addit epitheton *pedi δαιμόνιον* pro *ἀνδρὸς δαιμονίου.*

14. *Quod si tu non sine impensa et discrimine* (quandoquidem spe excidere poteras) *victoriam obtinuisti: hoc ipsum nunc facit gloriosam victoriam.* conf. V, 34-36.

μνανται, καλὸν εἴ τι πονάθῇ.
Ἀγησία, τὶν δ' αἶνος ἕτοιμος, ὃν ἐν
Δίκᾳ ἀπὸ γλώσσας Ἄδραστος μάντιν Οἰ-
κλείδαν ποτ' ἐς Ἀμφιάραον
Φθέγξατ', ἐπεὶ κατὰ γαῖ αὐτόν τέ νιν
Καὶ φαιδίμας ἵππους ἔμαρψεν.

E. ά. K. ιδ'.

Ἑπτὰ δ' ἔπειτα πυρᾶν νεκρῶν τελε-
σθέντων, Ταλαϊονίδας

17. *μέμναται* MS. Bodl. 18. Mingarellus scribebat Ἁγησία, vt pro Ἡγησίας dictum esset Dorice Ἁγησίας. Erit tamen vel sic adspiratio tollenda. Habemus quoque in Pindaro ἀγησίχορος P. I, 6. Ἀγησίδαμος Ol. X. et Ἀγησίμαχος N. VI, 36. 19. *γλώσσας*, vt alibi, pro vulg. *γλώσσης* repono. Ὀϊκλείδαν per diaeresin omnes scripti Palatt. et Bodl. etiam ed. Brubach. et Steph. sed aduersus metricam legem. 20. Ἀμφιάρηον Palatini, et Bodl. MS. et C. Aug. Gott. a pr. m. et edd. Rom. et Brub. Ionismum recte aliae deseruerunt. 24. Ad hunc versum in Rom. et Brub. edd. appictum τὸ χ. Haud dubie Grammatici notare voluerunt insolentiam formae *πυρᾶν τελεσθέντων* pro *τελεσθεισῶν*· etsi nec in Atticis, nec inter Dores exempla desint passim a viris doctis notata. Miror sane Pauwium contra contendere et pronuntiare, sine dubio rescribendum esse *τελεσθεισῶν*. Manifestum est Pindarum, si quidem verba sic iunxit, *τελεσθέντων* non ad rationem grammaticam, sed ad sensum attemperasse. Nam *πυραὶ* nullorum sunt quam *mortuorum:* ad hos genus retulit. cf. Schol. Nicand. Ther. 3ə9. vbi

18. Ἀγησία, τὶν δ'. Idem color P. VIII, 54 sq. et al. — *ἀπὸ γλώσσας*, vt iterum P. III, 2. Seqq. ex antiquo poeta. [Adrasti *μειλιχόγηρυς γλῶσσα* ap. Tyrtaeum. At vix ex nostro colligas, eloquentem fuisse: vt putat Boeckh. in Platon. Min. p. 143. *Ex Schedis.*] 23. Simplicissimum est iungere: *νεκρῶν τελεσθέντων ἑπτὰ πυρᾶν*, *consumtis cadaueribus septem rogorum*, h. e. quae distributa erant per septem rogos, vt suum quaeque turma haberet rogum. — *ἐν Θήβαισι* ad *τελεσθέντων*, *in agro Thebano*, impetrata a Thebanis, Thesei interventu, sepeliendi venia.

Εἰπὲν ἐν Θήβαισι τοιοῦτόν τι ἔπος·
Ποθέω στρατιᾶς
Ὀφθαλμὸν ἐμᾶς, ἀμφότερον,
Μάντιν τ' ἀγαθὸν,
Καὶ δουρὶ μάρνασθαι. τὸ καὶ
Ἀνδρὶ κώμου δεσπότᾳ
Νῦν πάρστι Συρακοσίῳ.
Οὐ φιλόνεικος ἐὼν,
Οὔτ' ὦν δύσερίς τις ἄγαν,
Καὶ μέγαν ὅρκον ὀμόσσαις,
Τοῦτό γέ οἱ σαφέως μαρτυρή-
σω. μελίφθογγοι δ' ἐπιτρέψοντι Μοῖσαι

καταψυχθέντος ἀκάνθης. Similis caussa eius, quam vocant enallagen, etiam aliis exemplis subest. At nec indigemus ea h. l. v. Not. *Ταλαονίδας* Aug. vitiose. 25. *ἐν Θήβαις γε* Pal. C. 31. *Νῦν πάρστι* editum primum a Calliergo. Aldus *Πάρεστι Σ.* cum Pal. C. et Bodl. aliquot et Gott.; quod mutasse videtur Grammaticus, qui metro metuebat. *πάρστι* durum pronuntiat Pauw; ipse emendat: *Νῦν πὰρ τὶ Σ.* h. e. *πάρεστι κατά τι.* *quodammodo.* Si tamen mutare volebat, erat propius ad manus *Νῦν ἐστι*, quod sollenne, cuius glossa fuit *πάρεστι*, in contextum illata. *Συρακουσίῳ* Aug. et Aldus cum sequent. edd. quod recte correxit Stephanus, ad metri normam, adstipulante Gotting. 32. 33. diuerso ordine Ald. *οὔτε δύσηρις* (vitiose) *ἐὼν οὔτ' ὢν φιλόνεικος ἄγαν.* Ita et Pal. C. et Gott. et *οὐ δύσερίς τις ἐὼν οὔτ' ὢν φ. ἄ.* Bodl. C. et *β. γ.* et Aug. a m. sec. Vtraque ratio ferri potest. Quod nunc legitur, Calliergus primus excudit, firmatum a binis Palat. nisi quod *ὢν* habent, alter saltem a manu secunda. *οὔτε φιλόνεικος* Scholiastae socordia dedit. 36. *ἐπιτέρψοντι* Bodl. *β. γ.*

[27. *ὀφθαλμ.* V. Ol. II, 18. *Ex Schedis.*]

32. *Etsi alioqui non facile contendo cum repugnantibus, hunc tamen, etiam iurato, laudabo*, eodem encomio impertiam, *Musis suffragantibus.*

Σ. β'. Κ. ιά.

Ὦ Φίντις, ἀλλὰ ζεῦξον ἤ-
δη μοι σθένος ἡμιόνων,
Αἶ τάχος, ὄφρα κελεύθῳ τ' ἐν καθαρᾷ
Βάσομεν ὄκχον, ἵκωμαί τε πρὸς ἀνδρῶν
Καὶ γένος· κεῖναι γὰρ ἐξ
Ἀλλᾶν, ὁδὸν ἁγεμονεῦσαι
Ταύταν ἐπίστανται, στεφάνους ἐν Ὀλυμ-
πίᾳ ἐπεὶ δέξαντο. χρὴ τοίνυν πύλας
Ὕμνων ἀναπιτνάμεν αὐταῖς.

37. Ἀλλ' ὦ φίντις Schol. puto, explicatiue. Idem φίντις, pro φίλτις, pro φίλτατε accipit, vt animum suum alloquatur; per se non male. Praestat pro nomine aurigae habere. Sic quoque Valken. praef. ad Phalar. Epist. p. XXIII. Lennep Etymol. p. 1064. Fuit quoque Φιντίας. v. Opusc. T. II. p. 250. 39. ἆ τάχος Ald. nec debebat deseri a Calliergo, et reponi ἦ. Etiam Gott. αἶ. Potest autem iungi et cum antec. et cum seqq. 40. βάσομεν Schmidius emendavit, metro postulante; sicque iam ediderat Aldus. vulgo: βάσωμεν. a βάω transitiue; vt Isthm. I, 55. ὄφρα βάσομεν ἵκωμαί τε. aequiparato futuro et aoristo subiunctiui, vt apud Homerum fit. 42. ἀλλῶν Pal. C. et Gott. quod et ipsum doricum. ἄλλων Pal. B. a pr. m. et Bodl. γ. 45. ὕμνον Ald. ἀναπιτάμεν Bodl. C. ἀναπιτνάμεν Aug. a m. sec. cum gl. ἀναπετανύειν. ἀνοιγνῦσαι.

37. Ὦ Φίντις. Parat sibi viam ad episodium de Iamo. *At ego sumam mihi argumentum carminis ex rebus Iami.* Haec ita effinxit: *Vtar hac mularum victoria opportune ad repetendas laudes stirpis Agesiae: deducant me eae mulae eadem via, qua Olympiam properarunt illae, vt cursu certarent; nam eadem via Pitanam, quae vicina vrbs est ad Eurotam, peruenitur, in qua Iamus, stirpis auctor, natus est.* Hic est fundus lusus ingeniosi; lusus tamen; si recte iudico. Similis locus est Pyth. IV, pr. Interposita sunt v. 44. 45, χρὴ τοίνυν πύλας ὕμνων ἀναπιτνάμεν αὐταῖς· *propter id ipsum* (quod στεφάνους ἐν Ὀλυμπίᾳ δέξαντο) *laudis aditus debetur ipsis in carmine.* Πρὸς Πιτάναν δέ, lyrice: *Carminis argumentum nunc esto Pitana,* (Eurotae f. quae e Neptuno

Πρὸς Πιτάναν δὲ παρ᾽ Εὐρώτα πόρον,
Δεῖ σάμερόν γ᾽ ἐλθεῖν ἐν ὥρᾳ·

Α. β΄. Κ. ιά.

Ἅ τοι Ποσειδάωνι μι-
χθεῖσα Κρονίῳ, λέγεται
Παῖδ᾽ ἰοβόστρυχον Εὐάδναν τεκέμεν,
Κρύψε δὲ παρθενίαν ὠδῖνα κόλποις.
Κυρίῳ δ᾽ ἐν μηνὶ πέμ-
ποισ᾽ ἀμφιπόλους, ἐκέλευσεν
Ἥρωϊ πορσαίνειν δόμεν Εἰλατίδᾳ
Βρέφος γ᾽, ὃς ἀνδρῶν Ἀρκάδων ἄνασσε Φαι-
σάνᾳ, λάχε τ᾽ Ἀλφεὸν οἰκεῖν.
Ἔνθα τραφεῖσ᾽, ὑπ᾽ Ἀπόλλωνι γλυκεί-
ας πρῶτον ἔψαυσ᾽ Ἀφροδίτας.

47. *δῆ* Ald. idem *γ᾽* omittit, cum trinis Palat. et Schol. add. Gott. 48. *Ποσειδάονι* ed. Rom. cum seqq. quod emendauit Schmidius ex Ald. et Pal. A. B. 50. *ἰοβόστρυχον* Schmid. metro poscente recepit ex Brub. ed. cui praeiuit Rom. Gott. et Aldus: *ἰοπλόκαμον* ex glossa, quam Cratander et reliqui retinuere. 51. *κρύψε δὲ* reposuit idem Schmidius ex Palat. B. B. add. Aug. Vulgg. *κρύψαι δὲ π.* Aug. vel *παρθενία*, habet hoc e Schol. rec. in quibus grammaticus: *ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, κάλλιον "παρθενίᾳ" γράφειν,* pro *ἐν τῇ παρθενίᾳ, ἐν τῷ δοκεῖν παρθένος ἔτι εἶναι.* quam ieiune Idem praestare hoc ipso ait, si *παρθενία* legeris (pro *ἡ παρθένος*): hoc enim et magis perspicuum esse, et magis sic sibi constare syntaxin. Non igitur sensit, quanto magis lyricum sit *παρθενίαν ὠδῖνα* pro *ὠδῖνα τὴν παρθένου.* 52. *κυρίῳ* recte defendit Schmidius aduersus audaciam nonnullorum, qui refingebant *καιρίῳ.* 55. *γ᾽* omissum in Ald. tribus Pal. binis Bodl. et Gott. 56. *ἔλαχέν τ᾽* Gott.

Euadnen concepit, Iami matrem). [51. Pitana filiam Euadnen dedit Aepyto educandam. 57. Euadne ab Apolline compressa Iamum peperit. *Ex Schedis.*]

Ε. β΄. Κ. ιδ΄.

Οὐδ᾽ ἔλαθ᾽ Αἴπυτον ἐν παντὶ χρόνῳ
Κλέπτοισα θεοῖο γόνον.
Ἀλλ᾽ ὁ μὲν Πυθῶνά δ᾽, ἐν θυμῷ πιέσαις
Χόλον οὐ φατὸν ὀ-
ξείᾳ μελέτᾳ, ᾤχετ᾽ ἰὼν
Μαντευσόμενος
Ταύτας περ ἀτλάτου πάθας.
Ἁ δὲ φοινικόκροκον
Ζώναν καταθηκαμένα,
Κάλπιδά τ᾽ ἀργυρέαν,
Λόχμας ὑπὸ κυανέας
Τίκτε θεόφρονα κοῦρον.
Τᾷ μὲν ὁ Χρυσοκόμας πραΰμη-
τίν τ᾽ Ἐλευθὼ συμπαρέστασέν τε Μοίρας,

Σ. γ΄. Κ. ιά.

Ἦλθεν δ᾽ ὑπὸ σπλάγχνων ὑπ᾽ ὠ-
δῖνός τ᾽ ἐρατᾶς Ἴαμος

61. *Πυθῶν᾽ ἐν* Gott. 65. *πέρ᾽* erat; quod volunt esse pro *περὶ* — non placet Pauwio, et reponit ille *περί*, vt tribrachys sit pro iambo. Sed praestat scribere *ταύτας περ*, *quidem*, et subintelligere *ἕνεκα*. *ἀτλάντου* Bodl. *β. γ.* 66. *ἡ δὲ* Bodl. *γ.* 71. *τῇ μὲν* Bodl. *β. γ.* 71. *πραΰμητίν* 72. *τ᾽ Εἰλείθειαν*, *παρέστ.* Ald. cum Palat. C. et Gott. vitiose et ex glossa. Emendatum in Rom. *τε* ante *μοίρας* abest ab Aug. 73. *ἦλθε* ante Schmidium, qui metro iubente praetulit ex Pal. A. B. *ἦλθεν δ᾽.* et sic Pauw scribere iubet. Idem emendat *ἀπὸ σπλάγχνων.* v. Not. 74. *ἐρατᾶς.* v. Not. an *θ᾽ ἱερᾶς* fuit? *ἐρατόν γ᾽* Matthiae, vt ref. ad *φάος.*

60. Iungenda sunt *οὐκ ἔλαθεν Αἴπυτον κλέπτουσα*, *κρύπτουσα*, h. e. *ἔχουσα*, *gestans fetum vtero*, *ἐγκυμονοῦσα ἐκ θεοῦ.* Respondent sibi *ὁ μὲν* 61, et *ἁ δὲ* 66.

73-76. Non satisfacio mihi in seqq. Non placet in lyrico

Ἐς φάος αὐτίκα. τὸν μὲν κνιζομένα
Λεῖπε χαμαί· δύο δὲ γλαυκῶπες αὐτὸν
Δαιμόνων βουλαῖσιν ἐ-
θρέψαντο δράκοντες, ἀμεμφεῖ
Ἰῷ μελισσᾶν, καδόμενοι. βασιλεὺς
Δ᾽ ἐπεὶ πετραέσσας ἐλαύνων ἵκετ᾽ ἐκ
Πυθῶνος, ἅπαντας ἐν οἴκῳ
Εἴρετο παῖδα, τὸν Εὐάδνα τέκοι·
Φοίβου γὰρ αὐτὸν φᾶ γεγάκειν

Α. γ'. Κ. ιά.

Πατρός· πέρι θνατῶν δ᾽ ἔσε-
σθαι μάντιν ἐπιχθονίοις
Ἔξοχον. οὐδέ ποτ᾽ ἐκλείψειν γενεάν.
Ὣς ἄρα μάνυε. τοὶ δ᾽ οὔτ᾽ ὦν ἀκοῦσαι,
Οὔτ᾽ ἰδεῖν εὔχοντο, πεμ-

79. *καδόμενοι* ex Ald. Eam male deseruit Rom, cum seqq. edd. quae habent *κηδόμεναι*. 83. *γεγάκειν*. Ergo *γεγήκω* et *γεγάκω* ex *γέγηκα*. Fuit, censeo, *γεγάκεν* Dorice. 86. *ἐκλείψειν* 87. *γεννεὰν* Bodl. C.

repetitum *ὑπὸ* et *ὑπ᾽*. nec tamen *ἀπὸ* accommodatum satis. Forte glossemati cessit *ἄρα*, et fuit: *ἦλθεν δ᾽ ἄρα σπλάγχνων ὑπ᾽ ὠδῖνός τ᾽*. Nam *ὑπὸ σπλάγχνων* tenendum est; etiam inf. Nem. I, 53. de Hercule: *ἐπεὶ σπλάγχνων ὑπὸ ματέρος αὐτίκα θαητὰν ἐς αἴγλαν — ὠδῖνα φεύγων — μόλεν*. videtur *ὑπὸ* esse pro *ὑπέκ*. Porro *ὠδῖνος ἐρατᾶς*! quale hoc epitheton! Esset potius *ἐρατὸς Ἴαμος*. An dicendum est, *ὠδῖνα* h. l. esse pro *vtero*, *ventre*, dictum, ut P. IV, 175. *γαστὴρ πολιὰ* est? Aut *ὠδῖνα ἐρατὰν* dixit ab effectu? *γλυκεῖαν*? *partum iucundum*? Forte interpungas: *ἦλθεν — ἐς φάος. αὐτίκα τὸν μὲν κνιζομένα λεῖπε χαμαί.* erit *λυπουμένη*, *dolens*; expectabam puerum *κνυζόμενον*, *vagientem*. *αὐτίκα* video bene etiam superioribus adhaerere; deabus adstantibus 71. 72. *facilem* partum expectes.

πταῖον γεγεναμένον. ἀλλ᾽ ἐγ-
κέκρυπτο γὰρ σχοίνῳ βατίᾳ τ᾽ ἐν ἀπει-
ράτῳ, ἴων ξανθαῖσι καὶ παμπορφύροις
Ἀκτῖσι βεβρεγμένος ἁβρὸν
Σῶμα· τὸ καὶ κατεφάμιξεν καλεῖ-
σθαί μιν χρόνῳ σύμπαντι μάτηρ

Ε. γ΄. Κ. ιδ΄.

Τοῦτ᾽ ὄνυμ᾽ ἀθάνατον. Τερπνᾶς δ᾽ ἐπεὶ
Χρυσοστεφάνοιο λάβεν
Καρπὸν ἥβας, Ἀλφεῷ μέσσῳ καταβὰς,
Ἐκάλεσσε Ποσει-
δᾶν᾽ εὐρυβίαν ὃν πρόγονον,

90. *ἐγκρύπτετο* Pal. C. et Gott. metro reclamante. [Boeckh. Comment. p. X. *ἐν κέκρ.* et iungit cum *σχοίνῳ*. *Ex Schedis.*] Porro *βατείᾳ τ᾽ ἐν ἀπειράντῳ* ediderat Aldus. Sic et Gott. Sed est *ἀπέραντος*, *ἀπέρατος*, vox in tragicis obuia, et *ἀπείρατος*, a *πέρας* vel *πεῖρας*. Pro syllaba *ρα* breuis requiritur. Leg. *ἀπειρίτῳ*, vt ap. Homer. *πόντος ἀπείριτος*. Heinrichs Obss. p. 9. conj. *ἀκηράτῳ*. Alterum *βατείῳ* agnoscit Eustath. p. 351. extr. 92. *ἀκτῖσι*. Pauw emendat *ἄκραισι*. Hoc est: *χαλκᾶ ἀντὶ χρυσῶν*. Pindaricam audaciam non agnoscere modo, sed et mirari amplectique debebat in *roris guttis sole aduerso rubescentibus et splendentibus.* hac imagine adiuncta *δρόσους*, quibus humectatur puellus, *βρέχεται*, praeclare *ἀκτῖνας* dixit *ξανθὰς καὶ παμπορφύρους*. 95. Primo Lyricus *λάχεν*, non *λάβεν*, solet dicere. Tum *ἥβας* habet duplex epitheton, *καρπὸν* nullum. An fuit *τερπνὸν δ᾽ ἐ.? ὄνομ᾽* Pal. B. 97. *Ἀλφεῷ μέσσῳ καταβὰς* pro *εἰς Ἀλφειόν*, *in medium Alpheum ingressus.* vt alias ii, qui Neptuno preces faciunt, ex littore in maris vada procedunt. cf. Ol. I, 114 sq. Scholiastes tamen dubitationem de lectione huius loci facit: *ἐπειδὴ - τότε δὴ*, inquit, *παραγινόμενος εἰς Ἐπίδαυρον ηὔξατο· ἐν μέσῳ γὰρ Ἤλιδος καὶ Ἀρκαδίας ἡ Ἐπίδαυρος* etc. In haec quomodo ille inciderit, si nostram lectionem habuit, equidem non assequor. 99. *Ποσειδᾶν᾽* Ald. et Pal. C. Dorice, pro quo vulgatum obtinebat *Ποσειδῶν᾽*.

Καὶ τοξοφόρον
Δάλου θεοδμάτας σκοπὸν,
Αἰτέων λαοτρόφον
Τιμάν τιν' ἑᾷ κεφαλᾷ,
Νυκτὸς ὑπαίθριος. ἀν-
τεφθέγξατο δ' ἀρτιεπὴς
Πατρία ὄσσα, μετάλλα-
σέν τέ μιν· Ὄρσο, τέκνον, δεῦρο πάγ-
κοινον ἐς χώραν ἴμεν, φάμας ὄπισθεν.

101. *θεοδμήτας* Rom. et hinc aliae. Dorismum ex Aldina reuocauit Schmidius. *σκηπὸν* Bodl. C. 102. *λαοτρόφον* Ald. actiue, qui alit, fouet, ditat, ciues suos. Magis decorum regibus, quam quod aluntur ipsi. At Romana et reliquae, etiam Schmidius *λαότροφον*, vt passiue exponatur. In Schol. vtrumque occurrit. Equidem prius praeferam. 104. *νυκτὸς ὑπ' αἴθριος* Ald. 106. Cum *μεταλλᾶν* sit *exquirere, inuestigare*, Pauw opinatur scribendum esse: "*μετὰ πλάσεν τέ μιν*, vt sit *μετά μιν πλάσεν, ad eum accessit: πελάω, πλάω, πλάζω.*" Saltem hoc exposuissem: *arcessiuit eum ad se:* est tamen vel sic multo durius id, quam quod vulgatum est: *μετάλλασέν τέ μιν*. Quid autem intercedere dicemus, quo minus *μεταλλᾶν* simpliciter poetae sit *compellare?* cf. quoque ad P. I, 101. [*μεταλλάσαντι ἐν* Hermann. ad Orph. p. 788. *Ex Schedis.*] 108. *χῶρον* Pal. C. et Ald. cum Schol. rec.

107. *Age, fili, sequere me, qua parte vox mea praecedit, huc Olympiam, in qua erunt aliquando magni hominum conventus:* ita interpretamur *χώραν πάγκοινον*, vt ad *πανήγυριν* referatur; possis quoque laudare v. 116. Nescio tamen an praestet: *in locum, quo nos conueniamus. Χώρα πάγκοινος* simpl. *ἡ κοινή. in locum communem conuenire* etiam latine dixeris. Inde processerunt vterque ad collem Cronium, Olympiae imminentem, ibique Apollo Iamum arte vaticinandi impertiuit, tum quidem arte augurali, mox etiam extispicina, *τῇ διὰ θυμάτων μαντείᾳ*, quae tamen latius etiam ad flammam, victimas et alia spectasse videtur. — *φωνὰν* 112. nude positam de *cantu auium* accipere, video quidem, quam praeceps sit; nec tamen res et verba aliud suppeditant.

Σ. δ'. Κ. ιά.

Ἵκοντο δ' ὑψηλοῖο πέ-
τραν ἀλίβατον Κρονίου·
Ἔνθα οἱ ὤπασε θησαυρὸν δίδυμον
Μαντοσύνας· τόκα μὲν, φωνὰν ἀκούεν
Ψευδέων ἄγνωστον· εὖ-
τ' ἂν δὲ θρασυμάχανος ἐλθὼν
Ἡρακλέης, σεμνὸν θάλος Ἀλκαϊδᾶν,
Πατρός θ' ἑορτάν τε κτίσῃ πλειστόμβροτον,
Τεθμόν τε μέγιστον ἀέθλων,
Ζηνὸς ἐπ' ἀκροτάτω βωμῷ τότ' αὖ
Χρηστήριον θέσθαι κέλευσεν.

110. ἁλίβατον Rom. Brub. Steph. prima: et sic Bodl. β. γ. at Crat. et Steph. altera cum reliquis, etiam Schmidiana, ἀλίβατον. Eadem scripturae varietas, quae in ἠλίβατος et ἡλίβατος: quae etiam in Scholiis ad h. l. occurrit. cf. Hesych. sub h. v. Aeolicum est adspirationem tolli, 112. ἀκούεν esse debuit pro vulg. ἀκούειν, 114. δὲ post εὖτ' ἂν excidit in Rom. et hinc in aliis. At Ald. exhibuerat cum trinis Palat. 115. θάλλος Bodlej. γ. Ἀλκιδᾶν Pal. B. et Bodl. MS. perperam, 116. πατρί θ' Ald. Pal. C. et Gott. Tum duplex copula offendit Pauwium, qui alteram in γε mutandam censet. Non repugnabo; sed commode iungi possunt: ἑορτάν τε — τεθμόν τε. Tandem πλειστόβροτον Palat. A. et Schol. 118. ἀκροτάτω manifeste est emendandum, vt in Rom. Crat. Brub. diserte expressum. Emendauerat quoque sic Gesnerus in scholiis suis, et hinc Klotz. ad Tyrt. p. 44. τότ' αὖτοι Ald. τότ' αὐτῷ Pal. C. Gott.; duo haec vocabula Pal. B. plane omittit. Mirum vero τότε hic scribi, cum paullo ante v. 112. scriptum esset τόκα. τόθ' pro τόθι conj. Goes. ad Aeschyli Agam. p. 62,

118. Vt antea interpungebatur: ἀέθλων, Ζηνὸς ἐπ' ἀκροτάτω βωμῷ· ἐπὶ β. erat iuxta. Sane ara Iouis erat in Alti, in qua habebantur agones. Vix tamen dubito interpungendum esse: Ζηνὸς ἐπ' ἀκροτάτω βωμῷ τότ' (vel potius τόκ') αὖ χρηστήριον θέσθαι κέλευσεν. Nam τὸ μαντεῖον, τὸ διὰ θυμάτων,

Α. δ'. Κ. ιά.

Ἐξ οὗ πολύκλειτον καθ' Ἕλ-
λανας γένος Ἰαμιδᾶν.
Ὄλβος ἅμ' ἕσπετο. Τιμῶντες δ' ἀρετὰς,
Ἐς φανερὰν ὁδὸν ἔρχονται. τεκμαίρει
Χρῆμ' ἕκαστον. Μῶμος ἐκ
Δ' ἄλλων κρέμαται φθονεόντων
Τοῖς, οἷς ποτε πρώτοις περὶ δωδέκατον
Δρόμον γ' ἐλαυνόντεσσιν αἰδοία ποτι-
στάζει χάρις εὐκλέα μορφάν.
Εἰ δ' ἐτύμως ὑπὸ Κυλλάνας ὄρος,
Ἀγησία, μάτρωες ἄνδρες

121. Haud dubie distinguendum post *Ἰαμιδᾶν*, vt fecimus. Sic iam expressum est in Rom. edit. Sic quoque Pal. C. 122. *Ὄλβος δ' ἅμ'* idem Pal. C. Gott. et Aldina, quae cum illo codice idem exemplum constanter sequitur. 124. *Μῶμος δ' ἐξ ἄλλων* Schol. Bodl. *α.* et Aug. 126. *πρώτοις* Ald. quod recte praefert Pauw vulgato *πρῶτον*. *ἐπὶ δωδ.* Rom. 127. *γ'* post *δρόμον* debetur ed. Romanae. Aldinae, codd. Palat. et Aug. excidit. 128. *ποτιστάξει* Pal. C. Gott. Ald. et hinc Brub. in marg. *εὐκλεᾶ* Gott. *μορφὴν* Bodl. *γ.* 129. *Κυλλάνοις* MS. Bodl. *ὄροις* Ald. Aug. *ὄροις* Palat. omnes, duo Bodl. Gott. perperam.

fuit in *ara Iouis:* vt sup. 7. vidimus: cum hic ex Iamidis Agesias sit *βωμῷ μαντείῳ ταμίας Διὸς ἐν Πίσᾳ*. Intelligenda autem est *ara maxima Iouis Olympii* ante Pelopium: vt sup. Ol. I, 148. vidimus. Ea ab Hercule dicebatur facta; vt idem Altin et lucum instituerat: sup. Ol. III. et inf. Ol. X, 51 sq. eratque e cinere victimarum exstructa, saltem aucta. v. Pausan. V, 13. Videntur sacra in hac ara fecisse et Iamidas consuluisse de victoria certaturi: vt colligas ex Ol. VIII, pr.

122. *Τιμῶντες δ' ἀρετὰς* — puta per sententiam vniuerse dici, quae de Iamidis erant memoranda.

129. Noua sententia. Debet Agesias victoriam Mercurio a

Ε. δ'. Κ. ιδ'.

Ναιετάοντες, ἐδώρησαν θεῶν
Κάρυκα λιταῖς θυσίαις
Πολλὰ δὴ πολλαῖσιν Ἑρμᾶν εὐσεβέως,
Ὃς ἀγῶνας ἔχει
Μοῖράν τ' ἀέθλων, Ἀρκαδίαν
Τ' εὐάνορα τι-
μᾷ· κεῖνος, ὦ παῖ Σωστράτου,
Σὺν βαρυγδούπῳ πατρὶ,
Κραίνει σέθεν εὐτυχίαν.
Δόξαν ἔχω τιν' ἐπὶ
Γλώσσᾳ ἀκόνας λιγυρᾶς,
Ἅ μ' ἐθέλοντα προσέλκει

131. *δώρησαν* Schol. et Gott. 132. Turbat Pauw, dum *λιταῖς* non, vt P. IV, 385., pro *λιτανευτικαῖς* dictum esse, quod primam corripit, sed a *λιτὸς*, *exiguus*, *tenuis*, prima longa, dictum esse contendit, ipso metro repugnante, quod breuem postulat. Meliora v. in Notis. 139. *κρέννει* MS. Bodl. 140. *τὶν* (*σοὶ*) pro *τιν'* legisse putabant Oxonienses Schol. recent. et idem exhibet Steph. nisi operarum vitium est. Nec video, quam opportuna inde sententia exeat. 141. *ἀκοᾶς* emendat Pauw, quod ipsi condonabimus. Multa periclitantur Intpp. Sed v. Not. 142. *προσέρπει* Ald. cum omnibus Palat. et tribus Bodl. et Gott. Sic quoque Schol. vetus, qui accipit: *δόκησις ἥτις θέλοντί μοι καὶ βουλομένῳ προσπίπτει ὑπὸ ταῖς τῶν αὐλῶν πνοαῖς*, vt fere Schol.

maioribus coli solito. Similis color Ol. III, 67 sqq.

132. *λιταῖς* dictum pro *λιτανευτικαῖς*: nam prima breuis esse debet; est enim versus prosodiacus. Non a *λιτὸς*, *tenuis*, *exiguus*, quod habet primam longam, vt e Callimacho constat; a *λῖς*, communi origine cum *λεῖος* et *λισσός*; at *λίσσομαι*, *λίττομαι*, *λιτὸς*, adeoque *λιταί*, scil. *εὐχαί*. Hinc et *λιταὶ ἐπαοιδαὶ* Pyth. IV, 385.

140—3. Non sine lyrico tumore dicta haec tropis confusis. Vult dicere: *esse adhuc*

Καλλιρόοισι πνοαῖς. ματρομά-
τωρ ἐμὰ Στυμφαλὶς, εὐανθὴς Μετώπα,

144. Στυφαλὴς Pal. A. perperam, et εὐανθεὶς Bodl. C.

aliud quid, quod se ad ortum materni generis victoris ex Arcadia commemorandum impulerit; esse enim Thebanis communem originem maternam ex Arcadia; quandoquidem Thebe, a qua vrbs nomen duxit, fuit filia Asopi, qui Boeotiae fluuius est, ex Metope Ladonis filia; atqui Ladon Arcadiae fluvius est. conf. inf. Nem. IV, 36. et ibi Schol. Isthm. VIII, 34 sq. Hinc et vindicarunt sibi fabulas Arcadum Boeoti, vt de Atlante. v. Paus. IX, 20. p. 749. Iam volebat dicere: *est quod impellat me,* δοκεῖ μοι εἶναι ἀκόνη ἐπὶ γλώσσῃ, *videor mihi habere in lingua cotem,* ac si in cote acuatur lingua ad sonos edendos acutos, suaues: *ea cos* (invitamentum) *impellit me iam alias procliuem* ῥοαῖς, πρὸς ῥοὰς, *ad suaues sonos,* ad canendum. Vt in tropum cotis incideret, facit hoc, quod Graeci dicunt γλῶσσαν ὀξεῖαν, et ὀξύνεσθαι γλῶσσαν, στόμα. Si *acuitur lingua* vulgari sermone: affinxit *cotem* vt poeta, *qua acuitur lingua ad eloquendum,* vt ferrum ad secandum. Etiam in pedestri diceres: *mentione Arcadicae originis facta* παροξύνομαι πρὸς τὸ λέγειν. Simili tumore seu audacia, quam et Galenus reprehendebat, (locus est in fragm. Pind. p. 88. XCVII.) dixit Pindarus Pyth. I, 166. impedita sententia: (*esto verax,* ἀλήθευε,) ἀψευδεῖ δὲ πρὸς ἄκμονι χάλκευε γλῶσσαν. Hic χαλκεύειν dixit pro ὀξύνειν, nouo tropo, forte etiam duriore: *procudere; acuere linguam, orationem, ad dicendum verum, non simulate.* Proprie dicta, verba sunt ἀψευδῆ, hinc lingua ἀψευδής, et cum traxit ad ἄκμονα, vt esset ἀψευδής, quo procuduntur vera, ἀψευδῆ, ἀληθῆ. Simile est illud Antimachi in Analect. Brunck. T. II. p. 115. versus χαλκευτὸς ἐπ' ἄκμοσι Πιερίδων, *versus procusus;* et Horat. *versus male tornatos* (simpl. pro cusos) *incudi reddere,* vt ferrum iterum conflatum refingitur. Simplicius dixit Ol. XIII, 15. ἔχω καλά τε φράσαι, τόλμα τέ μοι εὐθεῖα γλῶσσαν ὀρνύει λέγειν. (vbi ὀρνύειν fere quod h. l. προσέλκειν, alias ἐγεῖραι, vt Ol. IX, 72. Nem. I, 16. X, 39.) τόλμα καὶ ἀμφιλαφὴς δύναμις ἕσποιτο id. Ol. IX, 122.

Σ. έ. Κ. ιά.

Πλάξιππον ἃ Θήβαν ἔτι-
κτεν, τᾶς ἐρατεινὸν ὕδωρ
Πίομαι, ἀνδράσιν αἰχματαῖσι πλέκων
Ποικίλον ὕμνον. Ὄτρυνον νῦν ἑταίρους,
Αἰνέα, πρῶτον μὲν Ἥ-

147. *ἀνδράσι* idem. *αἰχμάταισι* Gott. vt Nem. V, 13. et al. vulgo per η editum *αἰχμηταῖσι.*

Proprie est vox *ὀξεῖα*. Et *ὀξύνεται ἡ φωνὴ πρὸς τὸ λέγειν.* Inseruit cos ad acuendum. Videtur nunc sibi habere cotem in lingua, quae *acuat vocem*, itaque illa est *λιγυρὰ*, *canora cos.* Iam lingua seu vox procliuis est ad eloquendum vel canendum, adeoque ea lacessit poetam *ad eloquenda* ea, quae adhuc animo habet: *προσέλκει πρὸς πνοάς.* Est adeo *δόξαν ἔχω ἀκόνας*, pro *ἀκόνη δοκεῖ μοι εἶναι ἐπὶ τῇ γλώσσῃ.* *Est aliquid, quod me impellat, vt aliud quid adiiciam. Non possum quin hoc addam.*

143. Scilicet fuit, vt paullo ante dixi, cognatio aliqua inter maiores Thebanorum et maternum genus Iamidarum ex Arcadia oriundum. Nam Thebe fuit filia Asopi, Boeotiae fluuii, ex Metope, Ladonis, Arcadiae fluuii, filia. Thebes sororem videbimus inf. (Nem. IV, 56. vbi vid. Not.) Aeginam; add. Paus. V, 22 extr.

148. *Ὄτρυνον νῦν.* Noua forma transitus ad alia. *Meminero etiam hoc carmine Iunonis*, et v. 156. *Syracusarum cum Hierone.* Conuersus ad *χοροδιδάσκαλον* Aeneam, praecipit, quae canenda sint a choro: nam hi sunt *ἑταῖροι*: *ἔπειτα δὲ γνῶναι*, *iube eum manifestum facere, non cadere in nos vetus prouerbium: Boeotos esse stupidos; sed te multorum hymnorum esse peritum:* hoc ornate declarat: *eum esse ἄγγελον ὀρθὸν*, *verum κήρυκα*, *ἑρμηνέα*, *esse eum scytalen Musarum*, h. e. memoria tenere hymnos, tanquam librum, quo illi scripti sunt; et comparat *cum cratere, in quo dulcis potus:* solent enim saepe carmina cum melle, vino, potione, comparari: vt statim VII, 12. Tam diuersos tropos misceri, in Pindaro ferendum est.

150. Ad Arcadicam generis materni originem spectare videtur et hoc, quod Iunonis

ραν Παρθενίαν κελαδῆσαι·
Γνῶναί τ' ἔπειτ', ἀρχαῖον ὄνειδος ἀλα-
θέσιν λόγοις εἰ φεύγομεν, Βοιωτίαν
Ὗν. ἐσσὶ γὰρ ἄγγελος ὀρθὸς,
Ἠϋκόμων σκυτάλα Μοισᾶν, γλυκὺς
Κρητὴρ ἀγαφθέγκτων ἀοιδᾶν.

Α. έ. Κ. ιά.

Εἶπον δὲ, μεμνᾶσθαι Συρα-
κουσᾶν τε καὶ Ὀρτυγίας·

151. γνῶναι δ' ἔ. malit Pauw. Respicit locum Plutarchus T. II. Opp. p. 995. E. 152. ἀλαθέσιν primum dedit Steph. scilicet Ed. Steph. altera vsque ad quintam 1612. At Ed. 1620. iterum ἀλαθέσι cum Ald. et ceteris, quod et in Aug. Taedet minutiarum: sed his ipsis assequutus sum hoc, vt mihi constaret, quoties Schmidius de *ed. Steph.* loquitur, ei non primam, sed *secundam*, quae seu socordis seu audacis correctoris manum experta est, aut ex seqq. aliquam ante oculos fuisse. εἰ ἐκφεύγομεν, quod Schmidius in notis excitat, sphalma typographicum esse videtur. ita tamen locum recitat Galen. Protrept. c. 7. f. 155. κρατὴρ κακῶν sycophanta. Aristoph. Acharn. 935. κλητὴρ coni. Goes. in Agamemn. p. 62. v. Not. ἀοιδῶν Bodl. γ. 157. Συρακοσῦν τε Ald. Συρακουσσᾶν τε Rom. Συρακοσσᾶν τε Pal. C. Gott.

Partheniae memoratio fit a monte Arcadiae Parthenio, tanquam patria deae. Alioqui Parthenia Iuno ad Samum pertinet: vt v. c. e Callim. et Apollon. I, 187. 8. et aliunde constat.

151. Aeneam, forte et ipsum Thebanum aut Boeotum, arte sua declarare iubet, quantum cantu ac choro ducendo excellat; ita vt in eum vetus proverbium de Boeotorum stupore haud cadat, Βοιωτία ὗς. v. Fragm. Pind. pag. 49. ex Schol. et Strab. VII. p. 495. A. Male audiit ὗς eadem notione, pro stupido, vt inter nos asinus. ὗς Ἀθηνᾶν. γνῶναι videtur h. l. transitiue dictum, vt et Schol. accepit, γνωρίσαι, *notum reddere*, celebrare; vt inf. XIII, 3. γνώσομαι, εἰς γνῶσιν ἄξω.

156. εἶπον δὲ, *praecipe porro*, vt chorus celebret Hieronem.

Τὰν Ἱέρων καθαρῷ σκάπτῳ διέπων,
Ἄρτια μηδόμενος, φοινικόπεζαν
Ἀμφέπει Δάματρα, λευ-
κίππου τε θυγατρὸς ἑορτὰν,
Καὶ Ζηνὸς Αἰτναίου κράτος. ἁδυλόγοι
Δέ μιν λύραι μολπαί τε γινώσκοντι. μὴ
Θραύσοι χρόνος ὄλβον ἐφέρπων.
Σὺν δὲ φιλοφροσύναις εὐηράτοις
Ἀγησία δέξαιτο κῶμον,

Ε. έ. Κ. ιδ'.

Οἴκοθεν οἴκαδ' ἀπὸ Στυμφαλίων
Τειχέων ποτινισσόμενον,
Ματέρ' εὐμάλοιο λείποντ' Ἀρκαδίας.

158. *σκάπτρῳ* Aug. 162. *Αἰτνεΐου* a m. sec. Aug. *ἡδύλογοι* Bodl. *β. γ.* 165. *εὐκράτοις* Pal. A. a m. pr. et Bodl. *α.* 167. Mingarell. illustrationem petit ex Liban. Epp. 149 et 558. Sed is tantum alludit ad h. v. *οἴκοθεν οἴκαδε.* 168. *Τειχέων* dissyllabum est. *ποτινεισσ.* MS. Bodl. et Aug. *προσνεισσ.* Bodl. *γ.* 169. *μητέρ'* MS. Bodl. *εὐμήλοιο.* Debuit *εὐμάλοιο* scriptum esse, vt *μᾶλα* alibi et sup. I, 19. *πολυμάλῳ ἐν Σικελίᾳ.*

166-173. Excipito Hiero victorem redeuntem Syracusas. Poeta eum *Stymphalo* Arcadiae venire dicit, vnde *origo victoris materna* ducta. *Κῶμος* ergo e Stymphalo nunc redire putandus Syracusas: *οἴκοθεν οἴκαδε*, vt et Ol. VII, 6. Nam si victorem *κωμάζοντα*, Olympia reducem, Stymphalum ingressum esse diceremus, argutum magis esset quam verum. At alterum est lyricum, victorem altera patria Stymphalo redire Syracusas: quia ex iis locis venit, quae Olympiae vicina sunt. [Si duplex patria, deductus victor primo Stymphalum, inde Syracusas. *Ex Schedis.*]

169. *ματέρα Ἀρκαδίας*: *metropolin* Arcadiae vix bene dixeris Stymphalum. *μήτηρ* est vrbs, quatenus nutrit ciues. Sic infra IX, 31. 32. Opuntem appellat *Λοκρῶν ματέρα.* [vrbem simpl. *Ex Schedis.*]

Ἀγαθαὶ δὲ πέλον-
τ', ἐν χειμερίᾳ νυκτὶ θοᾶς
Ἐκ ναὸς ἀπε-
σκίμφθαι, δύ' ἄγκυραι. θεὸς
Τῶνδ' ἐκείνων τε κλυτὰν
Αἶσαν παρέχοι φιλέων.
Δέσποτα ποντόμεδον,
Εὐθὺν δὲ πλόον, καμάτων
Ἐκτὸς ἐόντα, δίδοι, χρυ-
σαλακάτοιο πόσις Ἀμφιτρί-
τας, ἐμῶν δ' ὕμνων ἄεξ' εὐτερπὲς ἄνθος.

173. *ἀπεσκῖμφθαι* cum Pal. C. exarauit Schmid. Alii, vt Aug., *ἀπεσκίμφθαι* recte. Tum deb. esse *τῶν τ' ἐ. τε.* 174. *κλυτὴν* Bodl. *β. γ.* 175. *παρέχει φιλέων Δ.* Gott. 178. *δίδοι* Ald. et Pal. C. cum Aug. et Gott. non *δίδου.* cf. sup. I, 136. 179. *πόσις* vltima producitur. v. Pauw. Itaque Mingarell. *πόσις τ'* vel *πόσις ὦ Ἀ.* 180. *εὐτρεπὲς* Bodl. *β. γ.* quod metro vim facit.

170. *Ἀγαθαὶ δὲ πέλονται δύο ἄγκυραι, (ὥστε) ἀπεσκίμφθαι* pro vulgari: *ἀγαθόν ἐστιν, ἔχειν δύο πατρίδας, ὡσεί τις ἔχει δύο ἀγκύρας*, vt possint demitti, *ἀπεσκίμφθαι.* Eustath. Il. *ρ*, p. 1140. l. 20. *καὶ ἄγκυρα παρὰ Πινδάρῳ σκίμπτεται.* Sic et *ἄροτρον* P. IV, 399. Duxit hinc Epictetus suum illud: *οὔτε ναῦν ἐκ μιᾶς ἀγκύρας, οὔτε βίον ἐκ μιᾶς ἐλπίδος ὁρμιστέον.* in fragm. Stobaei Serm. CX. vnde Vpton. p. 771. habet.

175. Neptunum inuocat, tanquam auctorem stirpis Iamidarum v. 48. *δίδοι φιλέων, da propitia voluntate.* Melius tamen iungitur cum *παρέχοι φιλέων.*

179. *χρυσηλάκατον* praestare de aurea colo accipere, quae deam decet, putabat Toll. ad Apollonii Soph. lex. p. 714. Si tamen *ἠλακάτη* omnino designat lignum teres, arundinem, adeoque sagittam, colum, fusum, partem mali: quidni etiam *hastile*, adeoque *hastam s. sceptrum* declarauerit? Dianae epitheton est ap. Hom. Il. *π*, 183. et *υ*, 70. — 180. *ἐμῶν δ' ὕμνων ἄεξ' εὐτερπὲς ἄνθος* pro simpl. *τοὺς ἐμοὺς ὕμνους. fac vt hymnus meus placeat.* *ἀέξειν* est *alere, fouere, amplecti*, tum *illustrare, honorare.* [Cf. not. ad Callimach. h. in Dian. 34. *Ex Schedis.*]

ΟΛΥΜΠΙΑ

εἶδος ζ'.

ΔΙΑΓΟΡᾼ ΡΟΔΙῼ

πύκτῃ.

Argumentum.

Profitetur poeta, se celebrare velle victorem Rhodium, -35. cuius genus celebrandum sibi sumit -43. Cum genus ille paternum ducat a Tlepolemo, narrat, quomodo is perpetrata caede Licymnii abierit Rhodum ex responso Apollinis, in quo insula per imbrem aureum in ea factum declarata fuerat -61. Inseruntur fabulae de Rhodi originibus et primo quidem de Palladis natalibus, aureoque imbre, et antiquissimo Palladis sacro sine igne fieri solito, per Heliadas instituto, et de muneribus a Pallade impertitis -99. tum de Rhodi origine et caussa insulae Soli consecratae, e quo tres heroes oriundi fuere, trium insulae vrbium conditores -141. Colitur Tlepolemus tanquam heros, etiam certaminibus, quibus Diagoras victor fuerat; vnde procedit poeta ad ceteras eius victorias enumerandas -159. Subiiciuntur bona vota.

Σ. ά. Κ. ιά.

Φιάλαν ὡς εἴ τις ἀ-
φνειᾶς ἀπὸ χειρὸς ἑλὼν,
Ἀμπέλου ἔνδον καχλάζοι-
σαν δρόσῳ, δωρήσεται
Νεανίᾳ γαμβρῷ προπίνων
Οἴκοθεν οἴκαδε, πάγ-
χρυσον, κορυφὰν κτεάνων,
Συμποσίου τε χάριν, κᾶδός τε τιμά-
σαις ἑὸν, ἐν δὲ, φίλων
Παρεόντων, θῆκέ μιν ζα-
λωτὸν ὁμόφρονος εὐνᾶς·

πύκτῃ. dictum vt παλαιστῇ et alia, sc. πύκτῃ νικήσαντι. vt in Ald. Rom. et aliis νικήσαντι τὴν οθ' Ὀλυμπιάδα. vel πύκτῃ νικητῇ, vt Bodl. γ. legisse videtur. Alias πυγμῇ sollenne erat. 1. ὡσεί τις Schmidius nouauit. Omnes praeter Pal. C. scripti et editi ὡς εἴτις. eodem redit, sed hoc retinebo. 3. Ἀμπέλου ἔνδον. Ordo verborum ab Oxoniensibus profectus est, ad ductum vnius Bodl. C. ne metri leges violentur. Vulgo ἔνδον ἀμπέλου. Cum quarta syllaba producenda sit, Schmidius fieri id posse putabat propter liquidam λ, nec male. Sed Pauw monet in versu trochaico ditrochaeum bene poni. καγχλάζουσαν Aug. 5. νεανίᾳ emendauit Schmidius metro consulturus. Vulgg. νεανίᾳ. Sed Pauw et hic monet, in iambico iambum repraesentare recte spondeum. 8. κῆδός Bodl. γ. et τε mox omittit Bodl. C. malim pro hoc γε.

1-12. Pulcherrimum locum sic ordina: ὡσεί τις — δωρήσεται-ἐνέθηκε τέ μιν ζ. — (οὕτω) καὶ ἐγὼ ἱλάσκομαι. ergo pro δωρεῖται καὶ ἐντίθησι. tum pro ὡσεί τις ἀφνειὸς ἑλὼν σὺν χειρὶ δωρεῖται, est ἀπὸ χειρὸς ἀφνειᾶς. ἐκ χειρός. et pro ἐν φίλοις παροῦσι θῆκε dixit ἐνέθηκε, φίλων παρεόντων. Mingarell. ἐν δὲ accipit pro ἐν τούτῳ δὲ, et ita. Sane nil impedit, absolute ἐν positum accipi: vt et alibi occurrit ap. Homer. et inf. Ol. XIII, 31. 32. Ἐν δὲ Μοῖσ' etc. Ad 12. cf. N. III, 134.

A. ά. K. ιά.

Καὶ ἐγὼ νέκταρ χυτὸν,
Μοισᾶν δόσιν, ἀθλοφόροις
Ἀνδράσιν πέμπων, γλυκὺν καρ-
πὸν φρενός γ', ἱλάσκομαι
Οὐλυμπίᾳ Πυθοῖ τε νικών-
τεσσιν. ὁ δ' ὄλβιος, ὃν
Φᾶμαι κατέχοντ' ἀγαθαί.
Ἄλλοτε δ' ἄλλον ἐποπτεύει Χάρις ζω-
θάλμιος, ἁδυμελεῖ
Θ' ἅμα μὲν φόρμιγγι, παμφώ-
νοισί τ' ἐν ἔντεσιν αὐλῶν.

E. ά. K. ιγ'.

Καί νυν ὑπ' ἀμφοτέρων
Σὺν Διαγόρᾳ κατέβαν, τὰν ποντίαν
Ὑμνέων παῖδ' Ἀφροδίτας
Ἀελίοιό τε, νύμφαν

14. *ἀνδράσι* Bodl. α. 15. *γ'* omittunt tres Bodl. Aug. Gott. Ald. 16. *Οὐλυμπίᾳ* a Schmidio ex Pal. A. et B. repositum est. propter antitheticum v. 5. cett. *Ὀλυμπίᾳ.* Sic et Aug. a m. sec. 21. *θαμᾶ* Gott. pro *θ' ἁμᾶ.* 23. *Καί νυν* debetur et haec scriptura Schmidio. Vulgo *καὶ νῦν* inuito metro. 24. *τὴν* Bodlej. γ. 25. *Ἀμφιτρίτας* alii apud Schol. vet. diuersam eamque vulgarem Rhodi genealogiam sequuti, v. Schol. et Apollod. I, 4, 5.

19 sq. Alio tempore alium celebraui carmine: nunc Damagoram: *Musa cum lyra et tibia inuisit modo hunc modo illum.* *ζωθάλμιος, ἡ θάλλειν τὴν ζωὴν ποιοῦσα,* quod *βιοθάλμιος* Hymn. in Ven. 188. vbi cf. 104. 5. 6.

23-35. Ordo: *καὶ νῦν κατέβαν (νῦν δὲ ἔρχομαι) ὑμνέων Ῥόδον σὺν Διαγόρᾳ, venio ad celebrandam insulam et victorem.* Nisi magis lyricum esse putes: *σὺν Διαγόρᾳ κατέβαν* sc. Olympia *cum victore procedo ad*

Ῥόδον, εὐθυμάχαν
Ὄφρα πελώριον ἄνδρα παρ' Ἀλ-
φειῷ στεφανωσάμενον
Αἰνέσω, πυγμᾶς ἄποινα,
Καὶ παρὰ Κασταλίᾳ,
Πατέρα τε Δαμάγητον ἁδόντα Δίκᾳ,
Ἀσίας εὐρυχόρου

27. Minus bene interpungebatur post Ῥόδον εὐθυμάχαν. Melius εὐθυμάχαν ad πελώριον ἄνδρα referunt alii, quibus Pauwius accedit, cum Schol. recent. et vetere: hic quidem etiam εὐθύμαχον scriptum exhibet, forte interpretandi gratia. Sane εὐθυμάχης, vt θρασυμάχης, et alia, Pindarico similius esse videtur, quam alterum εὐθυμάχα ab εὐθυμάχος; etsi Ῥόδος nympha non minus bene eo epitheto ornari posset, quam Θήβη πλήξιππος sup. Ol. VI, 145. Versum respicit Aeschines Epist. IV. pr. 33. εὐρυχώρου edd. inde a Romana. At Ald. cum tribus Palat. et Gott. εὐρυχόρου, quod metro flagitante recepit Schmidius. Similis varietas, seu potius corruptela scripturae apud Homerum in eadem voce occurrit Il. β, 498. et saepe alibi, quam viri docti sic expediunt, vt dicant longam vocalem corripi. Mirum est non vidisse Grammaticos, χορὸν esse etiam ipsum locum, in quo choreae habentur; adeoque eundem locum esse elegantius εὐρύχορον, qui vulgari modo est εὐρύχωρος. Res ex Homero satis nota. Vide v. c. Odyss. Θ, 264. Πέπληγον δὲ χορὸν θεῖον ποσίν.

laudandam Rhodum in honorem victoris. Eam Nympham dixit ποντίαν, *in mari habitantem*, vt Nereides πόντιαι, ἅλιαι. ὑμνέων, παῖδ' Ἀφροδίτας Ἀελίοιό τε, Νύμφαν Ῥόδον· εὐθυμάχαν ὄφρα πελώριον ἄνδρα αἰνέσω — πατέρα τε Δαμάγητον — ναίοντας Ἀργείᾳ σὺν αἰχμᾷ. Ita interpunctionem emendo. Etiam Mingarell. v. 24. κατέβαν *in insulam Rhodum* accipit, et comparat Ol. VIII, 67. δεῦρο, et sup. v. 170. vbi κῶμος Stymphalo advenit. [εὐθυμάχαν ἄνδρα, *qui ex aduerso pugnat, recta in hostem tendit*, vt εὐθυφερής, εὐθυτενής et alia. Sicque Pyth. IV, 148. εὐθὺ ἰών, Ol. XIII, 133. εὐθὺν ῥόμβον. Idem est apud Hom. ἰθὺς μάχεσθαι· ἰθὺς ἀκοντίζειν. Gilb. Wakefield explicat *legitimum pugnatorem* Silv. Part. I. p. 76. *Ex Addendis.*] Quae in medio posita sunt, sic iungo: στεφανωσάμενον πυγμᾶς ἄποινα, *certaminis praemia sibi imponendo*, παρ' Ἀλφειῷ

Τρίπολιν νᾶσον πέλας
Ἐμβόλῳ ναίοντας Ἀργείᾳ σὺν αἰχμᾷ.

Σ. β'. Κ. ιά.

Ἐθελήσω τοῖσιν ἐξ
Ἀρχᾶς ἀπὸ Τλαπολέμου
Ξυνὸν ἀγγέλλων διορθῶ-
σαι λόγον, Ἡρακλέος

35. *Ἐμβόλῳ* primus videtur Steph. scripsisse. Ceterae, etiam Gott. cod. (quo alludit Aug. *ἐμβόλων* superscripto *οῦ*) *Ἐμβόλω*, vt Doricus genitiuus sit; quod equidem praefero. *νέοντας* Rom. in quo quis argutari possit; sed manifestum sphalma est. 36. *τοῖσιν*. *γρ.* *καὶ τοίνυν* Ed. Rom. in marg. Hinc alii repetunt. Est quoque *τοίνυν* in Aug. 38. *ἀγγέλων* Aug. Ald. Rom. et al. emendatum *ἀγγέλλων* a Steph. 39. *λόγων*, vt *κοινὸν λόγων* sit pro *κοινοὶ λόγοι*, Schmidius reposuit, vt metro succurreret. Omnes scripti et editi *λόγον*, quod expeditam sententiam exhibet. Vt metro fulcrum ne desit, est Pauwii medicina, *λόγον γ'*, *Ἡ.*

καὶ παρὰ Κασταλίᾳ. Sic N. VI, 32-34. *Ἔρνεα ἀπ' Ἀλφεοῦ στεφανωσάμενος.* — 32. *ἀδόντα Δίκᾳ*, *probatum Iustitiae*, adeoque *virum iustum.*

35. *Ἐμβόλω.* De loco quaeritur, primum sitne nomen proprium *Embolus* vel *Embolum*, an poeta a forma rostri vel cunei locum quendam sic appellauerit; alterum, sitne in Rhodo ille locus quaerendus, an in Asia opposita. Utraque ratio partim in scholiis proponitur, sed sine idonea auctoritate, partim ab interpretibus defenditur. Donec mihi de loco et de re aliunde constabit, sequar id quod simplicissimum: *ναίοντας τρίπολιν νᾶσον πέλας (κατὰ τοῦ) Ἐμβόλω Ἀσίας εὐρυχόρου*, et accipiam de Peraea, quae Rhodo obiecta est, ita vt in cuneum fere exeat: vt in tabulis geographicis cernere licet. Alioqui ex scholiis illud arridet, quod aiunt locum esse iuxta Arycandam Lyciae, olim Embolum, mox Trierem dictum. De altero hoc ex Plinio et Strabone constare aiebat Schmidius; sed ii de Triere Syriae loquuntur, cuius et Stephanus Byz. meminit. Itaque de vno atque altero melior fides exspectanda.

36-40. Iungenda: *τοῖσιν*, per appositum, *Ἡρακλέος εὐρυσθενεῖ γέννᾳ· οἷς ἐθέλω ἀγγέλ-*

Εὐρυσθενεῖ γέννᾳ. τὸ μὲν γὰρ
Πατρόθεν, ἐκ Διὸς εὔ-
χονται· τὸ δ' Ἀμυντορίδαι
Ματρόθεν, Ἀστυδαμείας. Ἀμφὶ δ' ἀνθρώ-
πων φρεσὶν ἀμπλακίαι
Ἀναρίθματοι κρέμανται.
Τοῦτο δ' ἀμάχανον εὑρεῖν,

Α. β'. Κ. ιά.

Ὅ τι νῦν, καὶ ἐν τελευ-
τᾷ φέρτατον ἀνδρὶ τυχεῖν.

45. ἀναρίθματοι Aug. a m. sec. v. ad N. X, 86. 46. ἔστι δ' ἀμάχανον G. Sane rotundius. ἀμήχανον Bodl. C. et Schol. 47. ἐν καὶ Bodl. C. et γ. Aug. Gott. cum Ald, nec id spernendum. [v. Boeckh Comment. p. X, *Ex Schedis.*] ὃ καὶ νυν ἐν καὶ τ. Gott. 48. τύχει vel τύχῃ Pauw malebat. Scilicet caliginem obiecit viro docto, forte et priscis Intpp. praua distinctio, quam correximus. Sensus est vel: τοῦτο δ' ἀμάχανον (ἐστὶν) εὑρεῖν, (ὥστε ἐκεῖνο) φέρτατον, ὅ τι νῦν (τυγχάνει), καὶ ἐν τελευτᾷ ἀνδρὶ τυχεῖν: *difficile est illud assequi, vt felicitas, quae nunc adest, etiam ad mortem vsque homini contingat;* vel, vt in Nota. Est enim τὸ φέρτατον et τὸ ἀγαθὸν et τὸ εὐτυχές. Pindaricum autem est, sententia ex facto narrando praerepta viam sibi ad narrationem parare.

λων διορθῶσαι λόγον pro ἀγγέλλειν, *praeconis more laudes pronuntiare*, vt P. IX, 2. 3. ἐθέλω ἀγγέλλων γεγωνεῖν. διορθῶσαι Schol. ἀκριβῶσαι, διασημῆναι, εἰπεῖν. erit ergo ἐξηγεῖσθαι ὀρθῶς? Praestat retinere lyricum illud, de quo supra ad Ol. III, 5. dictum est. ὀρθοῦν ὕμνον est ductum a columna, monumento, quod erigitur; vti et Isthm. I, 64. ξυνὸν ὀρθῶσαι καλόν. ξυνὸν λόγον *laudem communem* toti genti.

46. Similem locum cf. N. V, 25 sq. Sententia inde a 43. vulgari modo sic se haberet: Multa committunt furore et animi impetu abrepti homines, dum non vident, id quod in praesens iuvat, quandoquidem viam vel cupiditatem explent, in posterum magnam calamitatem ipsis esse

Καὶ γὰρ Ἀλκμήνας κασίγνη-
τον νόθον σκάπτῳ θένων
Σκληρᾶς ἐλαίας ἔκταν' ἐν Τί-
ρυνθι Λικύμνιον, ἐλ-
θόντ' ἐκ θαλάμων Μιδέας,
Τᾶσδε ποτὲ χθονὸς οἰκιστὴρ χολωθείς.
Αἱ δὲ φρενῶν ταραχαὶ
Παρέπλαγξαν καὶ σοφόν. Μαν-
τεύσατο δ' ἐς θεὸν ἐλθών,

50. σκάπτρῳ duo Palat. et Bodl. et Aug. perpetua varietate. v. sup. I, 19. 51. ἔκταν' ἐν emendauit Calliergus. ἔκτανεν T. Ald. et Pal. B. Aug. ἔκτανε T. Pal. C. 53. Scholiastes legisse creditur: ἐλθών τ' ἐκ θ. Male, si quidem ita legit. Midea Licymnii erat mater, Electryonis pellex, qui ex coniuge, Lysidice, Pelopis f. Alcmenam susceperat, vnde ille h. l. Ἀλκμήνας κασίγνητος νόθος. Licymnium igitur ex thalamo matris Mideae prodeuntem occidit Tlepolemus. Sic saltem Pindarus. Nam aliter fabula tractata fuit ab aliis, inprimis a Tragicis, vt ex Apollodoro II, 8, 2. et Diodoro IV, 58. intelligitur. 56. παρέπλαξαν reduxerant Oxonienses MSS. suis obtemperantes; sic et edd. ante Schmidium, qui παρέπλαγξαν ex Pal. C. recepit: quod sane sollemne est; idque et alibi Pindarus sequitur, Nem. X, 10. Οὐδ' Ὑπέρμνηστρα παρεπλάγχθη. Nec aliter Schol. vet. legerant: αἱ δὲ — προπετεῖς ὀργαὶ ἤδη που τοὺς σοφοὺς διασφάλλεσθαι ποιοῦσι. Oxonienses ex Scholio Bodl. MSS. laudant: πλάζω, πλανῶ, facere futurum πλάξω, vnde ἔπλαξαν. Vellem id aliunde probatum dedissent viri docti! Apud Hesychium quidem: ἀποπλάξαντες legitur, ἀποπλανηθέντες. sed manifesta est corruptela pro ἀποπλάγξαντες. A πλάζω, πλάγγω, est πλάγξω. Sed πλάξω et πλαξῶ dorica dicenda esset allaturum. Per sententiam generalem exponit, quod de Tlepolemo narrandum erat: is errore animi ira occaecati Licymnium fratrem aviae ex pellice occidit, cum nec reputasset, exulandum sic sibi fore e patria domo. cf. V. L. ad 48.

55. αἱ δὲ φρενῶν ταραχαὶ παρέπλαγξαν κ. σοφόν. Sunt

E. β'. K. ιγ'.

Τῷ μὲν ὁ Χρυσοκόμας
Εὐώδεος ἐξ ἀδύτου, ναῶν πλόον
Εἶπε Λερναίας ἀπ' ἀκτᾶς
Στέλλεν ἐς ἀμφιθάλασσον
Νομὸν, ἔνθα ποτὲ
Βρέχε θεῶν βασιλεὺς ὁ μέγας
Χρυσαῖς νιφάδεσσι πόλιν,

forma pro *πλήξω* ex *πλήσσω*. Hactenus h. l. *παρέπλαξαν* ferri possit. 57. *ἐς θεὸν* satis nunc illustratum a viris doctis est, vt nemo cum Schmidio emendet, *ἐς θεοῦ*. Porro pro *ἐλθὼν ἐνθὼν* dorismus postulat, monente quoque Pauw. Nimis multa tamen sic fuissent per totum Pindarum mutanda. 59. *ἐξ ἀδύτου ναῶν*, interpungit Ald. et omnes edd. ante Schmidium, qui bene *ναῶν* (h. *νηῶν*) *πλόον* iunxit; quod poeticum est; *adytum templi* esset pedestre, etiamsi cum Schmidio *ναῶ*, pro *ναοῦ*, legeretur. 61. *εὐθῦν' ἐς* Schol. et Ald. idem Rom. in margine, etiam Gott. habet: haud dubie pro *εὐθῦναι*, ex glossa male intellecti *στέλλεν*, vnde et in Bodl. MS. et C. fluxit *στέλλε*; et Aug. *στέλε*, cum gl. *στέλλου*, cum tamen *στέλλεν* pro *στέλλειν* sit. 62. *Νόμον* alii apud Schmidium, incommode. Ceterum praua interpunctio in hoc loco totius carminis flumen tanquam agger obiectus morabatur: *Νομόν. Ἔνθα ποτὲ* —. Immo vero Oraculi verba respexit in his, quae sequuntur: *Iussus est Tlepolemus concedere in eam insulam, in qua aliquando aurum pluisset.* Dum fabulam narrat poeta, phantasmatum vi et copia abreptus mox ad alia, quae cum fabula coniuncta sunt, progreditur v. 71. vsque ad v. 141. 63. Respexit h. l. Aristides T. I. p. 546. cum aliis apud Meurs. in Rhodo I, 17. etiam Strabo XIV. p. 964. C. 64. *χρυσέαις* et *χρυσέαισιν* in Schol. occurrit.

sic accipienda: *Etiam prudentem virum ira ad praua facta abducere solet.* Fere quod Homer. Il. δ, 549. *χόλος, ὅς τε καὶ ἄλλων Οἰδάνει ἐν στήθεσσι νόον πύκα περ φρονεόντων.* Iungenda autem antecedentibus, et vniuerse sunt dicta, cum esse deberet: *atque sic eum perturbatio animi ex ira ad tantum facinus perduxit.*

[62 sqq. Vid. Birg. Thorlacii *explicatio mythi archaeologici de insula Rhodo, quem Olymp. VII, 62 — 99. Pindarus inseruit*, in Proluss. et Opusc. Acad. T. 1. num. 8. p. 97 sqq. *Ex Schedis.*]

Ἀνίχ᾽ Ἁφαίστου τέχναισι,
Χαλκελάτῳ πελέκει,
Πατέρος Ἀθαναία κορυφὰν κατ᾽ ἄκραν
Ἀνορούσαισ᾽, ἀλάλα-
ξεν ὑπερμάκει βοᾷ.
Οὐρανὸς δ᾽ ἔφριξέ νιν καὶ Γαῖα μάτηρ.

Σ. γ΄. Κ. ιά.

Τότε καὶ φαυσίβροτος
Δαίμων Ὑπεριονίδας
Μέλλον ἔντειλεν φυλάξα-
σθαι χρέος παισὶν φίλοις,

71. φαυσίμβροτος Bodl. MS. et C. et Aug. a m. sec. cum Gott.
73. ἔντειλε (Ald. Bruh.) Steph. ἔτειλε Aug. c. gl. ἐνετείλατο.

71 sqq. Vt fabularum ordinem et nexum, impetu ac spiritu poetae turbatum; teneas, haec monenda sunt: Palladem Rhodii apud se natam tradidisse videntur. Pluerat autem aurum in Rhodo (v. 64. πόλιν dictum pro χώραν, *insulam* [v. Wunderlich. Obseruat. in Aeschyl. p. 191. *Ex Schedis.*]) nata Pallade. Inhabitabant tum insulam Heliadae. Hos iussit pater Sol primos inter omnes alios Palladi sacrum instituere. Iam autem erat in Rhodo antiquissima Palladis ara, in qua fiebant sacra ἄπυρα, mera libatione et frugibus. Huius sacri originem nunc a praecepto Apollinis repetit poeta. Iam v. 71 sq. sententia est: *Sub idem tempus, cum Pallas esset nascitura, Sol monuerat, iusserat filios suos observare rem iamiam futuram, vt,* nata dea, anteuertendo alios, *primi aram deae in loco conspicuo exstruerent, et, sacro in eo facto, cum Iove Palladem propitiam sibi redderent.* ἐνέτειλε pro ἐνετετάλκει. τὸ χρέος potest esse vel χρῆμα, vel *quod iniungitur, quod praestandum est,* vt aliquoties ap. Pindar. vnde πράσσειν (pro ἐκπράσσειν) χρέος. Τότε καί, *illo natalium Palladis tempore.* 73. μέλλον, εἰς τὸ μέλλον. Heliadis ex poetae mente praeceperat Sol, vt primi omnium sacrum facerent Mineruae cum

Ὡς ἂν θεᾷ πρῶτοι κτίσαιεν
Βωμὸν ἐναργέα, καὶ,
Σεμνὰν θυσίαν θέμενοι,
Πατρί τε θυμὸν ἰάναιεν Κόρα τ' ἐγ-
χειβρόμῳ. ἐν δ' ἀρετὰν
Ἔβαλεν καὶ χάρματ' ἀνθρώ-
ποισι προμαθέος αἰδώς.

75. *θεῷ* Pal. C. 77. *σεμνὴν* Bodl. γ. 79. *ἐγχηβρόμῳ* Schol. rec. 80. *ἔβαλε* Ald. 81. *προμαθέως* primum Romana et hinc aliae. Metri caussa *προμαθέος* scripsit Schmidius, vt iam exaratum in Ald. et Aug. a pr. m. Quod vero Prometheum huc induxerunt, et *Προμαθέος αἰδὼς* pro *Προμηθεὺς αἰδέσιμος* accipiebatur, vix prouide erat factum; praestat illud a *προμηθὴς* ducere, vt *προμηθὴς* ipse sit Sol, qui monuerat filios, quid factu opus esset: ita tamen, vt in sententiam mutatum et *γνωμικῶς* enuntiatum esse vel ex voc. *ἀνθρώποισι* appareat: *Reuerentia et fides prouido habita*, (si quis obtemperet prudenter monenti) *hominum animis virtutem et alacritatem instillat quidem. Fieri tamen potest, vt obscura caligo obliuionis offuscet mentem et rerum gerendarum rationem rectam animo et memoria excutiat, excidere faciat.* Quod et tum accidit Heliadis. Nam de his, non de Tlepolemo agitur.

Ioue. Fuit scilicet apud Rhodios antiquissima religio Palladis Lindiae, cum sacro *ἀπύρῳ*, quae ab Heliadis repetitur. Spectat huc narratio, fuisse antiquum vaticinium, Mineruam deam praesidem fore eius populi, qui primus ei sacrum faceret. Praeuerterunt Rhodii, sacro facto, sed *ἀπύροι*. Ita Athenienses sibi visi sunt Rhodiis hanc gloriam praeripuisse. vid. Diod. V, 56. et Schol.

79. *αἰδὼς προμαθέος*, *reuerentia erga prudentem*, h. eum qui prudenter monet, *ἐνέβαλεν* (pro *ἐμβάλλει*) *ἀνθρώποις ἀρετὰν καὶ χάρματα*, *solet instillare hominum animis robur et alacritatem.* Aeschyl. Suppl. 709. *τὴν πόλιν κρατύνοι προμαθεὺς εὐκοινόμητις ἀρχά.* *magistratus prouidus.* Haec generaliter extulit, cum vellet dicere: Heliadas paruisse deo. De his v. inf. 131.

Α. γ΄. Κ. ιά.

Ἐπὶ μὰν βαίνει τι καὶ
Λάθας ἀτέκμαρτα νέφος,
Καὶ παρέλκει πραγμάτων ὀρ-
θὰν ὁδὸν γ᾽ ἔξω φρενῶν.
Καί τοι γὰρ αἰθούσας ἔχοντες
Σπέρμ᾽ ἀνέβαν φλογὸς οὔ·
Τεῦξαν δ᾽ ἀπύροις ἱεροῖς
Ἄλσος ἐν ἀκροπόλει. κείνοισι μὲν ξαν-

82. μὴν Bodl. γ. 83. ἀτέκμαρτα Schmidius emendauit, vt metro caueret. Vulgo ἀτέκμαρτον. quod tamen ipsum Pauw defendit, si colon in anapaesticum resoluatur, vt tum pro anapaesto dactylus sit. 85. γ᾽ inseruit primum Rom. Deest Bodl. MS. et γ. c. Aug. 86. καὶ τοὶ γὰρ h. οὗτοι malit Pauw. et sic Aug. c. gl. οὗτοι. 88. Τεῦξαν δ᾽ ἐν ἀ. Aug. 89. κείνοις tres Bodl.

82. Iterum hoc γνωμικῶς pro vulgari: *Paruere illi quidem parentum monitis; verum obliti sunt ignem apportare.* Haec sic extulit: *Solet interdum fieri, vt,* cum curare aliquid volumus vel maxime, *obscura obliuionis caligo offuscet mentem, et rectam rerum gerendarum rationem animo excutiat, excidere faciat. Scilicet et Heliadae obliti sunt ignem ad sacrum apportare.*

88. 89. Dicendum erat: ἄπυρα ἱερὰ *fecerunt et deae* τέμενος *consecrarunt, in eoque aram ad sacra.* Fuit sane πεδίων καὶ ἀλσέων μεστὴ acropolis secundum Aristidem in Rhodiaca. ἄλσος pro τέμενος, vt de Hercule Olymp. III, 24 sq. X, 41. Subtilior esset ratio, ἄλσος accipere ἀνὰ ἄλσος, et τεῦξαν, absolute, vt ῥέζειν. *Litarunt sacro sine igni facto in luco.* [L. σὺν ἀπύροις ἱεροῖς. *Ex Schedis.*]

89. sq. Redit ad superiora v. 63. Nata Pallade imber aureus decidit; at ipsa dea, recens nata, imbuit Heliadas omni ad artes exercendas sollertia, facto sacro delectata. Imber quidem aureus manifestauit praesentiam numinis. Scilicet vt omnino praesentia deorum similibus prodigiis declaratur, sic et aureo imbre. Apolline nato in Delo omnia facta sunt aurea: v. Hymn. Hom. in Apoll. 135 sq. Callim. in Del. 260. et de Inacho in

θὰν ἀγαγὼν νεφέλαν,
Πολὺν ὗσε χρυσόν· αὐτὰ
Δέ σφισιν ὤπασε τέχναν

Ε. γ'. Κ. ιγ'.

Πᾶσαν ἐπιχθονίων
Γλαυκῶπις ἀριστοπόνοις χερσὶ κρατεῖν.
Ἔργα δὲ ζωοῖσιν ἑρπόν-
τεσσί θ' ὁμοῖα κέλευθοι
Φέρον. ἦν δὲ κλέος
Βαθύ. Δαέντι δὲ καὶ σοφία
Μείζων ἄδολος τελέθει.

90. *ἀ. νεφ.* *Ζεὺς* Ald. et Pal. C. in fine additum habent, quod metrum non fert. Durissimum tamen videtur etiam Pauwio, vt nomen Iouis subaudiendum sit; itaque ipse coniicit: *Ζὰν* (pro *Ζὴν*, *Ζεὺς*) *οἶσι μὲν* vel *κείνοισι μὲν Ζὰν Ἀντιαγαγὼν* vel *Ἀντ' ἀγαγών*. parum feliciter. Meminisse debebat vir doctus, sollenni more omitti *Ζεὺς* in voc. *ὕειν*, et ad *ὗσε θεὸς* subintelligendum esse et h. l. Mingarell. conj. *κείνοις ὁ μὲν* —. 92. *σφιν* Steph. et Bodl. C. Interpungebatur post *πᾶσαν*. Melius aut omnino non, aut sic interpungitur: *Αὐτὰ δέ σφισιν ὤπασε, τέχναν πᾶσαν ἐπιχθονίων, Γλαυκῶπις, ἀ. χερσὶ κρατεῖν·* vt sit: *αὐτὰ δὲ Γλαυκῶπις ὤπασεν αὐτοῖς, κρατεῖν ἐπιχθονίων ἀ. χ. (κατὰ) τέχναν πᾶσαν.*

Lav. Pall. 49. Vnde fluxisse quoque videtur figmentum magnae felicitatis Midae, vt omnia eius tactu in aurum mutata esse dicerentur. Videri potest Homericum *πλοῦτον κατέχευε* Il. β, 677. Pindaro ante oculos fuisse.

98. *Δαέντι δὲ καὶ σοφία μείζων ἄδολος τελέθει.* Sententiae, breuitate obscurae, meliorem interpretationem non habeo, quam Schmidianam: *perito artis etiam permagna intelligentia sine fraude, sine praestigiis magicis, obtingere potest.* Scilicet respici suspicor *Telchines*, qui olim in Rhodo fuere, mirabilibus operibus et ipsos claros, sed cum veneficii infamia: v. Diodor. V, 55. Iis nunc opponuntur seriorum artes. *τοῦ δαέντος γίνεται* (*εἶναι δύναται*) *τέχνη μεγίστη* (nam *μείζων*, ma-

Φαντὶ δ' ἀνθρώπων παλαιαὶ
Ῥήσιες, οὔπω, ὅτε
Χθόνα δατέοντο Ζεύς τε καὶ ἀθάνατοι,
Φανερὰν ἐν πελάγει
Ῥόδον ἔμμεν ποντίῳ·
Ἁλμυροῖς δ' ἐν βένθεσιν νᾶσον κεκρύφθαι.

Σ. δ'. Κ. ιά.

Ἀπεόντος δ' οὔτις ἔν-
δειξεν λάχος Ἀελίου·
Καί ῥά μιν χώρας ἀκλάρω-
τον λίπον ἁγνὸν θεόν.

105. *βένθεσι* Rom. et al. 109. *λίπον* Ald. vt etiam tres Palatt. Bodl. *α.* et Gott. Reuocandum hoc fuit pro *λίπονθ'*. Etsi Aug. habet *λίπονθ'*. *ἔλιπον*. Nam, vt iam a Dawes. p. 51. (54.) Misc. cr. monitum, est *λιπέσθαι τινὸς* et *λιπεῖν τινα*, cum quarto casu, vt *λαβεῖν τινα* et *λαβέσθαι τινός*. sicque alia. cf. Not. ad Isthm. VIII, 125. Vt vero syllaba producatur, Dawes confugit ad digamma Aeolicum in voc. *ἁγνός*.

ior quam aliis, vt saepe ponitur) *ἄνευ δόλου, γοητείας.* Dixit vniuerse, quod pergere debebat narrare de Rhodiis: *magna eorum erat celebritas, et excellebant operibus arte et ingenio, non praestigiis*, vt olim Telchinum in eadem insula, *elaboratis.* Sententia a v. 95. procedit: *Loca publica vrbis habebant artis opera viuentibus et incedentibus similia; et erat gloria eorum magna.* Nec, quod vulgo de Telchinibus narratur, praestigiis illi hac in re vsi sunt; nam *ei, qui usum rei habet, ars summa etiam sine praestigiis contingit.*

100. Vt a Pallade artes acceperant Rhodii: ita propitius ipsis fuit Sol, cui tanquam *γέρας* assignatum fuit inter ceteros deos insula. Hinc noua digressio. Est autem haec orbis terrarum diuisio diuersa ab illa distributione, quae post bellum cum Titanibus facta est apud Hesiodum in Theogonia, quando dii suum quisque *γέρας* accepere.

Μνασθέντι δὲ Ζεὺς ἄμπαλον μέλ-
λεν θέμεν. ἀλλά μιν οὐκ
Εἴασεν· ἐπεὶ πολιᾶς
Εἶπέ τιν' αὐτὸς ὁρᾷν ἔνδον θαλάσσας
Αὐξομέναν πεδόθεν
Πολύβοσκον γαῖαν ἀνθρώ-
ποισι, καὶ εὔφρονα μάλοις.

Α. δ'. Κ. ιά.

Ἐκέλευσεν δ' αὐτίκα
Χρυσάμπυκα μὲν Λάχεσιν
Χεῖρας ἀντεῖναι, θεῶν δ' ὅρ-
κον μέγαν μὴ παρφάμεν,
Ἀλλὰ Κρόνου σὺν παιδὶ νεῦσαι,
Φαενὸν ἐς αἰθέρα μὶν
Πεμφθεῖσαν ἑᾷ κεφαλᾷ
Ἐξοπίσω γέρας ἔσσεσθαι. τελεύτα-
σαν δὲ λόγων κορυφαὶ

115. *αἶαν* Gott. sed syllaba producenda erat. 116. *μήλοις* duo Bodl. et Schol. 117. *κέλευσε* Ald. c. Gott. 119. *ἀνθεῖναι* sphalma Steph. 120. *παρβάμεν* coniectat Schmidius Pal. C. legisse, in quo adscripta erat glossa *παραβῆναι*. at v. Notam. Repugnat in altero hoc metrum; nam in *παρβᾶμεν* media longa ex *βήμεναι*. cf. P. IV, 69. 124. *ἔσσεσθαι* Schmid. ex vno Palat. invito Pauwio. Vulgo omnes *ἔσεσθαι*.

[110. *μνασθέντι*, *ἀνάμνησιν ποιοῦντι*, pro *μνήσαντι*. an *ambienti?* *Ex Schedis.*]

120. *θεῶν δ' ὅρκον μέγαν μὴ παρφάμεν.* *παραφάναι* aut est solleni notione *decipere:* ita est, *ne deciperet*, sed vere sibi iuraret per Stygem; aut est *recusare:* tum *μὴ παρφάμεν* est idem ac *φάμεν*, s. *φάμεναι*; *φάναι*, *non recusare* pro *dicere*, *eloqui.*

124-6. Ex sermonis indole et vsu alius verborum sensus esse nequit quam hic: *euentum suum vere habuere dicta.* *πετοῖσαι*, vt *πίπτειν*, a sortibus ductum: vt Ol. XII, 14. *πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν.* *ἐτε-*

Ἐν ἀλαθείᾳ πετοῖσαι.
Βλάστε μὲν ἐξ ἁλὸς ὑγρᾶς
Ε. δ'. Κ. ιγ'.
Νᾶσος· ἔχει τέ μιν ὀ-
ξειᾶν ὁ γενέθλιος ἀκτίνων πατὴρ,
Πῦρ πνεόντων ἀρχὸς ἵππων.
Ἔνθα Ῥόδῳ ποτὲ μιχθεὶς
Τέκεν ἑπτὰ, σοφώ-
τατα νοήματ' ἐπὶ προτέρων
Ἀνδρῶν παραδεξαμένους,
Παῖδας· ὧν εἷς μὲν Κάμειρον,
Πρεσβύτατόν τε Ἰά-
λυσον ἔτεκεν, Λίνδον τ'. ἀπάτερθε δ' ἔχον,
Διὰ γαῖαν τρίχα δασ-
σάμενοι, πατρωΐαν
Ἄστεων μοῖραν· κέκληνται δέ σφιν ἕδραι.

126. *ἀληθείᾳ* Ed. Rom. et Bodl. MS. Emendata scriptura erat iam in Ald. vt et alterum *πετοῖσαι* iam ab Aldo expressum video, quod deseruit mox et vulgarem scripturam *πεσοῖσαι* reduxit Romana cum ceteris omnibus, etiam Schmidio. *πετοῖσαι* reuocarunt Oxonienses, sed nec monito lectore, ne de hoc quidem, quid in Bodleianis inuenissent. Hoc et Pal. C. exhibebat, Pal. B. c. Gott. *πεποῖσαι*, sed emendatum *τ* a m. sec., et Pal. A. *πετεῖσαι*. 128. *μιν ὁ* 129. *ὀξειᾶν γενέθλιος* Aug. Mallet *δέ μιν* Mingarell. post *βλάστε μέν*. 129. *ὀξεῖαν* Brub. Rom. et hinc aliae. *ὀξειῶν* Bodl. *γ*. 135. *εἷς μὲν* Cercaphus est natu maximus, qui Camirum, Ialysum et Lindum, conditores trium vrbium, suscepit. *διὸ καί τινες γράφουσιν*, pergit Schol., *ὧν εἷς μὲν Κ. πρεσβύταιος τε*. Obstat tamen adiectum *τε*, saltem in *γε* mutandum. Sed praestat vulgatam retinere. 137. *τέκεν* Ald. Gott. Eaedem *ἀ. δ' ἔ-* 138. *χοντι διὰ γ*. et 138. *τρίχα*

λεύτ. ἐν ἀλαθείᾳ, *σὺν ἀλ.* pro *ἀληθῶς*, *vero euentu*. *ἐτελεύτασαν πετοῖσαι* ornate pro simplici; et *κορυφαὶ λόγων* sunt ipsi *λόγοι*, vt *λόγων κορυφὴ ὀρθὴ* Pyth. III, 141. pro *λόγος ὀρθὸς*, *dictum verum*. Sic *ἔργων τέλος* pro *ἔργον* Ol. II, 33. Sunt autem h. l. *λόγοι* vel *verba iurisiurandi* simpliciter, vel *cum Solis postulatis*.

Σ. έ. Κ. ιά.

Τόθι λύτρον συμφορᾶς
Οἰκτρᾶς γλυκὺ Τλαπολέμῳ
Ἵσταται Τιρυνθίων ἀρ-
χαγέτᾳ, ὥσπερ θεῷ,
Μήλων τε κνισσάεσσα πομπὰ,
Καὶ κρίσις ἀμφ᾽ ἀέθλοις.
Τῶν ἄνθεσι Διαγόρας
Ἐστεφανώσατο δίς· κλεινᾷ τ᾽ ἐν Ἰσθμῷ
Τετράκις εὐτυχέων,
Νεμέᾳ τ᾽ ἄλλαν ἐπ᾽ ἄλλᾳ,
Καὶ κρανααῖς ἐν Ἀθάναις.

cum Bodl. 143. ἕσταται Schmidius emendauerat; nulla nec auctoritate, nec necessitate. *Τιρυνθίῳ* Pal. A. 145. *μήλων* pars Bodleianorum. 147. *ἄνθεσιν* vulgg. Rescidit *τὸ ν* Schmidius metri caussa. [148. *ἡ Ἰσθμός*, vt Ol. VIII, 64. N. V, 69. *Ex Schedis.*] 149. Post *τετράκις* malit interpungere Pauw, et *εὐτυχέων Νεμέᾳ τ᾽ ἄλλαν ἐπ᾽ ἄλλᾳ* iungere: quod sane minus durum. Quaeritur, quid subintelligendum sit in *ἄλλαν ἐπ᾽ ἄλλᾳ.* Schol. *νίκαν ἔσχεν.* (cf. sup. ad I, 175.) Pauw *τύχαν.* Mingarell. *ἡμέραν.* Nec male. Sic per ellipsin *τῇ ὑστεραίᾳ, τῇ προτεραίᾳ.*

141. *Τόθι. Iam hic*, in hac insula, *Tlepolemo tanquam heroi sacrum fit cum certamine publico: λύτρον, compensatio laborum.* Tlepolemo tanquam heroi honores habiti a Rhodiis, nec modo inferiis factis, verum, tanquam deo, victimis caesis et certaminibus institutis. Debuere esse dicta *τὰ Τληπολέμια.* Caesus ille ad Troiam a Sarpedone: Il. ε, 655 sq.

147. Similis locus Ol. XIII, 45 sq. IX, 124 sq. Sequentia certamina partim e Schol. partim ex Pausan. et ex ipso poeta passim facile possunt illustrari. Add. Excerpta Philemonis ap. Villois. ad Apollonii Lex. Hom. p. 856. Sed video de his certaminibus iam docte notata esse multa a Beckio in Not. ad Schol. p. 434.

Α. έ. Κ. ιά.

Ὅ, τ' ἐν Ἄργει χαλκὸς ἔ-
γνω μίν, τά τ' ἐν Ἀρκαδίᾳ
Ἔργα καὶ Θήβαις· ἀγῶνές
Τ' ἔννομοι Βοιώτιοι·
Αἴγινα, Πελλάνα τε, νικῶν-
θ', ἑξάκις· ἐν Μεγάροι-
σίν τ' οὐχ ἕτερον λιθίνα
Ψᾶφος ἔχει λόγον. Ἀλλ' ὦ Ζεῦ πάτερ νώ-
τοισιν Ἀταβυρίου
Μεδέων, τίμα μὲν ὕμνου
Τεθμὸν, Ὀλυμπιονίκαν

Ε. έ. Κ. ιγ'.

Ἄνδρα τε, πὺξ ἀρετὰν
Εὑρόντα· δίδοι τέ οἱ αἰδοίαν χάριν,
Καὶ πότ' ἀστῶν, καὶ ποτὶ ξεί-

156. *Κ' Αἴγινα* malit Pauw, ne copula desit. Aldus et Gott. *Πελλάνα τε, Αἴγινά τε ν.* 157. *Μεγάρεσσιν* Steph. exhibet nescio errore an consulto. 158. *σίν τ'* propter metrum legendum censebat Schmidius. Vulgg. *σί τ'.* 160. *τοις Ἀταβ.* mauult Pauw. 164. *δίδου* Bodl. tres cum Schol. rec. perpetua aberratione. 165. *ποτ'* vel *πότ'* — *ποτὶ ξείνων ἐπεὶ* in Bodl. C. exciderat.

[152. *Τῶν Ἡραίων* praemium clipeus et corona. Pausan. II, 24. Et clipeus in templo Iunonis affixus, qui in pompa ferebatur. v. not. ad Callimach. L. P. 35. v. infr. N. X, 41. *Ex Schedis.*]

[153. In Arcadia *τὰ Λύκαια.* Ol. XIII. 154. *Ex Schedis.*]

157. *οὐχ ἕτερον, non alium,* eundem, *titulum* (nam hic est *λόγος*) *habet columella* (*ψῆφος λιθίνη, στήλη*) *posita Megaris:* sc. et ibi eum victorem fuisse. Mox 162. iungere fere malim *ὕμνου τεθμὸν Ὀλυμπιονίκαν,* (vt v. c. Ol. III, 4.) *ἄνδρα τε πὺξ ἀρετὰν εὑρόντα* (h. *νίκην*).

[160. mons Rhodi. Strab. XIV. p. 968. v. Apollod. *Ex Schedis.*]

νων· ἐπεὶ ὕβριος ἐχθρὰν
Ὁδὸν εὐθυπορεῖ,
Σάφα δαεὶς, ἅτε οἱ πατέρων
Ὀρθαὶ φρένες ἐξ ἀγαθῶν
Ἔχραον. μὴ κρύπτε κοινὸν
Σπέρμ' ἀπὸ Καλλιάνα-
κτος, Ἐρατιδᾶν τοι σὺν χαρίτεσσιν. ἔχει
Θαλίας καὶ πόλις. ἐν
Δὲ μιᾷ μοίρᾳ χρόνου,
Ἄλλοτ' ἀλλοῖαι διαιθύσσουσιν αὖραι.

172. Ἐραστιδᾶν Ald. cum Pal. C. Gott. et Schol. Ἐρατιδῶν Bodl. β. γ. Vera lectio iam a Calliergo prodita: tribus nomen apud Rhodios esse creditur. Post Καλλιάνακτος interpungunt, et seqq. in vnam sententiam cogunt Melanchthon et Canterus Nov. Lect. III, 17. et, vt nunc video, etiam Pauwius, in quo tamen Aldus iam praeiuerat: nec tamen probo. In illis ἐν δὲ μιᾷ latet ratio precum ad Iouem factarum: μὴ κρύπτε. *serua incolumem stirpem plurium filiorum Diagorae ex filia Callianacti nupta susceptam, cum tribulibus Eratidis. Sane et tota vrbs* (an Ialysus?) *laetitiam de victoria D. communicat. Adeo tamen incerta et instabilis est rerum humanarum conditio, vt sine cura tua prouida, o Iupiter, stare nequeant.* Haec vt lyricus extulit. 173. θαλείας Bodl. γ. sed piget talia transscribere. Ad ἔχει θαλίας adscripserat Mingarell. Theocr. XVII, 22. vbi Hercules inter deos ἔχει θαλίαν.

168. σάφα δαεὶς (ἐκεῖνα) ἅτε οἱ ἐξ ἀγαθῶν πατέρων (ὄντι, γεννηθέντι) φρένες ὀρθαὶ ἔχραον· *mens bona*, disciplina domestica bona nutrita, *monet* (pro χράουσι, χρησμῳδοῦσι, h. e. παραινοῦσι), scil. in magnis opibus retinendum esse sensum aequitatis et modestiae.

173. Nexus sententiarum: μὴ κρύπτε — *serua, ne sine perire — nec laeta haec fortuna vllo graui casu euertatur.* Hoc expressit a caussa: *nam variae sunt fortunae vicissitudines*, μεταβολαὶ, s. μετατροπίαι, vt dixit Pyth. X, 32. αὖραι, vt πνοαὶ ἀνέμων P. III, 186 — 8. διαιθύσσουσιν exquisite de celerrimo motu: pro, *emergunt, succedunt.*

ΟΛΥΜΠΙΑ

εἶδος ή.

ΑΛΚΙΜΕΔΟΝΤΙ

παιδὶ παλαιστῇ.

Argumentum.

Gratulatur Alcimedonti victoriam Olympicam consequuto, vt paullo ante frater Timosthenes victor fuerat renuntiatus in Nemeis; — 27. praedicat insulae Aeginae felicitatem hanc, eiusque laudes subiicit, quas ab ipso conditore Aeaco repetit: — 40. quem Apollo et Neptunus in muris Troiae exstruendis socium operis habuere — 69. Inde laudes Melesiae aliptae — 97. Meminit quoque poeta tribulium Blepsiadarum, — 101. Iphionis et Callimachi cognatorum vita iam defunctorum. — 109. Bona vota.

Σ. ά. Κ. ϑ'.

Μᾶτερ ὦ χρυσοστεφάνων
Ἀέθλων, Οὐλυμπία,

Inscriptum in codd. carmen: *Ἀλκιμέδοντι παιδὶ παλαιστῇ, Τιμοσθένει παλαιστῇ, ἀδελφῷ αὐτοῦ Νέμεα, καὶ Μελησίᾳ ἀλείπτῃ.*

Λέσποιν' ἀλαθείας· ἵνα μάντιες ἄνδρες,
Ἐμπύροις τεκμαιρόμενοι, παραπει-
ρῶνται Διὸς ἀργικεραύνου,
Εἴ τιν' ἔχει λόγον, ἀνθρώπων πέρι
Μαιομένων μεγάλαν
Ἀρετὰν θυμῷ λαβεῖν,
Τῶν δὲ μόχθων ἀμπνοάν.

Inscriptiones Carminum a Grammaticis profectas esse nemo facile dubitet; sed si quis dubitet, vel hoc exemplo doceri potest, titulum Pindaro non deberi. Inepte enim Grammatici eorum, quorum mentio fit in carmine, nomina Alcimedonti, in cuius laudem scriptum est carmen, adiunxerunt. *Alcimedon*, Aegineta ex Blepsiadarum tribu, inter cuius maiores Iphion et Callimachus erant (v. 106 sqq.), Ol. LXXX. inter pueros lucta vicit. Eius frater erat Timosthenes, Nemeis victor; magister autem Melesias, qui olim et ipse Nemeae inter pueros lucta, mox adultus pancratio victoriam obtinuerat, hinc ad magisterium gymnasii se contulerat. v. 71 sq. *παιδὶ* omissum in Rom. et seqq. Sed v. inf. 72. 86. *ἀδελφῷ αὐτοῦ* aberat Bodl. *β.* et *Νέμεα* a Bodl. *γ.* 2. *Οὐλυμπία* reposuit Schmidius metro obsequutus ex Pal. A. B. Vulgo *Ὀλυμπία.* 3. *ἀληθείας* MS. Bodl.

5. 6. Male distinguebatur: *εἴ τιν' ἔχει λόγον ἀνθρώπων πέρι;* nam, *λόγον ἔχειν περί τινος*, vix graece dicitur. Verum iungenda sunt: Iamidae (v. Ol. VI, 118.), sacris ab iis, qui ad certamina accedunt, factis, *παραπειρῶνται Διός, περὶ ἀνθρώπων μαιομένων*, *Iouis mentem explorant super, de, viris, εἴ τινα ἔχει λόγον, φροντίδα*, sc. *αὐτῶν*, *vt respiciat eos, propitius iis sit victoria largienda.* [Xenoph. Mem. Socr. I, 4, 18. *τῶν θεῶν πεῖραν λαμβάνῃς θεραπεύων, εἴ τι σοὶ θελήσουσι περὶ τῶν ἀδήλων ἀνθρώποις συμβουλεύειν. Ex Schedis.*]

7. 8. Iunge: *μαιομένων θυμῷ* (h. e. *σπουδαζόντων*) *λαβεῖν* (pro *ἐπιλαβεῖν*) *ἀρετὰν μεγάλαν*, *altam laudem ex victoria consequi*, (vt *ἀρετὴ* paullo ante Ol. VII, 163. *ἄνδρα πὺξ ἀρετὰν εὑρόντα*, h. e. *νίκην*, nam est *ἀρετὴ omne id, quo quis praestat aliis, excellit: vis animi, corporis:*) *τῶν δὲ μόχθων ἀμπνοάν*, h. e. victoriam, recreationem post tot aerumnas et labores, vt Ol. II, 93-95. Ol. I, 157.

Α. ά. Κ. ιθ'.

Ἄννεται δὲ πρὸς χάριν εὐ-
σεβέων ἀνδρῶν λιταῖς.
Ἀλλ', ὦ Πίσας εὔδενδρον ἐπ' Ἀλφεῷ ἄλσος,
Τόνδε κῶμον καὶ στεφαναφορίαν
Δέξαι. μέγα τοι κλέος αἰεὶ,
Ὧι τινι σὸν γέρας ἕσπητ' ἀγλαόν.
Ἄλλα δ' ἐπ' ἄλλον ἔβαν

10. 11. *Ἄννεται δὲ — λιταῖς.* Lectio haec expressa est in Schol, vet. a pluribus grammaticis: dissident ii tantum iudicio, quid supplendum sit. Alii id, quod de Iouis voluntate scire auent. Alii *τὰ μαντεῖα, dantur responsa piorum precibus, εἰς χάριν, propitia in eos Iouis voluntate.* Possunt plura substitui ad explendam sententiam: *τὸ παραπειρᾶσθαι Διὸς ἄνεται*, pro *γίγνεται.* Aut etiam *ἄνεται, ἀνύεται*, sc. *ἃ μαίονται.* Si vero *ἄνεται* actiue dictum, vt *ἀνύεται* P. II, 89. 90., est *Ζεὺς ἄνεται.* In Schol. vet. legitur: "secundum nonnullos Asclepiadem scripsisse *λιταί*, vt sit *ἄνεται — λιταί*" nota illa figura, de qua vide ad Ol. XI, 5. vt verbum singulare cum nominatiuo plurali iungatur. Cum hoc iudicium sit vnius grammatici, qui forte doctrinae subtilitatem in scripturae vitio ostentabat, cum in eius exemplari excidisset ς in *λιταῖς*, nolo ei tantum tribuere, vt lectionem relinquam grammaticae magis consentaneam. — In Pal. A. et B. et Bodl. omnibus cum Aug. legitur aliud vitium: *πληρέονται πρὸς χάριν εὐσεβέων δ' ἀνδρῶν λιταί*, quod ex interpolatione ad glossam facta profectum est; nec audiendus Pauw, qui duplicem olim lectionem fuisse pronuntiabat. In v. 12. redit ad Olympiam v. 1, 2. sollenni formula *ἀλλ' ὦ.* Porro *εὐσεβείας* Ald. et Pal. C. cum Gott. quod et in scholiis occurrit. 13. *στεφαναφορίαν* Schmidius recte, et sic iam Rom. Crat. At Ald. Brub. Steph. et al. *στεφανοφορίαν*, aduerso metro. 14. *τὶ* ex Rom. profectum. Ald. tres Palat. duo Bodl. *μέγα τοι* cum Aug. quod praeferam, vt magis Pindaricum. 15. *ἕσπετ'* vitium Stephan. 16. *ἔβαν.* Mirum poetam maluisse hoc, non *ἔβα*,

10. *Ἄννεται δὲ πρὸς χ. rata autem haec fiunt ex voto piorum hominum ad preces factas.*

[16. *ἄλλα ἀγαθά. Ex Schedis.*]

Ἀγαθῶν, πολλαὶ δ' ὁδοὶ
Σὺν θεοῖς εὐπραξίας·

E. α'. K. ιά.

Τιμόσθενες, ὔμμε δὲ κλάρωσεν Πότμος
Ζηνὶ γενεθλίῳ· ὃν μὲν
Ἐν Νεμέᾳ πρόφατον,
Ἀλκιμέδοντα δὲ πὰρ Κρόνου λόφῳ
Θῆκεν Ὀλυμπιονίκαν.
Ἦν δ' ἐσορᾶν καλός· ἔργῳ
Τ' οὐ κατὰ εἶδος ἐλέγχων,
Ἐξένεπε, κρατέων
Πάλᾳ, δολιχήρετμον Αἴγιναν πάτραν·

18. εὐπραξίας Schmidius ex Palat. A. B. emendauit, metro monente. Vulgg. omnes εὐπραγίας. 19. ὔμμε Steph. emendauit, propius ad dorismum. Al. ὕμμε. Aldus quoque δ' ἐχλάρωσε. Bodl. γε κλήρωσεν. [δ' ἐκλάρ. Boeckh. Comment. p. X. *Ex Schedis.*] 20. ὃν μέν. Etiam haec lectio Schmidii acumini critico debetur, suffragante Pal. A. et B. Vulgg. inde a Rom. σὲ μὲν aduersante metro. [ex interpr. — ὅς σ' ἐν μὲν Boeckh. l. c. — Ceterum non est illud ὃς μέν — ὁ δέ — pro ὁ μὲν — ὁ δὲ —. v. Sturz. de dial. Alex. p. 206. *Ex Schedis.*] At Ald. ὅς σε μὲν, haud dubie lenius, si ita dispescas: ὅς σε μὲν Νεμέᾳ πρ. Hoc etiam Mingarell. amplectitur. Ieiunum, hiante metro, ὅς σε Ἐν Ν. Pauw propinat. 21. πρόφαντον omnes ante Schmidium. Sic et Schol. πρόφατον, ex φάω, h. e. φαίνω, eodem sensu Schmidius ex Pal. B. reposuit, metri caussa. φατὸς, πρόφατος, *celeber.* 22. δὲ omittunt Bodl. β. γ. 25. κατ' εἶδος Ald. 26. ἐλέγχων Ἐξένεπε malo iungere sensu et distinctione cum Pauw., non cum ἦν.

19-23. Dixit lyrice pro: ὑμᾶς δὲ, ὦ Τιμόσθενες καὶ Ἀλκίμεδον, πότμος ἐκλήρωσε (σὺν) Ζηνὶ γενεθλίῳ, *propitio Ioue vestrorum natalium praeside*, τὸν μὲν — τὸν δὲ —. Mox 23. θῆκεν idem πότμος. — 24. Similia loca Nem. III, 52. 53. Isthm.

Ἔνθα Σώτειρα, Διὸς ξενίου
Πάρεδρος, ἀσκεῖται Θέμις

Σ. β'. Κ. θ'.

Ἔξοχ' ἀνθρώπων. ὅ τι γὰρ
Πολὺ, καὶ πολλᾷ ῥέπει,
Ὀρθᾷ διακρίνειν φρενὶ, μὴ παρὰ καιρὸν,
Δυσπαλές. τεθμὸς δέ τις ἀθανάτων
Καὶ τάνδ' ἁλιερκέα χώραν
Παντοδαποῖσιν ὑπέστασε ξένοις
Κίονα δαιμονίαν,

30. Vulgo distinguitur post πολὺ, vt accipiatur hoc pro πλῆθος, ὄχλος. Omnino interpretes laborant in hoc loco, qui saltem sic ex eorum animo erat interpretandus: *magnam hominum multitudinem institutis vitae, studiis et consiliis inter se dissimilem,* qualis mercatorum Aeginam commeantium est, *regere iudicio recto et singulis caussis conuenienter difficile est.* Sed praestat simpliciter accipere verba, vti se offerunt, ὅ τι γὰρ πολὺ καὶ πολλᾷ ῥέπει· *quod multum et multas in partes, varie, inclinat,* cuiusmodi peregrinorum negotia et caussae sunt, in quibus ius saepe varium, incertum et obscurum est. 31. πολλᾷ Schmidius ex Pal. A. B. et Schol. Accedit pars Bodleianorum. Vulgo: πολλά. Porro ῥέποι Schol. 33. Post ἀθανάτων interpungit Ed. Rom. quin etiam Ald. et Brubach. Primum distinctionem sustulit Ceporinus in Ed. Cratandr. vel Scholiis monentibus. 34. Καὶ δ' Bodl. C. 35. παντοδαποῖς ὑπέστασε Ald. παντοδαποῖς ὑποίστασε Bodleiani cum Aug. metro saltem sic incolumi, sed cum hiatu.

VII, 30. — 28. Eadem Aeginae laus P. VIII. pr. et 31. Nem. IV, 19.

[29. Θέμις, etsi dea, tamen exercetur. Non est ἀσκεῖν θεόν: etsi per θεραπεύειν redditur. *Ex Schedis.*]

30–34. Male interpungebatur post διακρίνειν. Iungenda sunt: δυσπαλὲς (ἐστὶ) διακρίνειν (σὺν) ὀρθᾷ φρενὶ, μὴ παρὰ καιρὸν, (*non imperite*): debebat sequi τὰ πολλὰ ὄντα καὶ ῥέποντα πολλῇ, dixit: (ἐκεῖνο) ὅ, τι πολὺ, καὶ πολλᾷ ῥέπει, *quod multiplex est et multis modis variat*, pro rerum, temporum, personarum rationibus: vt sunt iura, caussae, negotia mercatorum. conf.

(Ὁ δ' ἐπαντέλλων χρόνος
Τοῦτο πράσσων μὴ κάμοι.)

Α. β'. Κ. θ'.

Δωριεῖ λαῷ ταμιευ-
ομέναν ἐξ Αἰακοῦ
Τὸν παῖς ὁ Λατοῦς εὐρυμέδων τε Ποσειδᾶν,
Ἰλίῳ μέλλοντες ἐπὶ στέφανον
Τεῦξαι, καλέσαντο συνεργὸν
Τείχεος· ἦν ὅτι νιν πεπρωμένον
Ὀρνυμένων πολέμων
Πτολιπόρθοις ἐν μάχαις
Λάβρον ἀμπνεῦσαι καπνόν.

Ε. β'. Κ. ιά.

Γλαυκοὶ δὲ δράκοντες, ἐπεὶ κτίσθη, νέον
Πύργον ἐσαλλόμενοι τρεῖς,
Οἱ δύο μὲν κάπετον,

V. 37 et 38. ab aliis in parenthesin inclusi, nec male. 38. *κάμῃ* Bodl. *β. γ.* 41. *Ποσειδῶν* pars Bodl. MSS. cum Aug. in quo et *ποτε* pro *τε*. 43. *τεύξειν* MSS. Bodl. quatuor. 44. male in Schmid. et Oxon. post *πεπρωμένον* interpungitur. Ordo est: *ὅτι πεπρωμένον ἦν, νὶν (τὴν Ἴλιον) ἀμπνεῦσαι καπνὸν* etc. h. *καταφλεχθῆναι*. 47. *ἐμπνεῦσαι καρπὸν* Aug. 50. *κάπετον* constanter primae edd. *κάπεσσον* primum Morell. et ex hac Steph. prima et deinceps aliae; sed altera Steph. dedit: *κάπεσον*. Pal. C. *κάππετον*. Aug. *κάπτετον*, et a m. pr. *κάπετον*. Apud Homer. *κάππεσον* pro *κατέπεσον* aliquoties, vt Il. *α*, 593.

V. L. Fuit igitur apud Aeginetas species aliqua eius, quod nos *iudicium mercatorium* appellamus.

37. 38. in parenthesi interposita sunt, pro voto: *vtinam insula sit praesidium tale adeuntium eam per omne tempus!* Tribuitur hoc tempori tanquam id efficienti, ex poetico more.

[42. *στέφανον* pro *στεφάνην*. v. Schol. Orph. Argon. 764. *Ex Schedis.*]

Αὖθι δ', ἀτυζομένω, πνοὰς βάλον·
Εἷς δ' ἐσόρουσε βοάσας.
Ἔννεπε δ' ἀντίον ὁρμαί-
νων τέρας εὐθὺς Ἀπόλλων·
Πέργαμος ἀμφὶ τεαῖς,
Ἥρως, χερὸς ἐργασίαις ἁλίσκεται,
(Ὣς ἐμοὶ φάσμα λέγει Κρονίδα
Πεμφθὲν βαρυγδούπου Διός·)

Σ. γ'. Κ. θ'.

Οὐκ ἄτερ παίδων σέθεν. ἀλ-
λ' ἅμα πρώτοις ἄρξεται
Καὶ τετράτοις. Ὣς ἄρα θεος σάφα εἴπας,

51. *αὖθί τ'* scribendum esse, bene monet Pauw. *ἀτυζόμενοι* Ald. et fere omnes Bodl. Aug. cum Schol. *ψυχὰς* Ald. Scholion *τοῦ πνοάς*. 55. *τεᾶς* emendatum a Schmidio, pro *τεαῖς*, quod vbique legitur. Rotundius tamen alterum esse negari nequit. 56. *χειρὸς* Bodl. *γ*. 57. *ὧς* Rom. et al. *ὥς* Ald. et Pal. C. cuius Schol. *καθὰ* exponit: idem *Κρονίου*. 58. *βαρκτύπου* Bodl. *γ*. 60. *ἔῤῥεται*, *peribit*, *cadet*, coni. Pauw, perperam veritus, ne *ἄρξεται* cum *τετράτοις* male dicatur. At quam frequens is poetarum mos bina vel plura verba copulandi, quae ex parte tantum grammatico significatui respondent nominis eius, ad quod referuntur! 61. *τέτρασι* Bodl. C. *τετάρτοις* *β*. *γ*.

55 seqq. Iungenda sunt *ἁλίσκεται οὐκ ἄτερ παίδων σέθεν*. Scilicet Apollo dixit: *ea parte, qua tu, Aeace, murum duxisti, capietur Pergamus, tuorum quidem posterorum opera: sed eueniet hoc prima et quarta generatione*, *ἄρξεται*, *γενήσεται*, *τὸ ἁλίσκεσθαι*, *σὺν τοῖς πρ.* pro *σὺν τῷ πρώτῳ καὶ τετάρτῳ παιδί*, *per Telamonem et Neoptolemum*. *ἀντίον ὁρμαίνων*, *propius accedens*. At Schol. reddit: *στοχαζόμενος εὐθέως*, vt sit *ὁρμαίνων ἐν φρεσίν*, *interpretatur portentum extemplo versans animo*.

Ξάνθον ἤπειγεν, καὶ Ἀμαζόνας εὐ-
ίππους, καὶ ἐς Ἴστρον, ἐλαύνων.
Ὀρσοτρίαινα δ' ἐπ' Ἰσθμὸν ποντίαν
Ἅρμα θοὸν τάνυεν,
Ἀποπέμπων Αἰακὸν
Δεῦρ' ἀν' ἵπποις χρυσέαις,

Α. γ'. Κ. θ'.

Καὶ Κορίνθου δειράδ', ἐπο-
ψόμενος δαῖτα κλυτάν.
Τερπνὸν δ' ἐν ἀνθρώποις ἴσον ἔσσεται οὐδέν.

64. ἐπ' Ἰσθμῷ ποντίᾳ Ald. cum Schol. doctius et a vulgari magis recedens. 67. ἐν ἵπποις Bodl. γ. cum Triclinio. Vt nunc interpungitur, heros Aeacus auectus est diuinis equis; at, si post δεῦρο interpungas cum Pauw., ipse deus vectus est equis: quos *aureos* appellat, siue, quod ἵπποι pro curru dicti, siue, quod omnia diuina sunt aurea. Respexit et ornauit locum Apollon. III, 1240. 70. ἐν ἀνθρωπίνοις Aug. ἔσεται in Schol.

62. An alia sit auctoritas, qua constet Apollinem ab Amazonibus cultum fuisse; ita vt eas nunc adire dicatur, ignoro. Tum si Xanthus est Lyciae, mira est profectio per Lyciam ad Amazonas et ad Hyperboreos, quos per Istrum designat, vt sup. Ol. III. Nam diuersa loca eum commemorare, quae ille forte adire possit, vix poetam deceret. Magis consentaneum esset, Apollinem ad vnum certum locum properare, vt Neptunus ad Isthmum, non tria diuersa loca et sacra adire: nam adeunt dii loca, in quibus praecipua religione coluntur. Verum nec hoc poetam velle puto; sed Apollo tendit ad Hyperboreos, qua via ducit, ex prisca terrarum situs ignoratione, per Amazones in borealibus locis habitantes; Xanthus autem est Troadis fl. inde a quo iter in septentrionem ingreditur. Ad eum relicti equi pabulum carpebant, vt apud Homer.

70 sq. Viam sibi parat ad laudem Melesiae, aliptae: in

Εἰ δ' ἐγὼ Μειλησίᾳ ἐξ ἀγενεί-
ων κῦδος ἀνέδραμον ὕμνῳ·
Μὴ βαλέτω με λίθῳ τραχεῖ φθόνος.
Καὶ Νεμέᾳ γὰρ ὁμῶς
Ἐρέω ταύταν χάριν·
Τὰν δ' ἔπειτ' ἀνδρῶν μάχαν

Ε. γ'. Κ. ιά.

Ἐν παγκρατίῳ. τὸ διδάξασθαι δέ τοι,
Εἰδότι ῥαίτερον. ἄγνω-
μον δὲ, τὸ μὴ προμαθεῖν.
Κουφότεραι γὰρ ἀπειράτων φρένες.

71. *Μελησία* Ald. tres Palat. quod et ipsum ferri poterat. v. Pauw. *Μειλησία* iam Rom. ed. exhibuit. 74. *Νεμέα* MS. Bodl. *Κἂν Ν.* malit Pauw. at *ἐν* centies omittitur. 76. Pauw interpungit: *τὰν δ' ἔπειτ', ἀ.* 77. *ἐκ παγκρατίου* Ald. Pal. C. Brubach. in marg. eodem sensu et metro. 78. *ῥαίτερον*, trisyllabum, quod plerumque occurrit *ῥᾴτερον*. Scilicet sic est pronuntiandum. 80. *ἀπηράτων* Ald. vitio.

qua interserenda inuidiam deprecatur. *Non omnibus eadem probantur. Si ego itaque laudes Melesiae carmine repeto a victoria, quam ipse olim inter pueros lucta retulit: invidi me non reprehendant.* εἰ δ' ἐγὼ Μειλησίᾳ ἐξ ἀγενείων κῦδος ἀνέδραμον ὕμνῳ· pro εἰ οὖν ἀνατρέχω, *percurro, pertexo laudes carmine.* Sic ἀναδραμεῖν et alii; item ἀνελθεῖν, vt apud Euripidem.

73. μοι τίς με φθονείτω. cf. Schneid. Vita Pind. p. 117.

Scilicet ex heroum aetate petitum, qui non minus saxis pro telis vtuntur. Invidia autem *petere* aliquem dicitur.

75. ταύταν χάριν paullo durius pro τὴν αὐτήν. *commemorare enim possum similiter eum olim inter pueros Nemeis vicisse, et postea ἐν ἀνδράσι pancratio.* — 76. Iunge ἐν παγκρατίῳ ἀνδρῶν.

77 - 80. τὸ διδάξασθαι — *Melior est alipta is, qui ipse certamina ingressus est.* Con-

Κεῖνα δ' ἐκεῖνος ἂν εἴποι
Ἔργα περαίτερον ἄλλων,
Τίς τρόπος ἄνδρα προβάσει,
Ἐξ ἱερῶν ἀέθλων
Μέλλοντα ποθεινοτάταν δόξαν φέρειν.
Νῦν μὲν αὐτῷ γέρας Ἀλκιμέδων,
Νίκαν τριακοστὰν ἑλών·

Σ. δ'. Κ. ϑ'.

Ὃς τύχα μὲν δαίμονος, ἀ-
νορέας δ' οὐκ ἀμπλακὼν
Ἐν τέτρασιν παίδων ἀπεθήκατο γυίοις
Νόστον ἔχθιστον, καὶ ἀτιμοτέραν

81. *κεῖνα δὲ κεῖνος* idem Ald. cum Aug. *τῆνα δὲ τῆνος ἂν εἴποι* ad dialecti normam a poeta scriptum fuisse suspicatur Pauw. 90. *τέτρασιν* Ed. Steph. et iam Morell. quod metro postulante probat Pauw. sicq. Aug. Vulgg. *τέτρασι.*

tra *imperiti hominis est, docere velle alios quae ipse antea non didicerit. Inexperti homines nihil habent, cui satis firmiter insistant;* sed fluctuant in artis praeceptis tradendis. 81. *Itaque iste ista* quod attinet *certamina docere potest doctius, quomodo aliquis victoriam consequatur.* *κεῖνα ἔργα* pro *κατ' ἐκεῖνα, ἐν ἐκείνοις ἀγῶσιν,* in quibus ipse victor fuit. [*ἐκεῖνος*, Milesias. *Ex Schedis.*]

88-92. In vulgari interpretandi ratione sensus quidem, *τέσσαρας παῖδας ἐνίκησε,* bene se habet: sed vix expedias grammaticam in *ἀπεθήκατο νόστον ἔχθιστον ἐν γυίοις τέτρασι παίδων.* Nam *ἀποτίθεσθαι* non est *reddere*, (Triclin. *ἀντὶ τοῦ ἐπέθηκεν*: quo vsu aut exemplo?) et quid *ἐν*? Ad sermonis itaque vsum sic constituere malim: *ὃς (σὺν) τύχα μὲν δαίμονος,* (h. *σὺν δαίμονι, deo iuuante*) *ἀνορέας δὲ οὐκ ἀμπλακὼν ἐν τέτρασι παίδων γυίοις, et virtute vsus in quatuor pueris,* (quibuscum luctatus est; erant scilicet duo paria, quibus suc-

Γλῶσσαν, καὶ ἐπίκρυφον οἶμον·
Πατρὶ δὲ πατρὸς ἐνέπνευσεν μένος
Γήραος ἀντίπαλον.
Ἀΐδα τοι λάθεται
Ἄρμενα πράξαις ἀνήρ.

Α. δ'. Κ. ιά.

Ἀλλ' ἐμὲ χρὴ μναμοσύναν
Ἀνεγείροντα φράσαι

92. *γλῶσσαν* tres Bodl. cum Aug. quod Aeolicum, non *γλῶτταν*. *γλῶσαν* Ald. 93. *ἐνέπνευσε* tres Bodl. 96. *πράξαις* scribendum pro *πράξας*. monuit etiam Pauw. 98. *ἀνεγείραντα* Aug.

cessit ipse ἔφεδρος) *ἀπεθήκατο* (*amouit a se*) *νόστον* ἔ. etc. h. *τὴν ἧτταν*. cf. Pyth. VIII, 119 sq. Sic *ἀποθέσθαι νεῖκος κρεσσόνων* Ol. X, 47. Porro *γλῶσσαν ἀτιμοτέραν*, vt loquerentur sine auctoritate; opp. victorum iactantia. Alio in carmine *ἀγρυξίαν* dixerat: v. Fragm. xvi.

93. *Auum victor iuuentae quasi reddidit, et effecit, vt vitam ei producat laetitia.* Hoc iterum enuntiauit generatim.

96. *ἄρμενα πράξας ἀνήρ*. *εὖ πράσσειν* (opp. *κακῶς πράσσειν*) est *bene rem gerere, successum habere*, quod idem est *felicem esse*. Ol. XI, 4. *εἰ δὲ σὺν πόνῳ τις εὖ πράσσοι*. Ol. IV, 7. *ξείνων εὖ πρασσόντων*. Pro *εὖ* nunc *ἄρμενα*. [sc. *τῷ θυμῷ*. *Ex Schedis.*] vt *πράσσειν ἀντία* pro *κακῶς* Pyth. VIII, 72. *ἐπιεικῶς πράσσειν* ap. Atticos. Hoc modo sane fieri potest, vt *πράττειν* et *πάσχειν* possint latine iisdem verbis interdum reddi: non autem *πράττειν* et *πάσχειν* eandem notionem per se habent; ita *εὖ παθεῖν* et *εὖ ἀκούειν*, *bene rem gerere* et *laudem consequi*, Pyth. I, 191. 2. Isthm. V, 17. N. I, 46. Ergo *auus, cui tam prospera fortuna fuerat, vt nepotem victorem videret, vitam recreatus gaudio producit.*

97. *At mihi etiam Blepsiadarum tribulium memoratio cum laude est facienda, e quorum medio sextus iam victor renuntiatur, et quidem luctae et pugilatus.* *ἄωτον ἐπίνικον χειρῶν* pro *ἄωτον νίκης τῶν χειρῶν*. De hoc cf. dicta ad III, 5. 6.

Χειρῶν ἄωτον Βλεψιάδαις ἐπίνικον,
Ἕκτος οἷς ἤδη στέφανος περίκει-
ται φυλλοφόρων ἀπ᾽ ἀγώνων.
Ἔστι δὲ καί τι θανόντεσσιν μέρος
Καννόμον ἐρδόμενον.
Κατακρύπτει δ᾽ οὐ κόνις
Συγγόνων κεδνὰν χάριν.

Ε. δ΄. Κ. ιά.

Ἑρμᾶ δὲ θυγατρὸς ἀκούσαις Ἰφίων
Ἀγγελίας, ἐνέποι κεν
Καλλιμάχῳ λιπαρὸν
Κόσμον Ὀλυμπίᾳ, ὅν σφιν ὤπασεν
Ζεὺς γένει. ἐσλὰ δ᾽ ἐπ᾽ ἐσλοῖς
Ἔργα θέλοι δόμεν· ὀξεί-
ας δὲ νόσους ἀπαλάλκοι.

103. *κἂν νόμον* Ald. Rom. Brub. Morell. Aug. *κἄννομον* Steph. pr. et hinc reliquae, qs. *καὶ ἔννομον. καννόμον* Schmidius recte, vt iam emendauerat Ceporinus in Cratandr. h. *κατὰ νόμον.* Porro *ἐῤδομένων* Schmidius refinxerat, paullo audacius, probante tamen Pauwio. [106. In textu Heynius correxit *ἀκούσαις*.] 109. *ὅν σφιν Ζεὺς γένει* 110. *ὤπασεν* Ald. 110. *ἐσλὰ δ᾽ ἐπ᾽ ἐσλοῖς* dorice Steph. iam praeiuerat Aldina, pro *ἐσθλὰ* et *ἐσθλοῖς*.

102. 3. Tandem et mortuorum in carmine mentionem facit poeta, *Callimachi* et *Iphionis.* Videtur Iphion vita excessisse tempore inter victoriam et carmen interiecto, nuntio tamen de victoria accepto: itaque is *ἀκούσας τῆς Ἀγγελίας* nuntiat in inferis Callimacho. Pro *Ἀγγελία* inf. XIV, 29. est *Ἠχώ.* *μέρος τι* (sc. eorum quae in carmine memorantur) *ἐστὶν ἐρδόμενον κατὰ νόμον καὶ θανοῦσι*, *quod, tanquam inferiarum honos, persoluitur mortuis rite. Non enim terra occultat cognatorum gloriam, quo minus ad inferos perueniat*, h. e. resciscunt illi suorum superstitum gloriam.

Εὔχομαι ἀμφὶ καλῶν
Μοίρᾳ Νέμεσιν διχόβουλον μὴ θέμεν·
Ἀλλ' ἀπήμαντον ἄγων βίοτον,
Αὐτούς τ' ἀέξοι καὶ πόλιν.

113. Deprecatur inuidiam Fortunae in tanta felicitate. Recte subiectum constituitur, εὔχομαι, *μὴ τὸν Δία ἀμφιθέμεν Νέμεσιν μοίρᾳ καλῶν*, (h. ἐπιτιθέναι, ἐπιβαλεῖν). *Nemesin* dicit *διχόβουλον*, *infestam*, vt *δίχα νοεῖν*, *δίχα φράζειν*, apud Homer. *Ἀλλὰ* (*Ζεὺς*) *ἄγων* (*ἐπάγων*) *βίοτον ἀπήμαντον*, *ἀέξοι αὐτούς τε καὶ πόλιν*, *beet* (vt Callim. in Iov. 95. *οὐκ ἀρετῆς ἄτερ* etc.) *αὐτοὺς* s. *πολίτας*, s. *victorem et gentem* ex *γένει* v. 110.

ΟΛΥΜΠΙΑ

εἶδος θ'.

ΕΦΑΡΜΟΣΤῼ ΟΠΟΥΝΤΙῼ

παλαιστῇ.

Argumentum.

A laudibus victoris exorsus statim ad Opuntis, vrbis patriae, laudes progreditur; — 53. vt eas celebret, ingenio si satis valeat, quod solius naturae beneficio debeatur — 62. Redit ad vrbis laudem et originem. Deucalion et Pyrrha post diluuium consederant circa Opuntem in Locride, reparata humana gente. Locrus erat improles, cui Iupiter compressam a se Opuntis ex Elide adductam filiam matrimonio iunxit. Appellatus ille aui materni nomine Opus rexit vrbem Opuntem; in qua heroes fuere et (119) victores certaminum, in quibus Epharmostus. Hinc eius laudes.

Σ. ά. Κ. ις'.

Τὸ μὲν Ἀρχιλόχου μέλος
Φωνᾶεν, Ὀλυμπίᾳ

2. *φωνᾶεν* Schol. Nem. III, 1. omnes edd. et codd. praeter Bodl. α. qui dissoluit *φωνᾶ ἐν*, quod Schmid. ex Pal. B. recepit,

1 sq. Sensus lyricus docet, *μέλος φωνᾶεν* esse docte dictum, vt Lat. poetis epitheton *canorum*, *vocale*; idem *μέλος*, *καλ-*

Καλλίνικος ὁ τριπλόος κεχλαδώς,
Ἄρκεσε Κρόνιον παρ' ὄ-
χθον ἀγεμονεῦσαι
Κωμάζοντι φίλοις Ἐφαρ-
μόστῳ σὺν ἑταίροις·
Ἀλλὰ νῦν ἑκαταβόλων

vt *ἐν φωνᾷ Ὀλυμπίᾳ* dictum sit pro *σὺν* vel *διὰ φωνῆς Ὀλυμπικῆς*, h. qualis Olympiae auditur vel audiri solet. Ita fere Schmidius et Pauwius accipiunt. Verum meliores curae docent magis poeticum esse *μέλος φωνᾶεν*. *carmen canorum*, quod canitur. Ordo autem verborum hic: *Τὸ μὲν Ἀ. μέλος φωνᾶεν, ὁ Καλλίνικος τριπλόος κεχλαδὼς (ἐν) Ὀλυμπίᾳ, παρ' ὄχθον Κρόνιον ἀγεμονεῦσαι Ἐφαρμόστῳ κωμάζοντι σὺν ἑταίροις φίλοις, ἄρκεσεν (ἄν)*. Apparet enim, Olympiae victorem inter amicos et populares ad eum confluentes post victoriam statim sollenni pompa et chorea incessisse, forte per stadium, inter tibiarum et lyrae cantum, ad quem Archilochium carmen *Καλλίνικε χαῖρε ἄναξ* canebatur. Hoc est *κωμάζειν*. Porro *κεκλαδὼς* mallet Pauw. Videtur fuisse *χλάζω*, vt *κλάζω*, *κράζω*, vnde *καχλάζω*; et *χλήζω*, vnde *κέχληδα*, dorice *κέχλαδα*, vnde α producitur. Etiam Aug. gl. *κεχληδὼς*, *εὐτυχήσας*. At est *qui insonuit*, *φωνηθεὶς*, *cani solitus*. cf. inf. ad P. IV, 318. 4. 5. *Κρονίῳ παρ' ὄχθῳ* ediderat Schmidius, vt metro seruiret. 8. *ἑκατοβόλων* Bodl. C. a pr. m.

λίνικος (ὕμνος) ὁ τριπλόος κεχλαδὼς (ἐν) Ὀλυμπίᾳ, ἄρκεσε etc. *Etsi sollenne illud carmen, Callinicus, trinis strophis constans, Olympiae cani solitum,* (vid. V. L.) *sufficere poterat: nunc tamen aliud accinam* in victoriam Olympicam; quae declaratur, e more, per Iouem et per Olympiam: quae designatur nunc per Elidem a Pelope olim occupatam. *καλλίνικος ὕμνος* expresse Nem. IV, 26. nec tamen vbique cum Musgrauio ad Eurip. Med. 45. substituendum putabo; est enim *καλλίνικος* i. q. *νικητήριος*, et occurrit *καλλίνικον κῦδος*, *ἅρμα*, *χάρμα*, *καλλίνικος πάλη* inf. Pyth. XI, 70. et ipsi victores *καλλίνικοι*, vt P. I, 63. Hiero. Quidni igitur *καλλίνικον στέφανον* in Euripidis loco feramus? In Archilochi hymno *Καλλίνικος* erat *Hercules*, et hinc hymnus, cuius exordium erat:

Μοισᾶν ἀπὸ τόξων
Δία τε φοινικοστερόπαν
Σεμνόν τ' ἐπίνειμαι
Ἀκρωτήριον Ἄλιδος
Τοιοῖσδε βέλεσσιν,
Τὸ δήποτε Λυδὸς ἥρως
Πέλοψ ἐξάρατο κάλλι-
στον ἕδνον Ἱπποδαμείας.

Α. α'. Κ. ις'.

Πτερόεντα δ' ἵει γλυκὺν
Πυθῶνά δ' ὀϊστόν. οὔ-
τοι χαμαιπετέων λόγων ἐφάψῃ,

11. Pauw conj. ἐπίνεισαι a νέεσθαι, ἔρχεσθαι. v. Not. 13. βέλεσσιν praeclare Schmid. ex Pal. C. reliqui omnes μέλεσσιν. Me tenet vox τοιοῖςδε, quae non satis magnam vim habere videtur, etiamsi reddas, *talibus*, respectu vss. 8. 9. aut, *hisce* telis, *hoc* carmine. 15. ἐξήρατο Bodl. MS. et α. 16. ἕδνον γ' Pauw in medium profert, vt anapaesticum sit colon.

Καλλίνικε χαῖρε ἄναξ, appellatus et ipse Καλλίνικος.

11. ἐπίνειμαι βέλεσσιν ἀπὸ τόξων Μοισᾶν Δία. Insolens sane hoc: ἐπινέμεσθαι βέλεσί τι. Forte sic expedias: νέμειν, νέμεσθαι βέλη ἐπί τι, diceres in pedestri quoque oratione: *distribuere*, *ad varias res dirigere sagittas*. Exquisitius nunc ἐπινέμεσθαί τι βέλεσι· more poetarum sollenni in similibus.

[13. nunc simili laude celebra. *Ex Schedis.*]

17. Memora quoque victoriam Pythicam. οὔτοι χαμαιπετέων λόγων ἐφάψῃ, *non vanas laudes attinges; ex merito laudabis.* Pyth. VI, 37. χαμαιπετὲς δ' ἄρ' ἔπος οὐκ ἀπέριψεν αὐτοῦ, *non irritam vocem Nestor emisit.* Nec alia est γνῶμα κενεὰ χαμαιπετοῖσα Nem. IV, 65. 66. *consilium inane, irritum.* Fuerat autem Epharmostus iam ante Olympicam victoriam victor Pythiis, v. 17. 18. et vna cum Lampromacho fratre vel cognato Isthmiis, v. 124.

Ἀνδρὸς ἀμφὶ παλαίσμασιν
Φόρμιγγ᾽ ἐλελίζων
Κλεινᾶς ἐξ Ὀπόεντος, αἰ-
νήσαις ἓ καὶ υἱόν·
Ἂν Θέμις θυγάτηρ τέ οἱ
Σώτειρα λέλογχεν
Μεγαλόδοξος Εὐνομία.
Θάλλει δ᾽ ἀρεταῖς, ἴ-
σον τε Κασταλίᾳ παρ᾽ Ἀλ-
φειοῦ τε ῥέεθρον·
Ὅθεν στεφάνων ἄωτοι
Κλυτὰν Λοκρῶν ἐπαείρον-
τι ματέρ᾽ ἀγλαόδενδρον.

Ε. ά. Κ. ί.

Ἐγὼ δέ τοι φίλαν πόλιν
Μαλεραῖς ἐπιφλέγων ἀοιδαῖς,
Καὶ ἀγάνορος ἵππου θᾶσσον

22. *ἐξ Ὀπόεντος· αἰνήσαις ἓ καὶ υἱόν.* Ita distinguere iubet cum Ald. et Rom. Pauw, vt *αἰνήσαις* non sit pro *αἰνήσας*, sed noua sententia: *laudes eam et ciuem eius, quae.* Equidem vix sequar. 27. *ἴσσον* Aug. *ἶσσον* Bodl. *β. γ.* et ed. Rom. 28. *-σόν τε Κ.* omnes edd. et codd. Bodl. *καὶ* tacite refinxit Schmidius, vt metro caueret, perperam sollicitus: nam antispasti variant millies, monente Pauw.; sed hic elegantius legi arbitratur *Κασταλίαν.* Iam alius veniet, et profitebitur se malle *Κασταλίας*, vt ad *ῥέεθρον* referri possit. Est pro *ἐν Καστ.* h. e. *ἐν Πυθοῖ*, Pythiis. [Boeckh. Comment. p. XI. sq. *Θάλλει δ᾽ ἀρεταῖσιν Ἔν τε Κασταλίᾳ παρὰ Ἀλφεοῦ τε ῥέεθρον. Ex Schedis.*] 32. *ματέρα* Pauw expoliuit, vt simile faceret colon strophico suo v. 16. cf. v. 58.

23. *αἰνήσαις ἓ καὶ υἱόν*, Opuntem, tanquam nympham seu deam, eiusque vrbis ciuem, tanquam deae sobolem. pro *αὐτὴν τὴν πόλιν καὶ τὸν πολίτην.*

24. *ἂν* Opuntem vrbem, bonis legibus et reip. administratione claram.

Καὶ ναὸς ὑποπτέρου, παντᾷ
Ἀγγελίαν πέμψω ταύταν,
Εἰ σύν τινι μοιριδίῳ παλάμᾳ
Ἐξαίρετον Χαρίτων νέμομαι
Κᾶπον· κεῖναι γὰρ ὤπασαν
Τὰ τέρπν᾽. ἀγαθοὶ δὲ
Καὶ σοφοὶ κατὰ δαίμον᾽ ἄνδρες

Σ. β΄. Κ. ιϛ΄.

Ἐγένοντο. ἐπεὶ ἔναν-
τ᾽ ἂν πῶς τριόδοντος Ἡ-
ρακλέης σκύταλον τίναξε χερσίν;

36. *νηὸς* Bodl. *γ.* et mox *ταύτην* et *παλάμη*. Sed haec non tam pro varietate notari, quam pro stupore librarii haberi debebant. *παντᾷ* Steph. resinxit. v. ad Ol. I. f. 39. *ἐξαιρέτων* sphalma est Steph. et quidem ex Morell. 43. *ἀντία πῶς ἂν* et *ἀντίον* in Schol. occurrit. 45. *σκύταλον* ex MSS. Bodl. reposuerunt Oxonienses pro vulgato *σκυτάλην*· quod esse debebat *σκυτάλαν*. et sic iam exhibuisse Aldum video. vtrumque *τὸ ῥόπαλον* designat.

38. *σύν τινι μοιριδίῳ παλάμᾳ*. Nouo tropo poesis per *Musarum vireta*, hortum, seu arbusta, declaratur: ea *colit poeta*, si laeto cum arborum prouentu, *manu fausta* id facere putandus est: haec est *χείρ*, *παλάμη*, *μοιρίδιος*, *diuina*: per quam declaratur ingenium diuinitus datum. Grammatici, dum *δαιμονίᾳ μηχανῇ καὶ τέχνῃ* reddunt, vsum loquendi Pindaricum sequuti sunt, quo aliquid dicitur fieri, contingere, *σὺν θεῷ*, *σὺν θεοῖς*, *σὺν τύχᾳ θεῶν*, et Ol. X, 25. *θεοῦ σὺν παλάμᾳ*. itaque et h. l. *σὺν μοιριδίῳ παλάμᾳ*, *colit Musarum vireta*, *iuuante deo*; pro quo *σὺν παλάμῃ θείᾳ*, *δαιμονίᾳ*, dicere poterat; vel *σὺν μοίρᾳ θεῶν*, Ol. II, 37. dixit igitur *σὺν παλάμῃ μοιριδίᾳ*. Est idem mox *κατὰ δαίμονα*, quod alias *ἐκ θεῶν*, vt Pyth. I, 79. h. e. *θείᾳ μοίρᾳ*. *Fortes et ingeniosi viri nascuntur deorum numine*, *voluntate*. *Nam si hoc ita se non haberet*, *quomodo Hercules tam animosus esse potuisset*, *vt vel cum diis pugnaret* etc.

Ἀνίκ᾽ ἀμφὶ Πύλον σταθεὶς
Ἤρειδε Ποσειδᾶν.
Ἤρειδέν τέ μιν ἀργυρέῳ
Τόξῳ πολεμίζων
Φοῖβος. οὐδ᾽ Ἀΐδας ἀκι-
νήταν ἔχε ῥάβδον,
Βρότεα σώμαθ᾽ ᾇ κατάγει
Κοίλαν πρὸς ἀγυιὰν
Θνασκόντων. Ἀπό μοι λόγον
Τοῦτον, στόμα, ῥῖψον·
Ἐπεὶ τόγε λοιδορῆσαι

47. *ἤρειδε* Schmid. e suis emendauit. Vulgo *ἔρειδε*. Ald. *ἤρηδε*. At versu seq. *ἤρει δὲ τέ μιν*, vbi Romana statim emendatiorem habet lectionem. *Ποσειδῶν* vulgg. *Ποσειδᾶν* Ald. Gott. Beck. recte. 48. *ἀργυρῷ* Schmid. intulit. *ἀργυρέῳ* Ald. Rom. et ceterae edd. cum Pal. C. Bodl. *γ*. Aug. quod eodem redit, si contracte legas. Veteres autem contracte pronuntiarunt, non scripserunt. 50. *Ἀεί-δας* Bodl. C. 51. *-νητον* Bodl. *γ*. 52. *σώματα* Schmidius extulerat, quod metrum ita postulare credebat. *ᾗ* Bodl. *γ*. et v. 54. omnes Bodl. *θνησκόντων*.

47. *Ποσειδῶν ἤρειδέ μιν*, *eum repulit*, *repressit*. Est, vt puto, petitum a lucta, in qua alter alterum *ἐρείδει*, *obnixus protrudere laborat et prosternere*. Diversum est *ἐρείδειν* (scil. *ἑαυτὸν*) *εἴς τινα*, *κατά τινα*.

50—59. *οὐδ᾽ Ἀΐδας ἀκινήταν ἔχε ῥάβδον*, etc. pro: *καὶ Ἅιδης ἐκίνει*, *ἀνέσχεν*, *ἀνέτεινεν*. *et Pluto hastam intentauit in ipsum suam*, *qua ille animas ad Orcum ducere solet*. *ῥάβδος* de hasta, (nam ea vtitur h. l. pugnando,) quae nunc, vt saepe, pro sceptro est, quo *ille* compellere vmbras dicitur, ab aliis *Mercurius*. De Herculis descensu ad Cerberum auferendum malim intelligere, ne iterum ad Pylum redeat poeta, de quo iam actum erat v. 46. Variis modis potuit etiam hoc Herculis facinus a poetis tractari. *βρότεα σώματα* dixit, quae Homerus *εἴδωλα καμόντων*.

Θεοὺς, ἐχθρὰ σοφία· καὶ
Τὸ καυχᾶσθαι παρὰ καιρὸν,

Α. β'. Κ. ιϛ'.

Μανίαισιν ὑποκρέκει.
Μὴ νῦν λαλάγει τὰ τοι-
αῦτ'. Ἔα πόλεμον μάχαν τε πᾶσαν
Χωρὶς Ἀθανάτων. φέροις
Δὲ Πρωτογενείας
Ἄστει γλῶσσαν, ἵν', αἰολο-
βρόντα Διὸς αἴσᾳ,
Πύῤῥα Δευκαλίων τε, Παρ-
νασσοῦ καταβάντε,
Δόμον ἔθεντο πρῶτον· ἄτερ
Δ' εὐνᾶς, ὁμόδαμον
Κτησάσθαν λίθινον γόνον.

67. *νάσους* Bodl. C. inepte. 70. *κτισάσθαν* aut, quod scribendum erat, *κτισσάσθαν*, defendit Schmidius pro *ἐκτισάσθην* a *κτίζειν*. Nec tamen id aliunde, quam, siue vitio, siue correctoris interpolatione, primum in Morell. et hinc in Steph. ortum videtur. Ald. Rom. et hinc aliae *κτησάσθαν*, recte vtique et ad metrum et ad sensum: *sibi compararunt*, monente etiam Pauw. Sic quoque MSS. Bodl. Aug. et Schol. cum Eustath. p. 23. extr.

57—59. bene enodauit Schol. *narrare de diis turpia, accedit ad vesaniam:* similia illis Ol. I, 82. Refugit poeta a narratione numine indigna, pugna inter deos facta. *καυχᾶσθαι* pro *λέγειν*, at cum notione ostentationis, *σεμνύνεσθαι*, *placere sibi nimium in Herculis laude. παρὰ καιρὸν, παρὰ τὸ δέον, plus quam fas est*, sc. detrahendo deorum laudibus. *Κρέκει* proprie lyricen, qui fides pulsat et sonum elicit, hinc *κρέκειν*, *sonare:* vnde et fides *κρέκουσι*. nunc *ὑποκρέκειν*, *ὑπηχεῖν*, *succinere, respondere cantu.* Haec forte Schol. dicere voluit.

Λαοὶ δ' ὀνόμασθεν.
Ἔγειρ' ἐπέων σφὶν οἶμον
Λιγύν. αἴνει δὲ παλαιὸν
Μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων

E. β'. K. ι'.

Νεωτέρων. Λέγοντι μὰν
Χθόνα μὲν κατακλύσαι μέλαιναν
Ὕδατος σθένος· ἀλλὰ Ζηνὸς
Τέχναις ἀνάπωσιν ἐξαίφνας
Ἄντλον ἑλεῖν. κείνων δ' ἔσσαν

72. *ἔγειρ' ἐπέων σφιν οἶμον λιγύν.* Sane *οἴμη*, *οἶμος*, proprie via, qua plectrum per fides oberrat; tum et cantus; et *ἐγείρειν ἀοιδὴν*, *Μοῦσαν*, *λύραν*, obuia sunt. Elegans tamen est coniectura Gedikii *οὖρον*, quod et Pyth. IV, 3. Nem. VI, 49. occurrit. Heinrichs conj. *αἶνον*. *ὅρμον* videtur habuisse in suo libro Schol. vetus: *τὸν τῶν ἐπέων λιμένα καθόρμισον εἰς τὸν ὕμνον τοῦτον.* 73. *λιγύν γ'* metri caussa scribere suadet Pauw, et v. seq. *οἶνόν γ'*. vide ad v. 16. 32. 75. *μὲν* Bodl. α. 78. *ἄμπωτιν* Ald. et hinc in marg. Rom. item Schol. *ἀνάπωτιν* August. *ἀνάπωσιν* Pal. A. B. *ἄμπωσιν* qui legant, teste Schmidio, non inuenio. *ἐξαίφνης* codd. Bodl. 79. *λαβεῖν* Palat. A. B. et Bodleiani, Scholion *τοῦ ἑλεῖν.*

72—74. Pedestre esset: mollire, moue carmen noui argumenti, quod genus carminum delectare solet. Omnino Locrenses mythi non multum a poetis tractati esse videntur. Tum 75-79 narratio est, aquas obruisse solum; mox eas refluxisse iterum Iouis opera, numine. In 78 sq. puta subiectum esse *τὸν ἄντλον*, *τὸ πλῆθος ὕδατος.* has aquas ait *ἑλεῖν ἄμπωτιν*, *refluxisse.*

79. *κείνων δ' ἔσσαν* etc. Videamus primo, quid verba per se, et ordine suo constituta, suggerant. De *Opuntiorum maioribus* agitur. Dicuntur fuisse *Deucalion* et *Pyrrha*, aut ipsi, aut ex iis nati. At iidem sunt *ἀρχᾶθεν κοῦροι φύτλας Ἰαπετιονίδος*, *κορᾶν τε φερτάτων Κρονιδᾶν.* *origine tenus progenies stirpis Iapeti et filiarum primorum Cronidarum.* Hic haeremus. Deucalion et Pyrrha

Χαλκάσπιδες ὑμέτεροι πρόγονοι
Ἀρχᾶθεν Ἰαπετιονίδος
Φύτλας κοῦροι κορᾶν τε φερ-
τάτων Κρονιδᾶν, ἐγ-
χώριοι βασιλῆες αἰεί.

82. Turbatissima haec sunt et verbis et sensu, e vulgata lectione vix intemerata; multoque magis e Scholiis. Grammatici Protogeniam, Deucalionis et Pyrrhae filiam, eandem esse volunt, quae Locro nupta fuerit et a Ioue compressa: sic etiam apud Schol. Apollonii lib. IV. extr. legitur. Ex Pindari mente Locrus, Deucalionis et Pyrrhae filius, Locridem tenebat, quo parentes concesserant v. 68. Ad hunc Iupiter in matrimonium adduxit Opuntis ex Elide filiam, grauidam in Maenali recessu ex deo factam, vnde prognatum puerum Locrus pro suo filio suscepit, et ab auo materno Opuntem appellauit. De Protogenia Pindarus nihil memorat, nisi quod v. 63. *Opuntem Πρωτογενείας ἄστυ* dixit. Ab aliis illa commemorata est, tanquam Aëthlio nupta, e qua Endymion susceptus, qui Elidem tenuit et Epeo regnum reliquit, a quo Epei dicti. v. Pausan. V, 1. At in Pindaro obscura et impedita est oratio, quod maiores Locrensium a Deucalione et Pyrrha orti origine stirpis Iapeticae, iidemque e filiabus (nam *κόραι* non esse possunt *amicae*, sed sunt *filiae:* vt Musae *κόραι Διός*) primorum e Cronidis orti dicuntur. Variis modis versaui et tentaui versus, vt ad fabulas vulgares sententiam accommodarem. v. Not. Emendabam quoque *φερτάτω Κρονιδᾶν*, pro *φερτάτου*, qui *Iu*auum habuere Iapetum et Asiam: hi duxere ortum ab Oceano, et fuere inter Titanes. At enim, quomodo maiores illi simul esse potuerint *κοῦροι κορᾶν φερτάτων Κρονιδᾶν*, *nati e filiabus primorum Cronidarum*, obscurum est. Primores Cronidae sunt Iupiter, Neptunus, Pluto. Ex iis itaque filiae natae esse debuere, quae matres erant factae maiorum Locrensium. Atqui has ignoramus. His tamen quomodo occurri possit, video: poetice pluralis pro singulari poni solet, dictumque adeo est nihil aliud, quam maiores duxisse ab Iapeti stirpe, et ab vna filia Iouis Saturnii. Atqui ignoratur etiam haec. Tum vero noua et grauior difficultas oritur e temporis notatione: *πρὶν* —. Nam maiores illi v. 79, a Deucalione et

Σ. γ'. Κ. ιϛ'.

85 Πρὶν Ὀλύμπιος ἀγεμὼν,
Τὰν παῖδ' ἀπὸ γᾶς Ἐπει-
ῶν Ὀποῦντος ἀναρπάσαις, ἕκαλος

piter est; et κόρας τε. At ignoratur non minus eius *filia*, quam *filiae*, quae hic locum habere possit. Tum vrget illud πρὶν, quod omnes modos emendandi et interpretandi turbat. Si scripseris κοῦροι κόραι τε φερτάτω Κρονιδᾶν. ὁ δ' Ὀλύμπιος — omnia sublata videas: at quam multa mutata! Ita redii ad ea, quae in Notae extrema parte posita sunt. 82. κορῶν Bodl. Cod. et α. In Aldina sic legitur: υ. πρόγονοι ἀρχᾶθεν, Ἰ. φύτλας, κοῦροι κουρᾶν καὶ φερτάτων Κρονιδᾶν. 86. θυγατέρ' ἀπὸ Ald. γῆς MS. Bodl. et α. 87. Ὀπφέντος et ἐναρπάσας Ald. ἕκηλος Bodl. γ.

Pyrrha orti, debuere esse *ante Locrum*: πρὶν v. 85. Reponas: πρὶν absolute positum esse, *antea*, κατὰ τὸ πρὶν, seu, vt Schol., κατὰ τὸ παλαιόν. Sic ipse aliquando tuebar locum. At enim parum proficias. Nam primo nimis abrupta esset oratio: — βασιλῆες αἰεί. Πρὶν Ὀλύμπιος ἀγεμὼν — μίχθη. Manet porro omnis reliqua difficultas *in filiabus* seu *Cronidarum* seu *vnius Iouis*. Ad hoc πρὶν tanquam ad scopulum impacta omnis haeret interpretatio. Nam *inter Deucalionem et Locrum* non alii intercessisse feruntur quam *Opus et eius filia* a Ioue ad Locrum adducta: addas licet ex Schol. Amphictyonem, Deucalionis f., Locri patrem. Itaque in interuallo isto non esse potuere ἐγχώριοι βασιλῆες αἰεί. Multo minus assequi licet, quinam fuerint κοῦροι κορᾶν φερτάτων Κρονιδᾶν, seu φερτάτω Κρονιδᾶν, h. e. Διὸς, *ex filiabus Iouis nati*. nec prodest, si κόρας legeris: nam ne *vna* quidem *Iouis filia* inter Deucalionem et Locrum fuisse memoratur. Opuntis autem filia et serior est, et ex Ioue Locrum, non puellam, peperit. — Potest interpretatio sic institui, vt v. 81 - 84 tanquam *in medio posita* includantur, et πρὶν v. 85 referatur non ad βασιλῆες αἰεί, verum ad κείνων δ' ἔσσαν χαλκάσπιδες ὑμέτεροι πρόγονοι: *orti ab illis fuere maiores vestri, antequam Iupiter Opuntis filiam ad Locrum adduxit:* vt sic maiorum memoratio orne-

Μίχθη Μαιναλίαισιν ἐν
Δειραῖς, καὶ ἔνεικεν
Λοκρῷ, μὴ καθέλοι μιν αἰ-
ὼν, πότμον ἐφάψας,
Ὀρφανὸν γενεᾶς. Ἔχε
Δὲ σπέρμα μέγιστον
Ἄλοχος. εὐφράνθη τε ἰδὼν
Ἥρως θετὸν υἱὸν,
Μάτρωος δ' ἐκάλεσσέ μιν
Ἰσώνυμον ἔμμεν,

88. *Μίχθε* Schmidii commentum est, vt doricum sit pro ἐμίχθη. Scilicet vt μίχθεν pro ἐμίχθησαν. De hoc nemo dubitet; sed idem non fit aut fieri potest in singulari. Pauwius recipere ait Antispastum varietatem; seu, quod idem est, prima versus Glyconii regio Pyrrhichium, Iambum, Trochaeum et Spondeum admittit. cf. Hephaest. p. 33. [91. In textu Heynius correxit ἐφάψαις.] 92. ἴσχεν Bodl. C. 97. Ἰσσώνυμον Rom.

tur: ἀρχᾶθεν κοῦροι Ἰαπετιονίδος φύτλας κορᾶν τε φερτάτω Κρονιδᾶν, *viri ab Iapeto orti et a filiabus Iouis;* vt vniuerse dicat: maiores Epharmosti esse ortos a filiabus Iouis. At enim ignoratur, quinam inter maiores hos siue e filiabus siue ex vna filia Iouis nati fuerint. Nam Opuntis filia Opuntem filium peperit, non filiam. Esset adeo statuendum, ignorari a nobis origines Locrorum, et inter Deucalionem et Locrum interesse potuisse plures generationes, in his ductas a Iouis filiabus seu filia. Nexus tamen verborum et sententiae *filias Iouis cum Iapeti stirpe coniungit:* ἀρχᾶθεν Ἰαπετιονίδος φύτλας κοῦροι κορᾶν τε φερτάτων (vel φερτάτω) Κρονιδᾶν. Iapetus Vrani fuit filius, adeoque Vranidas expectes; Cronidae locum non habent. — Ex his itaque colligo: Pindarum fabulam sequi a vulgari diuersam nobisque minus notam *de puella, ex Iapeti stirpe, a Ioue amata, e qua progenies fuit, quae Locridem tenuit iam ante Deucalionem.* Sic omnia bene procedunt: v. 79 κείνων, *ab istis* (Deucalione et Pyrrha puta) *genus duxere maiores vestri,*

Ὑπέρφατον ἄνδρα μορφᾷ
Τε καὶ ἔργοισι. πόλιν δ' ὤ-
πασεν λεών τε διαιτᾷν.

Α. γ'. Κ. ιϛ'.

Ἀφίκοντο δέ οἱ ξένοι,
Ἔκ τ' Ἄργεος, ἔκ τε Θη-
βᾶν, ἰδ' Ἀρκάδες, οἱ δὲ καὶ Πισᾶται·
Υἷα δ' Ἄκτορος ἐξόχως
Τίμασεν ἐποίκων
Αἰγίνας τε Μενοίτιον.
Τοῦ παῖς, ἅμ' Ἀτρείδαις
Τεύθρανος πεδίον μολὼν,
Ἔστα σὺν Ἀχιλλεῖ

98. *ὑπέρβατον* Schmidius ex Commelin. et Plantin. memorat, vitiose exaratum; sed vitium hoc iam in Stephanianis occurrit, et primum a Morellio venit. 100. *λαόν τε* emendat Pauw. v. ad v. 16. 32. 103. *οἱ δ' Ἀ.* Ald. Emendatum hoc statim in Rom. *ἰδ' Ἀ.* quod neglectum in edd. seqq.; post Cratandrinam reuocauit Schmidius Canterum sequutus Nov. Lect. V, 27. Ferri tamen potest alterum *οἱ δ'*, vtpote in Phalaecio. Tum Bodl. C. *Πισᾶτε.* 108. *Τεύθρανος* Schmid. refinxit, vt respondeat antitheticis, vsu Pindarico. Legitur vbique *Τεύθραντος.*

origine prima illi ex Iapeti stirpe prognati, et a filiabus Iouis, (potest esse dictum indefinite pro vna, si non admittas *κόρας τε*) *indigenae reges huius regionis ante Locrum, patrem Opuntis adoptiuum.* Hunc autem Locrum et Opuntem ad multo seriores, quam vulgo fit, annos detrusit; nam Opuntem facit aequalem Menoetio, Patrocli patri: 104 sq.

107. Spectant haec de Patroclo narrata ad Antehomerica, copiosius exposita haud dubie in Cyprio carmine. Nonnulla inde colligas ex Tzetzae Antehom. 269 sqq. vbi cf. Not.

Μόνος, ὅτ᾽ ἀλκᾶντας Δαναοὺς
Τρέψαις ἁλίαισιν
Πρύμναις Τήλεφος ἔμβαλεν·
Ὥστ᾽ ἔμφρονι δεῖξαι
Μαθεῖν Πατρόκλου βιατὰν
Νόον γ᾽. ἐξ οὗ Θέτιος γό-
νος οὐλίῳ μιν ἐν ἄρει

Ε. γ΄. Κ. ι.

Παραγορεῖτο, μήποτε
Σφετέρας ἄτερθε ταξιοῦσθαι
Δαμασιμβρότου αἰχμᾶς. Εἴην
Εὑρησιεπὴς ἀναγεῖσθαι
Πρόσφορος ἐν Μοισᾶν δίφρῳ·
Τόλμα δὲ καὶ ἀμφιλαφὴς δύναμις
Ἕσποιτο. προξενίᾳ δ᾽ ἀρετᾷ

114. *βιοτὰν* Ald. *βιατὴν* Bodl. γ. Ex *βιάω βιατὴς*, vt ex *βιάζω βιαστὴς*, pro *βίαιος*. 115. *γ᾽* abest Ald. et Pal. trinis, binisque Bodl. male, si Pauwium audias. 116. *νιν* Ald. et Pal. C. *οὐλοίῳ* Pauw propter hypothesin v. 16. 32. 120. *Εὑρησιεπὴς* statim Rom. recte. Ald. *εὑρεσιεπής*. sic et Schol. et MS. Bodl. *εὑρεσιεπεὶς* alter a m. pr. 122. *ἀμφιλαβὴς* Cratand. *δυναμία* Plant.

119 seq. *εἴην εὑρεσιεπὴς ἀναγεῖσθαι* etc. Videtur sententia haec esse: Possem procedere (*ἡγεῖσθαι, ἀνηγεῖσθαι, inuehi,* [*narrare.* N. X, 35. *Ex Schedis.*]) in digressione; *haberem quae dicere possem; esset etiam ingenii audacia et vis.* [*πρόςφορος* pro *φερόμενος, ἐποχούμενος. Ex Schedis.*] At aliud est quod ago: *Veni, adsum,* (*ἦλθον*) *vt commemorem plures victorias, quas Epharmostus cum Lampromacho* (fratre vel cognato) *consequutus est. προξενίᾳ τ᾽ ἀρετᾷ τε, propter hospitis necessitudinem et praeclaram virtutem victoris.* Currus Musarum, quo poeta fertur, lyricum inuentum. cf. Pyth.

Τ' ἦλθον τιμάορος Ἰσθμίαι-
σι Λαμπρομάχου μί-
τραις· ὅτ' ἀμφότεροι κράτησαν

Σ. δ'. Κ. ιϛ'.

Μίαν ἔργον ἀν' ἁμέραν.
Ἄλλαι δὲ δύ' ἐν Κορίν-
θου πύλαις ἐγένοντ' ἔπειτα χάρμαι,
Ταὶ δὲ καὶ Νεμέας Ἐφαρ-
μόστῳ κατὰ κόλπον·
Ἄργει τ' ἔσχεθε κῦδος ἀν-
δρῶν. παῖς δ' ἐν Ἀθάναις.
Οἷον ἐν Μαραθῶνι, συ-
λαθεὶς ἀγενείων,
Μένεν ἀγῶνα πρεσβυτέρων,
Ἀμφ' ἀργυρίδεσσιν;
Φῶτας δ' ὀξυρεπεῖ δόλῳ
Ἀπτῶτι δαμάσσαις,

124. *τιμωρὸς* legere mauult Pauw. Certe in *τιμάορος* est *αο* iunctim vno sono efferendum. Tum *Ἰσθμίαις τε* leg. offert Pauw, vt copula accedat, qua cum superioribus haec coniungantur. 129. Post *χάρμαι* interpunctionem mutauimus; est enim *Ἐφαρμόστῳ* statim ad *ἄλλαι δὲ δύ' ἐγένοντο* assumendum; nam de hoc solo nunc agitur. *ταὶ δὲ καί*, *aliae autem victoriae ei contigerunt Nemeis:* nec addit, duaene an plures. 132. *ἔσχε* tres Bodl. 134. *οἷα* Schmidius metri caussa pro *οἷον δ'*. quod ferri potest in Glyconio. Ex Pindari tamen vsu retinui *οἷον*. 138. *ὀξυερπεῖ* Ald. 139. *δαμάσσας* Schmid. ex Pal. A. B. vulgo *δαμάσας*, infestum metro.

X, 102. Nem. IX, 17. Isthm. II, 3. VIII, 134.

[124. *τιμάορος*. *laudator.* vt 148. *σύνδικος*. *Ex Schedis.*]

[137. *ἀργυρ. φιάλαις*. Erat *ἀγὼν χρηματίτης*. *Ex Schedis.*]

138. *φῶτας δ' ὀξυρεπεῖ δόλῳ ἀπτῶτι δαμάσσαις*. *δόλος ὀξυρε-*

Διήρχετο κύκλον ὅσσᾳ
Βοᾷ, ὡραῖος ἐὼν καὶ
Καλὸς, κάλλιστά τε ῥέξαις;

Α. δ'. Κ. ιϛ'.

Τὰ δὲ Παῤῥασίῳ στρατῷ
Θαυμαστὸς ἐὼν φάνη
Ζηνὸς ἀμφὶ πανάγυριν Λυκαίου·
Καὶ ψυχρᾶν ὁπότ' εὐδια-
νὸν φάρμακον αὔρᾶν
Πελλάνᾳ φέρε. σύνδικος
Δ' αὐτῷ Ἰολάου
Τύμβος εἰναλία τ' Ἐλευ-
σὶς ἀγλαΐαισιν.
Τὸ δὲ φυᾷ, κράτιστον ἅπαν.

143. *Παρασίῳ* Rom. et al. 145. *Λυκίου* Bodl. α. β. male. Distinctionem post *φάνη* sustuli, quae totum locum obscurabat. Est enim: *Τὰ δὲ (κατὰ δὲ τὰ πραχθέντα) ἀμφὶ πανάγυριν Ζηνὸς Λυκαίου (ἐν πανηγύρει,* in Lycaeis Pausan. VIII, 2. et 38.) *θαυμαστὸς ἐὼν φάνη στρατῷ Παῤῥασίῳ, populo Arcadiae.* 150. *εἰναλία γ'* Rom. et Brub. At Ald. *ἐναλία τ'*, vnde correxit statim Ceporinus, vt nunc legitur. 151. *ἀγλαΐαισιν. μέμικται τὸ δὲ* Ald. et mox v. 155. *ὤ. ἀνεέσθαι.* 152. *κάρτιστον* Schmidius refinxerat, sine

πῆς est simpl. *ὀξὺς*, et *δόλος*, *calliditas luctatoris.* Adiungitur alterum epitheton *ἀπτῶτι.* Licet coniectare *ἀπτὼς τε*, *ipse non prostratus*, *μὴ πεσὼν*, vt et Schol. explicat. Sed doctius est, id ipsum in epitheton mutari, vt *ars* sit *ἀπτώς.*

143. Videndum, annon et haec per exclamationem efferri praestet: vt inde a v. 134. *οἷα δὲ* pro *ὡς*, sic nunc *τὰ δὲ* (pro *ἃ δὲ*, h. *ὡς*) — *Λυκαίου; καὶ ψυχρᾶν ὁπότ' — φέρε;*

[147. *φάρμακον αὔρᾶν* Gilb. Wakefield bene illustrat Hipponacteo choliambo *χλαῖναν, φάρμακον ῥίγους* ap. Schol. Lycophr. 855. quae Homero est *ἀλεξάνεμος.* (Silv. Part. I. p. 77.) *Ex Addendis.*]

[149. Cf. Isthm. V, 40. *Ex Schedis.*]

[151. *ἀγλαΐαι. decora. Ex Schedis.*]

152 sq. Victorem dicit a natura ad luctam esse factum, ideoque tot victorias esse consequu-

Πολλοὶ δὲ διδακταῖς
Ἀνθρώπων ἀρεταῖς κλέος
Ὤρουσαν ἑλέσθαι.
Ἄνευ δὲ θεοῦ, σεσιγα-
μένον γ' οὐ σκαιότερον χρῆ-
μ' ἕκαστον. Ἐντὶ γὰρ ἄλλαι

Ε. δ'. Κ. ί.

Ὁδῶν ὁδοὶ περαίτεραι.
Μία δ' οὐχ ἅπαντας ἄμμε θρέψει
Μελέτα. σοφίαι μὰν αἰπει-
ναί. Τοῦτο δὲ προσφέρων ἄεθλον,

caussa metro et hic metuens. Noua ab hoc versu procedit sententia. [Cf. Ol. II, 154. Nem. III, 69. *Ex Schedis.*] 156. ἄνευθε δὲ MS. Bodl. et Ald. 157. γ' omittunt MSS. Bodl. 158. μ' ἕκαστόν γ' emendat Pauw. vide v. 16. 52. 160. οὐκ vitiose Oxon. 161. μὲν MSS. Bodl.

tum. Vsurpant versum rhetores, in his Libanius ὑπὲρ τῶν ὀρχηστῶν (Reisk. To. III. p. 364, 25), qui et laudat similes sententias Euripidis (Orest. 126. 7. add. Bacch. 317) et Sophoclis. Pergit v. 156: *quod non est a natura profectum, melius siletur.* ἄνευ δὲ θεοῦ, σεσιγαμένον γ' οὐ σκαιότερον χρῆμ' ἕκαστον, pro vulgari, οὐ σκαιόν ἐστι, σεσιγῆσθαι χρῆμα ἕκαστον οὐ σὺν θεῷ (γεγονὸς, ante v. 152 τὸ φυᾷ), h. e. *quem non natura finxit ad aliquam rem, tantum abest, vt is gloriam consequatur, vt potius turpiter se det; vt adeo praestet nihil de eo dicere.* — Pergit v. 158. *Nec vero omnes iisdem studiis vacare possunt:* ἐντὶ γὰρ ἄλλαι ὁδῶν ὁδοὶ περαίτεραι, *alia studia* (in aliis rebus, ingenii dotibus accommodatiora) *fructuosiora sunt;* pro hoc dictum est: *alia via vlterius ducit progredientem, quam alia*, h. e. alter hoc studio, alter alio feliciores progressus facit. σοφίαι μὰν αἰπειναί, *at in arte aliqua excellere, difficile est*, αἰπεινόν ἐστι, σοφὸν εἶναι.

162. Nunc superius dicta ad victorem transfert: qui insignia praesidia ad luctam a natura habuit. προσφέρων (σὲ πρὸς τὸ)

Ὄρθιον ὤρυσαι θαρσέων,
Τόνδ' ἀνέρα δαιμονίως γεγάμεν
Εὔχειρα, δεξιόγυιον, ὁρῶν-
τ' ἀλκὰν, Αἰάντεόν τε δαί-
θ' ὃς Οἰλιάδα νι-
κῶν ἐπεστεφάνωσε βωμόν.

163. ὤρουσαι Rom. Crat. Brub. Morell. Aldus tamen iam ediderat ὤρυσαι (ἀναβόησον), quod reuocauit Steph. θαρσῶν Bodl. et α. 166. αἰάντειόντ' ἐν δαί- 167. τι Ald. αἰάντειόν γε δαι- 167. τί. Rom. et seqq. etiam Schmid. αἰάντεόν τε Pal. A. αἰάντιόν γε Pal. B. quod Oxonienses receperunt, vix tamen dignum, in quo quicquam nouarent. Grauius erat mendum, quod vbique legitur in altero versu -τι ὅς τ', quod metri caussa Schmidius mutauit in θ' ὃς O. Pauw offert de suo: θ' ὅς τ' vel Αἰάντειόν τε δαί- θ' ὃς O. Porro Ἰλιάδα Ald. Rom. et rel. errore sollemni. Commelin. Ὀϊλιάδα, quod metrum respuit. Sed Οἰλιάδα, quod Schol. recent. diserte exhibent, recte Schmidius vulgauit: ὃς νικῶν ἐπεστεφάνωσε βωμὸν Αἰάντειον Οἰλιάδα (pro Οἰλιάδου, v. Schol. recent.) δαιτί, h. e. ἐν δαιτί, *inter epulas sollennes coronauit aram.*

ἆθλον τοῦτο h. προσφερόμενος, προσελθών. — δαιμονίως, σὺν δαίμονι, εὐφυῶς. Puta autem poetam aut se alloqui, vt interdum facit, aut choro praecipere. Vltimos versus 166. 7. ita accipe: Victorem Olympia reducem ex more victorum sollenni sacra fecisse heroi indigeti, Aiaci Oilei f., et coronam deo consecrasse. Nisi dicas, simpliciter verba esse interpretanda: *qui victoriam Olympicam adeptus heroem indigetem nouo decore ornauit.* Nam victores honorem et decus afferunt, vt patriae, ita et diis patriis. Verum in hunc sensum oratio esset paullo ambitiosior et ornamentis oneratior.

ΟΛΥΜΠΙΑ

εἶδος ί.

ΑΓΗΣΙΔΑΜΩι ΛΟΚΡΩι ΕΠΙΖΕΦΥΡΙΩι

π ύ κ τ ῃ.

Argumentum.

Ex promisso quod dudum debitum erat, id nunc se persoluere ait poeta et victori et vrbi Locrorum — 19. et ipsi aliptae Ilae, a quo confirmatus erat Agesidamus victor inter pueros, ne succumberet — 27. Transit poeta paullo abruptius ad ludos ab Hercule Olympiae institutos, victis Molionidis, mox et Augea Elidis rege. Memorantur victores in his ludis — 93. Ad horum ludorum exemplum celebratur Iupiter in carminibus in victorum honorem cani solitis; etiam in praesenti carmine, quod victoris et Locrorum laudem celebrat. — ad f.

Σ. ά. Κ. ή.

Τὸν Ὀλυμπιονίκαν ἀνάγνωτέ μοι
Ἀρχεστράτου παῖδα, πόθι φρενὸς

Ἀγησιδάμῳ A. E. addunt Ald. et Bodl. *β. γ. Ἀρχεστράτου παιδί.* Victor pugilatu Ol. 74.

Fuit Agesidamus victor pugilatu *ἐν παισὶν*, vt constat 21 seq.

1 — 8. *Non animo excidit victor Agesidamus; inscriptum animi*

Ἐμᾶς γέγραπται. γλυκὺ γὰρ αὐτῷ
Μέλος ὀφείλων ἐπιλέλαθ'. Ὦ
Μοῖσ', ἀλλὰ σὺ, καὶ θυγάτηρ
Ἀλάθεια Διὸς,
Ὀρθᾷ χερὶ ἐρύκετον ψευδέων
Ἐνιπὰν ἀλιτόξενον.

Α. ά. Κ. ή.

Ἕκαθεν γὰρ ἐπελθὼν ὁ μέλλων χρόνος
Ἀμὸν κατῄσχυνε βαθὺ χρέος.
Ὅμως δὲ λῦσαι δυνατὸς ὀξεῖ-
αν ἐπιμομφὰν ὁ τόκος ἀνδρῶν.
Νῦν, ψᾶφον ἑλισσομέναν
Ὅπα κῦμα κατα-

3. ἐμᾶς. Putabat Mingarellus p. 25. legendum esse ἀμᾶς priore longa propter 36. 53. 61. 78. Atqui 11. 28. manum retinent. — 4. ἐπιλέλαθα Bodl. γ. 7. Mingarell. eleganter conj. ψευδέων — ἀλιτοξένων. 9. ὑπελθὼν Aug. nec hoc male. 10. ἐμὸν καταισχύνει Ald. emendatum in Rom. Wakefield Silv. Crit. P. I. p. 14. emendat βραδὺ χρέος ingeniose. At βαθὺ familiare pro μέγα. vt βαθὺ κλέος Ol. VII, 98. ἐσθλὸν Ol. XII, 17. et al. 12. ὁ abest Ald. et τόκος θνατῶν cum Pal. C. 14. Fuit olim ὅπου et ὅπερ apud Schol. vet. Male interrogando haec efferebantur; est ὅπα, non πᾶ. Subintell. Νῦν σκοπεῖν δεῖ, ὅπα. aut simile quid.

tabulis est eius nomen. Vos, Musa et Veritas, auertite a me opprobrium promissi erga hospitem non seruati: ἐνιπὴν, h. e. ὄνειδος, ψευδέων, τοῦ ψεύδεος, quatenus fallit fidem datam. Tum ἐρύκετον ὀρθᾷ χερὶ, δικαίᾳ.

9. ὁ μέλλων (ab eo inde tempore ἐσόμενος, *procedens*) χρόνος, ἕκαθεν ἐπελθὼν, *quod longo inde spatio effluxit*, κατῄσχυνε χρέος, h. e. ἤλεγξεν ἐμὲ χρέος ὀφείλοντα, *redarguit me debiti non persoluti.*

12. *Nunc videndum est, quid primum carmine victori et vrbi consecrato attingendum sit.* κοινὸν λόγον, *communem vtrique laudem*, hymnum, vt Ol. VII, 38. 39. ξυνὸν λόγον.

κλύσσει ῥέον· ὄπα τε κοινὸν λόγον
Φίλαν τίσομεν ἐς χάριν.

Ε. ά. Κ. θ'.

Νέμει γὰρ Ἀτρέκεια πόλιν Λοκρῶν
Ζεφυρίων· μέλει τέ σφισι Καλλιόπα,
Καὶ χάλκεος Ἄρης. Τράπε δὲ Κυκνεία
Μάχα καὶ ὑπέρβιον Ἡρακλέα· πύκτας
Δ' ἐν Ὀλυμπιάδι νικῶν Ἴλᾳ φερέτω χάριν
Ἀγησίδαμος, ὡς Ἀχιλεῖ Πάτροκλος.

15. *κατακλύσσει* Edd. vett. vsque ad Morell. et Steph. pr. in quibus. *κατακλύζει.* iterum antiquam reuocauit Stephan. altera cum seqq. reliquae variant. *κατακλύσει* Palat. tres et Aug. cum gl. *καλύψει*, quam et recent. Schol. habent; male. Est *alluendo propellet, voluet.* 17. *Νέμει ἀτρέκειαν πόλυς Λοκρῶν* Pal. C. *ἀτρέκειαν* etiam Ald. At vnus ex Schol. *νέμει γὰρ ἁ τραχεῖα πόλις Λ.* (sc. *τὴν χάριν ἀπονέμει*) legit; nam ait: *τραχεῖα δὲ εἰκότως ἂν λέγοιτο, λοφώδης οὖσα καὶ ἐπιθαλασσίδιος. αὐτὸς γάρ φησιν· οἵ τ' ἀργίλοφον πὰρ Ζεφύροιο κολώναν — καίπερ τραχεῖα οὖσα, εὐνομεῖται.* Praestat vero vulgaris lectio. 18. *ἐπὶ ζεφυρίων* Ald. [19. In textu Heynius correxit *Κύκνεια* „vt ᾰ sit".] 21. *Ἴδλᾳ* Ald. et Pal. C. item vnus ex Schol. *Ἴλᾳ* Rom. et seqq. quod et ipsum in Schol. item *Ἵλᾳ*, quod et Crat. in marg. Erat Ilas Agesidami *ἀλείπτης* seu magister. 22. *Ἀχιλεῖ* recte scripsit Schmid. cum Pal. C. metri gratia. Vulgo *Ἀχιλλεῖ.*

19. *Nec Ilae memoratio abesto, qui puerum, iam fere victum, quod et Herculi accidit, vt victor euaderet, hortatu confirmauit, eique adfuit, vt Achilli Patroclus.* De *Herculis* pugna cum Cycno diuersa narrat Hesiodus. At noster sequutus esse videtur Stesichorum, vt ex Schol. colligo. Fuit inter Stesichori carmina *Cycnus. Patroclus* autem adfuit Achilli in pugna cum Telepho: sup. IX, 107. confirmatus, vt ex h. l. patet, ab eo, ne cum ceteris Achiuis fugeret. Debuit et hoc in Antehomericis expositum esse.

Θήξαις δέ κε φύντ' ἀρετᾷ ποτὶ
Πελώριον ὥρμασε κλέος ἀ-
νὴρ θεοῦ σὺν παλάμᾳ.

Σ. β'. Κ. ή.

Ἄπονον δ' ἔλαβον χάρμα παῦροί τινες.
Ἔργον πρὸ πάντων βιότῳ φάος.

23. Erat antea φῶτ' vel φώτ', a φώς, pro ἀνήρ. φύντ' ἀ. h. αὐτὸν φύντα, πρὸς ἀρετὴν, vetus Scholiastes legerat, *cum ipse indole egregia vteretur, ad virtutem esset natus*, haud dubie elegantius. Cratander idem in margine habet, ex Scholiis. 27. Legebatur ἔργων, sic sensus saltem erat: *Victoriam sine labore pauci consequuti sunt, quae quidem satis illustris sit:* φάος βιότῳ, (vel βιότω, vt vett. edd. quas Morell. et Steph. primae deseruere) ἔργων πρὸ πάντων, *lux, decus vitae prae omnibus facinoribus.* Impediti aliquid his inesse facile sentis. Bodl. C. ἔργῳ, *facto praeclaro prae omnibus lux ornamentum vitae:* quod placet Oxoniensibus, displicet Pauwio. Equidem sic acciperem, vt ἔργῳ esset pro ἐν ἔργῳ, διὰ ἔργου. per *victoriam* vitae splendor summus accedit. Aldus ediderat: ἔργον π. π. Hoc recepi: donec melius quid allatum fuerit. Ita ἔργον opponitur alteri, χάρμα ἄπονον, et est, *certamen cum labore et aerumna susceptum:* id vero certamen *vitae decus, seu gloriosum est prae omnibus certaminibus.* Aut si quis vniuerse sententiam efferre malit: *Successus sine labore paucis contigit: at labore partus prae omnibus decus est vitae*, h. is demum praeclarus et illustris est. Sane

23. φύντ' ἀρετᾷ, πρὸς ἀρετὴν, ex sollenni Pindari sententia, φυᾷ, natura aliquem, etiam ad certamina, factum esse debere: v. c. P. VIII, 62. et sup. Ol. IX, 52. Tum h. l. de *puero* victore agitur; alienum adeo φώς, ἀνήρ. Haesi in τῷ κε, quod alienum est a sententia, si ad solum Agesidamum refertur. Potest substitui γε. Verum poeta putandus est, quod non videram, per sententiam communem extulisse; ὥρμασέ κε dictum pro ὁρμῆσαι ἄν, ὁρμᾶν δύναιτο ἄν.

27. Nondum vidi melius, quam quod posui in Var. Lect. Obtigerant victori aduersarii validi, nec multum abfuerat, quin victoria excideret. *Paucis* (quos

Ἀγῶνα δ' ἐξαίρετον ἀεῖσαι
Θέμιτες ὦρσαν Διός, ὃν ἀρχαί-
ῳ σάματι πὰρ Πέλοπος
Βίη Ἡρακλέος
Ἐκτίσσατο, ἐπεὶ Ποσειδάνιον
Πέφνε Κτέατον ἀμύμονα,

πρὸ πάντων ieiunum esse videtur, siue sit neutrius, siue a πάντες. Suspicabar, ἔργον πρόφαντον olim scriptum fuisse: altera tamen ex parte ἔργον, *victoria* cum labore, *illustre vitae decus* est. Vetus quoque Schol. ita legit et accipit: ἡ δὲ νίκη τῷ βίῳ αὐτῶν ἐστι φάος. Potest quoque vterque versus in vnam sententiam contrahi, quod Beckium sequi video: ἄπονον δ' ἔλαβον χάρμα παῦροί τινες ἔργων πρὸ πάντων βιότῳ φάος. Quae tamen non minus dura sunt. 28. ἐξάριθμον vnus ex vett. Schol. legisse videri potest: ὅν τινα ἀγῶνα- ἐξ βωμῶν ἀριθμὸν ἔχοντα sc. XII deorum. Sed perperam et inuito metro. Quod vero Schmidius addit, etiam Aldum et Pal. C. ita legere, non inspexit Aldinam, in qua hic recte legitur: ἀγῶνα δ' ἐξαίρετον ἀ. sed mox post πὰρ Πέλοπος pergit Aldus: βωμὸν ἐξάριθμον Ἡρακλέης, haud dubie ex Scholio interpolato textu. 29. Θέμιτες codd. Aug. Gott. omnes vett. edd. et ipsa Schmidiana, Dorice pro θέμιστες: quod cur Oxonienses in Θέμιδες, quod vulgare est, mutarint, non assequor. Θέμιτος prima Steph. vitiose, et hinc aliae. Est autem pro θέμις et hoc pro θεσμός, festi lex. 31. Ἡρακλέως Bodl. C. 32. ἐκτίσσατο Schmidius correxit ex Ald. et Pal. B. vulgo ἐκτίσατο. Ποσειδώνιον male pars Bodl. vt mox, Κλεωνῶν. et sic toties commune pro exquisitiore Dorico libri illi infimae notae refinxerunt, vt monere pigeat. Itaque in posterum talia non attingam, nisi vbi alia caussa accesserit. Displicet hiatus. An fuit — σσατ' ἐπειὴ Π.

aequus amauit Iupiter) *obtingit hoc, vt victoriam ἀκονιτὶ consequantur.* Altera vero ex parte *victoria ea demum vitae decus affert, quae cum labore coniuncta fuit.* ἔργον est *certamen*, h. l. σὺν πόνῳ vi oppositi. πρὸ πάντων, *ante omnes alios.* Est adeo id. q. Ol. XI, 4. εἰ δὲ σὺν πόνῳ τις εὖ πράσσει.

33. Cteatum et Eurytum, Moliones filios e Neptuno: v. Apollodor. II, 7, 3. p. 150. et ibi Not. p. 450 sq. Paus. V, 2.

Α. β'. Κ. η'.

Πέφνε δ' Εὔρυτον, ὡς Αὐγέαν λάτριον
Ἀέκονθ' ἑκὼν μισθὸν ὑπέρβιον
Πράσσοιτο. λόχμαισι δὲ δοκεύσαις
Ὑπὸ Κλεωνᾶν δάμασε κᾀκεί-
νους Ἡρακλέης ἐφ' ὁδῷ·
Ὅτι πρόσθε ποτὲ
Τιρύνθιον ἔπερσαν αὐτῷ στρατὸν,
Μυχοῖς ἅμενον Ἄλιδος,

Ε. β'. Κ. θ'.

Μολίονες ὑπερφίαλοι. Καὶ μὰν
Ξεινιπάτας Ἐπειῶν βασιλεὺς, ὄπιθεν

35. ἀέκοντ' Ald. recte. Hoc enim antiquum est: binis syllabis pronuntiandum. [In textu Heynius correxit Ἄκονθ'.] 41. μυχοῖσιν vitiose Morell. et Steph. Porro ἅμενον reuocaui ex Ald. et Pal. B. cum tribus Bodl. Gott. Aug. et ἥμενον Pal. C. *sedentem*, *commorantem*. Romana: ἁμμένον, tanquam ab ἅπτω, *nexum*, *haerentem*, ἐφημμένον, *qui penetrauerat in interiora Elidis*. Ita vero ἀμμένον erat scribendum. [Probat Hermann. de Dial. Pind. p. XII. *Ex Schedis*.] Possis suspicari, vitium inesse et fuisse ἅμενοι — Μολίονες. nam *hi in insidiis latuerant*. At vero non satis conuenit quod adiectum est μυχοῖς Ἄλιδος. Dicimus itaque, Herculis copias *insedisse tum loca Elidis*; nec in poeta vrgenda est vox μυχοῖς; est nihil amplius quam, *copias Elidem esse ingressas*. 42. Noluit ergo Pindarus, metro forte vetante, cum Homero Il. *Λ*, 749 *Μολίονε* scribere? vt nec Ibycus apud Athenaeum II. p. 58. A. 43. ὄπισθεν — et mox εἶδεν Ald. emendatum in Rom. Hactenus sufficiat etiam talia ex Aldina notasse, vnde declarari possit illud, quod in praefatione posui: Pindari, quem nunc habemus, fundum esse editionem Romanam, quae vitia Aldinae, prosodica inprimis, ad metricam legem correxit. Nunc quidem, vbi semel ea de re constiterit, emendatiore textu recte vti praestat, quam eiusmodi librariorum allucinationes iterum enotare.

35. Molestum est ὑπέρβιον, ὑπέρβιος esset *ingens*. Melius vt ad Αὐγέαν retrahatur. μισθὸς ipse Hercules esset ὑπέρβιος.

Οὗ πολλὸν, ἴδε πατρίδα πολυκτέανον
Ὑπὸ στερεῷ πυρὶ πλαγαῖς τε σιδάρου
Βαθὺν εἰς ὀχετὸν ἄτας ἵζοισαν ἑὰν πόλιν.
Νεῖκος δὲ κρεσσόνων ἀποθέσθ' ἄπορον.
Κᾀκεῖνος ἀβουλίᾳ, ὕστατος
Ἁλώσιος ἀντήσας, θάνατον
Αἰπὺν οὐκ ἐξέφυγεν.

Σ. γ'. Κ. η'.

Ὁ δ' ἄρ' ἐν Πίσᾳ ἔλσαις ὅλον τε στρατὸν
Λείαν τε πᾶσαν Διὸς ἄλκιμος
Υἱὸς σταθμᾶτο ζάθεον ἄλσος
Πατρὶ μεγίστῳ· περὶ δὲ πάξαις
Ἄλτιν μὲν ὅγ' ἐν καθαρῷ

45. *ὑπὸ στερεῷ πυρί.* Videri potest epitheton ad *σίδηρον* spectare; sic legendum esset per hyperbaton dictum *στερεῷ — σιδάρῳ.* Verum *πῦρ στερεὸν* est *indomitus ignis.* Conuenit *πυρὸς μένος.* 48. *ἀβουλίαις* Ald. et Pal. C. cum Schol. Vet. sed contra metrum. 51. *ἕλσας* scribunt vett. edd. *ἕλσας* dicunt esse pro *ἐλάσας.* Enimvero dicendum sic: *ἕλω* et *ἕλω* fuisse antiquas formas, vnde et *εἶλον* superest. Inde inualuit *εἰλέω.* 55. *Ἄλιν* Pal. B. et sic scriptum olim fuit in multis, vt ex Scholiis apparet, vt etiam Aristode-

[46. *ὀχετὸς* pro *ῥεῦμα, βένθος. Ex Schedis.*]

47. *Contentionem cum fortioribus semel susceptam difficile est finire;* cum ii semel prouocati non nisi vindictae cupiditate expleta discedant. Eadem sententia Nem. X, 135 *χαλεπὰ δ' ἔρις ἀνθρώποις ὁμιλεῖν κρεσσόνων.*

48. Nescio an praestet *ὕστατος ἁλώσιος* disiungere et *ἀντήσας* per se positum accipere, *ἀντήσας (τοῦ Ἡρακλέος) θάνατον αἰπὺν, grauem, οὐκ ἐξέφυγεν.*

Ad 51. cf. Ol. II, 5 sq. III, 20 sq.

54. *περιπήξας διεκρίνατο, τέμενος ἐποιήσατο.* Nam lucum serius plantauit Hercules ab Hyperboreis redux sup. III, 24. vnde *ἐν καθαρῷ, loco tum aprico, nudo et vacuo.*

Διέκρινε. τὸ δὲ
Κύκλῳ πέδον ἔθηκε δόρπου λύσιν,
Τιμάσας πόρον Ἀλφεοῦ

Α. γ΄. Κ. ή.

Μετὰ δώδεκ᾽ ἀνάκτων θεῶν. καὶ πάγον
Κρόνου προσεφθέγξατο· πρόσθε γὰρ
Νώνυμνος, ἇς Οἰνόμαος ἆρχε,
Βρέχετο πολλᾷ νιφάδι. Ταύτᾳ
Δ᾽ ἐν πρωτογόνῳ τελετᾷ

mus illud emendare necesse habuerit Ἄλτιν. Mirum est, ita turbari potuisse in hac voce. Veram scripturam agnoscit Pausan. V, 10. vbi h. l. respicit. Ἄλτις nomen luci proprium, pro ἄλσος, quod etiam ἄλσις esse debuit; huius luci ambitum Hercules dimensus est et septo inclusum secreuit in loco patenti, hoc enim est ἐν καθαρῷ. nolim ad loci sacri religionem referre cum Schol. et Pauwio. 57. *K.* δάπεδον Ald. 61. νώνυμνος Schol. recent. cum Pal. A. et MS. Bodl. qui exponit ἄνευ ὕμνου, et Aug. Alius in iisdem Scholiis νώνυμνον legit, vnde Aldinum forte fluxit νώνυμον, vt iungatur, βρέχετο νώνυμνον, pro νωνύμνως. Media ea in voce saltem est producenda syllaba. 62. πολλὰ Ald.

57. τὸ δὲ κύκλῳ πέδον. Inf. 92. τέμενος. *Intra Altin fecit esse, constituit, loca epulis sacris:* δόρπου λύσιν, h. e. aut δόρπον λύοντα τοὺς πανηγυρίζοντας, *soluentem curis animos,* aut κατάλυσιν εἰς δόρπον, ἐν δόρπῳ, hospitium epularum habendarum. Epulae autem ipsa sacra comitantur. conf. inf. 92. 93. Sacrum fit Alpheo fl. cum XII diis.

61. ἇς per ἕως declaratum est a Schol. vet. et ab Hesychio: v. Koen. ad Gregor. p. 81. add. Brunck. ad Aristophan. 173. Supplendum est ἐφ᾽ ἧς ἡμέρας. Ex ἀὲς ducebat Schneider Fragm. Pind. p. 100, CXLII. Dictum autem, *quamdiu Oenomaus regebat,* omnino puta, pro, *antiquo tempore.*

62. Ταύτᾳ δ᾽ ἐν — Lyrica vis in seqq. inest admirabilis; consecrandae Alti adstitere Μοῖραι et Χρόνος: quandoquidem *fatale* erat institutum et *per longum tempus* duraturum. Omnino

Παρέσταν μὲν ἄρα
Μοῖραι σχεδὸν, ὅ τ' ἐξελέγχων μόνος
Ἀλάθειαν ἐτήτυμον

E. γ'. K. θ'.

Χρόνος. τὸ δὲ σαφανὲς ἰὼν πόρσω
Κατέφρασεν, ὅπα τὰν πολέμοιο δόσιν
Ἀκρόθινα διελὼν ἔθυε, καὶ πεντα-

67. *τὸ δὲ ἀφανὲς* ex Schol. vnus legit. Aldus; *τὸ δ' ἐς ἀφανὲς ἰὼν πρόσω·* quae singula metri lex redarguit. Paullo durior omnino est huius loci oratio: melius tamen ad *Χρόνον*, quam ad Herculem referas. 68. *κατέφρασέν γ', ὅπα* vel *κατέφρασεν, κ' ὅπα* pro *καὶ ὅπη*, emendat Pauwius, vt metrum fulciat. Idem pluribus locis tentatum; nescio an satis ex rei necessitate. Nam vltima tonum habens, in primis sequente adspiratione, produci potuit, etsi natura breuis esset. Vt interrogationi locus esset, ex alterius Scholiastae sententia, deberent esse *πῆ* et *πῶς*. Possis suspicari fuisse, *κατάφρασον*, vt Tempus alloquatur, aut se, aut Musam. [Distingue post *κατέφρασεν*. Nunc noua sententia. *Ex Schedis.*] *πολέμου δὲ* maior pars Bodl. et sic Rom. ed. cum seqq. *πολέμοιο* ex Ald. tacite reuocauit Schmid. De interpunctione in seqq. v. Notam.

Μοίραις Pindarus ingeniose vtitur. Supra nascenti Iamo vati adstiterant Ilithyia et Moerae Ol. VI, 71. 72. cf. Nem. VII, 1. Idem *Τύχην* inter Moeras retulerat in deperdito carmine. v. Paus. VII, 26. p. 591. Fuit enim Hymnus eius in Fortunam, quantum intelligo ex eod. IV, 30 extr. *Χρόνος ὁ ἐξελέγχων ἅπαντα*, quod sup. Ol. I, 53. *Ἁμέραι δ' ἐπίλοιποι μάρτυρες σοφώτατοι.*

67. *τὸ δὲ σαφανὲς ἰὼν πόρσω κατέφρασεν* sc. *ὁ Χρόνος*, *ὅπα*. *tempus procedens obscurari non passum est*, sed seruauit memoriam posteritas, *quo loco, praeda diuisa, e manubiis Hercules litauerit et quomodo ludos instituerit.* [*probauit nunc serius tempus euentu, vere fata sic statuisse. Ex Schedis.*] *τὰ ἀκροθίνια* sunt h. l. *δόσις ἀκρόθις*, nisi pro *τὰ ἀκρόθινα* dictum esse contendas. Par haesitatio in Ol. II, 7. *Ὀλυμπιάδα — ἀκρόθινα*, quod et per appositionem *τὰ ἀκρόθινα*, pro *ἀκροθίνια*, et *τὴν ἀκρόθινα*, accipi potest.

ετηρίδ' ὅπως ἄρα ἔστασεν ἑορτὰν,
Ἐν Ὀλυμπιάδι πρώτᾳ νικαφορίαισί τε.
Τίς δὴ ποταίνιόν γε λάχε στέφανον
Χείρεσσι ποσίν τε καὶ ἅρμασιν,
Ἀγώνιον ἐν δόξᾳ θέμενος
Εὖχος, ἔργῳ καθελών;

Σ. δ'. Κ. ή.

Στάδιον μὲν ἀρίστευσεν εὐθύτονον,
Ποσσὶ τρέχων, παῖς ὁ Λικυμνίου
Οἰωνός· ἷκεν δὲ Μιδέαθεν
Στρατον ἐλαύνων. ὁ δὲ πάλᾳ κυ-
δαίνων Ἔχεμος Τέγεαν.
Δόρυκλος δὲ τέλος

70. ἄρ' ἔστασεν Ald. Malim hiatum tolli: ἄρα γ' ἔστασεν. 71. σὺν Ὀ. Pal. C. πρῶτα Morell. exarauit, et hinc Steph. 72. ποταίνιον ἔλαχε Ald. [In textu Heynius çorrexit ποταίνιον ἔλαχε. et 71. extr. posuit signum interrogandi.] et mox ποσί τε καὶ ἅρματι, hoc cum Pal. C. et ἐνδόξαν. 76. εὐθύτονον Ald. Rom. cum edd. ante Schmidium, qui εὐθύδρομον reposuit, quantum quidem video, ex ingenio: scilicet perperam de metro sollicitus; neque vero, si ex libro habuit, aliud quid illud est, quam interpretamentum τοῦ εὐθύτονον, τὸ μὴ ἔχον καμπὴν στάδιον, vt bene Schol. in quo ἐπ' εὐθείας, κατ' εὐθεῖαν, redditur.

Deficiunt nos exempla vsus vtriusque formae. Potest κατέφρασεν accipi pro καταφράζει, τοῦτο σαφῶς, ὅπα, seruat memoriam posterum tempus, docet adhuc; seruata rei memoria.

72. *Age quis* — ἀγώνιον θέμενος εὖχος, consequutus victoriam certaminis, ἐν δόξᾳ, ἐνδόξως, *gloriose*, σὺν δόξᾳ, ἔργῳ καθελών, *certamine, pugilatu, aduersarium prosternens*, h. e. superans. Meliorem interpretationem petii a meliore interpunctione. Nam vulgatum erat: — ἅρμασιν ἀγώνιον, ἐν δόξᾳ θέμενος, εὖχος ἔργῳ καθελών.

Πυγμᾶς φέρε, Τίρυνθα ναίων πόλιν.
Ἀν' ἵπποισι δὲ τέτρασιν

Α. δ. Κ. ή.

Ἀπὸ Μαντινέας Σᾶμος ἠείδετο·
Κᾄκοντι Φράστωρ ἔλασε σκοπόν.
Μᾶκος δ' Ἐνικεὺς ἔδικε πέτρῳ,

82. primam in *Τίρυνθα* corripi notabile est. 83. *ἐν ῑ.* Morell. et Steph. et hinc reliquae edd. 84. *ἀπὸ Μ.* pro *ὁ ἀπὸ Μαντινέας. σᾶμ' Ἁλιῤῥοθίου* lectio erat Ald. Rom. et reliquarum edd. aduersus metro. Neque aliter Scholia: in quibus tantum dubitatur, sitne pro *σῆμα Ἁλιῤῥοθίου* h. *σημεῖον καὶ δόξα Ἁ.* an *Σᾶμ' Ἁ.* aut, vt alii, *Σᾶμος Ἁ.* vt Semus sit Mantineus, victor. Semum autem Mantineensem curru vicisse, versu ex Theseide, quae Diphilo hic adscribitur, declaratur: *Τρέψας δὲ πώλους, ὡς ὁ Μαντινεὺς Σῆμος, Ὃς πρῶτος ἅρματ' ἤλασεν παρ' Ἀλφειῷ.* ita legendus ille locus in Schol. Sed hunc Semum Halirrhothii filium fuisse aliunde non constabat; nec Halirrhothius, Neptuni f., Herculis tempore vixerat. Scilicet in versu Hesiodi, quo de Halirrhothio, Perieris et Alcyones filio, egerat: *Ἤτοι ὁ μὲν Σῆρον καὶ Ἀλάζυγον, υἱέας ἐσθλούς,* alii *Σῆμον* legerant. Didymus autem *ἁλιῤῥόθιον* Neptunum dictum prodiderat a mouendis fluctibus; Mantineam vero Neptuno sacram adeoque *Neptuniam* esse, Bacchylidae auctoritate ostenderat: *Ποσειδώνιον ὡς μάντιν εἰς* (leg. *Ποσειδάνιον, ὡς Μαντινεῖς,*) *τριόδοντα χαλκοδαιδάλοισιν ἐν ἀσπίσι φορεῦντες*, h. *tridentem in clypeis habentes, Mantineensium more.* Mirum est, Grammaticos non vidisse, omnia haec aduersari metro; saltem *ἁλιῤῥόθου* scribendum erat. Schmidius ex Pal. A. et B. adde Aug. reposuerat: *Σᾶμος ἠείδετο:* pro quo Oxonienses dederunt *Σ. ἀείδετο*, nescio an ex Bodl. MS. sed alterum magis erat metro consentaneum. Pauw noua voce audacissime coniicit, fuisse a Pindaro proditum: *Σᾶμος ἁλιῤῥοθεῖ, curru incedens strepitum ciet.* Sed omnes illas turbas videtur dedisse glossa ad *Σᾶμος* adscripta, qua eum Halirrhothii filium fuisse notatum fuerat. 85. *Κᾄκοντι* Schmidius ex Pal. A. B. *Ἄκοντι Φράστωρ δ' ἔλασε* Rom. et rel. Ald. *ἄκοντι δὲ Φ. ἔ.* 86. Ordinem verborum vulgarem mutauerat in *Πέτρῳ δ' Ἐνικεὺς ἔδικε μᾶκος* Schmidius, nec apparet, qua de caussa. *μᾶκος* (*ἐς μῆκος*) *ἔδικε* (*σὺν*) *πέτρῳ* pro *ἔδικε πέτρον.* Sic *ἢ οἴῳ* (*δίσκῳ*) *Φαίηκες ἐδίσκεον* Ol. *θ*, 188. *Ἐνιπεὺς* coniicit Pauw, quod notius no-

Χέρα κυκλώσαις, ὑπὲρ ἅπαντας,
Καὶ συμμαχίᾳ θόρυβον
Παραίθυξε μέγαν.
Ἐν δ' ἕσπερον ἔφλεξεν εὐώπιδος
Σελάνας ἐρατὸν φάος.

Ε. δ'. Κ. θ'.

Ἀείδετο δὲ πᾶν τέμενος τερπναῖ-
σι θαλίαις τὸν ἐγκώμιον ἀμφὶ τρόπον.
Ἀρχαῖς δὲ προτέραις ἑπόμενοι καὶ νῦν,
Ἐπωνυμίαν χάριν νίκας ἀγερώχου,

men sit et mensura certius. 87. *Χέρα κυκλώσαις.* Ap. Homer. Ol. θ, 189 *τόν ῥα περιστρέψας* (sc. *χειρί*). putes et hic esse *Χερὶ κ.* Verum exquisitius est *χέρα κυκλώσαις.* *ἁπάντων* Ald. et Pal. C. 89. *παρέθηξε*, a *παραθήγειν*, primum editum a Morell. hinc a Steph. et sic vet. Schol. Sed *παραίθυξε*, quod multo praestantius est, ab *αἰθύσσειν*, *fulgere et cum fulgore mouere*, recte Schmidius reuocauit: *παρεκίνησε.* Supra vocem vidimus neutraliter positam VII, 175. et P. I, 169. et eo alludunt Ald. *παραίθυζε*, Rom. *παραίθηξε*, quod sequitur Brubach. et Pal. A. *παράθυξε.* At Cratander emendatam exhibet lectionem, quae et in Schol. recent. occurrit. [Comparat Huschke Anal. crit. p. 33. Horat. I, 4, 5. minus commode. *Ex Schedis.*] 94. *ἀρχαῖσι* sphalma primum in Morell. inde in Steph. illatum. [In textu Heynius correxit *καὶ νῦν.*] 95. Primum in interpretatione difficultas inest; de qua vid. Notam. Tum aduersus metrum pugnat versus in voc. *χάριν* sequente *νίκης.* Pauw emendat *Χάρι*, vt Gratiam alloquatur: *Ἐπωνυμίαν, Χάρι,*

90. 91. Nam plenilunio habiti ludi Olympici. conf. sup. III, 35.

94-98. Haec equidem sic expediebam: Iouis laudes in hymno in victorem Olympicum primum locum occupant: igitur *ἀρχαῖς προτέραις* (*προτέρᾳ ἀρχᾷ*) *ἑπόμενοι, ei, quod in primis sollennibus factum,* [*instituto in ipsis initiis. Ex Schedis.*] *obsequendo, etiamnum in victoria Olympica celebranda Iouem memorabimus* [*canam hymnum Olympicum, τὸν ἐπινίκιον ὕμνον τὸν Ὀλυμπιακόν. Ex Schedis.*]:

Κελαδησόμεθα βροντὰν καὶ πυρπάλαμον
βέλος,
Ὀρσικτύπου Διός γ' ἐν ἅπαντι κράτει
Αἴθωνα κεραυνὸν ἀραρότα.
Χλιδῶσα δὲ μολπὰ πρὸς κάλαμον
Ἀντιάξει μελέων,

νίκας ἀγερώχου Κελαδησόμεθα, id est νίκην ἐπώνυμον. Non satis placet, et a Codd. auxilium expectandum censeo: videtur enim vox excidisse, et in eius sedem glossa venisse, quae ad νίκας adscripta erat. Suspicabar εὔχους illud fuisse. Nam τὸ εὖχος pro νίκη a nostro frequentatur. Beckius pro χάριν in ipso contexto ἄγε edidit. [In Sch. fere accipitur pro εἰς χάριν. *Ex Schedis.*] 96. Turbant plures casus quarti sine copula positi. Exputare licet plures modos iungendi et refingendi. Verum nullus adhuc obtigit, qui satisfaceret. Modum, quem equidem sequar, vide in Nota. [In textu Heynius comma, quod nunc post βέλος positum est, transposuit post Διός, deleuitque proxime sequens γ'.] Pauw βροντᾶν καὶ π. βέλος emendat: eoque ducit Ald. βροτᾶν. [97. ἐν ἅπαντι κράτει. h. e. σὺν μεγίστῳ κράτει, cum summa potentia, κρατερῶς. *Ex Schedis.*] 98. ἀρηρότα Romana, Aldinam male deserens, et hinc reliquae vulgg. [99. χλιδῶσα pro γλυκεῖα. *Ex Schedis.*]

pro Ioue dixit, κελαδησόμεθα βροντὰν καὶ πυρπάλαμον βέλος, ὀρσικτύπου Διός γ' (praestat τ') ἐν ἅπαντι κράτει αἴθωνα κεραυνὸν ἀραρότα (sc. τῇ χειρὶ αὐτοῦ) [l. simpl. αὐτῷ παρόντα, ὃν ἔχει. *Ex Schedis.*] *fulmen ardens, quod manu ille tenet, iacit summa cum vi,* ἐν pro σὺν, *ipse summus rex,* κράτος ἔχων ἅπαν, μέγιστον. Iam adiunge ad haec ea, quae praemisit, per appositum: *canemus haec, hymnum,* h. e. argumentum hymni, *in victorem Olympicum:* ἐπωνυμίαν χάριν νίκας ἀγερώχου, vel κατὰ, εἰς, χάριν, vel, quod praeferam, per appositionem: βροντὰν — χάριν. Proprie νίκη erat ἐπωνυμία, victoria *Olympica* dicta, sed doctius transtulit ad χάριν, *decus, hymnum.* ἐπωνύμιος aeque dici atque ἐπώνυμος, dubitare non debebam, v. Pyth. I, 58. Vt cum vno e Schol. pro *clarum, celebre,* accipiamus, non satis caussae esse videtur; secus quam Musgrauio Tom. III. Eurip. in Suppl. p. 338. ad Or. 1013. videbatur. Mox 99. 100. μολπὰ μελέων iungenda: *quae carmina serius quidem in lucem prodeunt:* debebat sequi: ἀλλὰ ποθεινά γε, ὡς.

[100. ἀντιάξει· ἀπαντήσει, scil. τῇ ἀκοῇ. *Ex Schedis.*]

Σ. έ. Κ. ή.

Τὰ παρ' εὐκλέϊ Δίρκᾳ χρόνῳ μὲν φάνεν.
Ἀλλ' ὥςτε παῖς ἐξ ἀλόχου πατρὶ
Ποθεινὸς ἥκοντι νεότατι
Τὸ πάλιν ἤδη, μάλα δέ τοι θερ-
μαίνει φιλότατι νόον·
Ἐπεὶ πλοῦτος ὁ λα-
χὼν ποιμένα ἐπακτὸν ἀλλότριον,
Θνάσκοντι στυγερώτατος·

Α. έ. Κ. ή.

Καὶ ὅταν, καλὰ ἔρξαις, ἀοιδᾶς ἄτερ,
Ἀγησίδαμ', εἰς Ἀΐδα σταθμὸν
Ἀνὴρ ἵκηται, κενεὰ πνεύσαις
Ἔπορε μόχθῳ βραχύ τι τερπνόν.
Τὶν δ' ἁδυεπής τε λύρα
Γλυκύς τ' αὐλὸς ἀνα-
πάσσει χάριν. ἔχοντι δ' εὐρὺ κλέος
Κόραι Πιερίδες Διός.

101. *εὐκλέει* Ald. [*χρόνῳ μὲν* — iunge: *ἀλλὰ ποθ.*, *ὥςτε ποθ. ἐστι παῖς. Ex Schedis.* In textu post *φάνεν* comma positum.] 103. Pauw emendat: *παῖς ἐξ — ἥκων, τι νεότατι τὸ πάλιν ἤδη.* Satis scabre. Sed vulgata sic accipienda: *πατρὶ — ἥκοντι ἤδη τὸ πάλιν νεότατι*, pro vulgari: *ἥκοντι εἰς τοὔμπαλιν τῇ νεότητι*, h. *in id aetatis, quod iuuentuti ex aduerso est*, h. ad prouectam aetatem: sic Ol. XII, 15. *ἔμπαλιν τῆς τέρψεως* h. *ἀηδῶς.* 105. *φ. νέον* Pal. C. scholio apposito *υἱόν*. perperam. 108. *θνάσκοντι.* primo pede spondeo, vt in Glyconio. vide v. 58. Explananda autem erat sententia ex graecismo, vt dictum sit pro: *στυγερώτατόν ἐστι θνάσκοντι, τὸν πλοῦτον λαχεῖν ποιμένα ἀλλότριον ἐπακτόν. alienum herum.* 114. 115. *ἀνα-πλάσσει* Ald. et Pal. C. *affingit.* Sed alterum vsu elegantium hominum tritum, vt *ἐπιπάσσειν*, *gratiam affundere.* 115. *τρέφοντι* pro *ἔχοντι* Ald. sed inuito metro. *ἔχειν* h. l. est *παρέχειν*, quod et aliis in locis apud Pindarum occurrere memini: *καὶ παρέχουσι σοι κλέος II.*

Ε. έ. Κ. θ'.

Ἐγὼ δέ, συνεφαπτόμενος σπουδᾷ,
Κλυτὸν ἔθνος Λοκρῶν ἀμφέπεσον, μέλιτι
Δ' εὐάνορα πόλιν καταβρέχων, παῖδ' ἐ-
ρατὸν Ἀρχεστράτου αἴνησα· τὸν εἶδον
Κρατέοντα χερὸς ἀλκᾷ, βωμὸν παρ' Ὀλύμπιον,
Κεῖνον κατὰ χρόνον γ' ἰδέᾳ τε καλὸν
Ὥρᾳ τε κεκραμένον, ἅ ποτ' ἀν-
αιδέα Γανυμήδει τὸν πότμον ἄ-
λαλκε, σὺν Κυπρογενεῖ.

119. Δ' abest Ald. 120. Versus laborat. Schmidius coniiciebat ἀρετῶν, et Oxonienses refinxerunt: ἐρατὸν δ'. tamen vel sic, incommoda vocula inserta, metrum claudicat. Pauw voce traiecta legit: — παῖδα Ἀρχεστράτου ἐρατὸν αἴνησα. Succurri potest leniore ope: — καταβρέχων Ἀρχε — στράτου (vel τω) ἐρατὸν τέκος αἴνησα. Adscriptum erat inter lineas παῖς, quod insertum turbas fecit. 121. χειρὸς vulgg. Emendavit Schmidius ad metri legem ex Ald. et Pal. C. Contra huic deerat γ' versu seq. 123. κεκραμμένον Rom. Sed producitur α illud natura. v. inf. Pyth. X. 65. a κράω, ex κεράω. 124. Erat ἅ τ' ἀναι-δέα Γανυμήδει. Vt vltima in ἀναιδέα producta sit, Pauw monet, scribendum esse ἀναιδεᾶ pro ἀναιδεέα ab ἀναιδεής, quod vix est grammatice probum. Melius Aldus: ἅ ποτ' ἀ-ναιδέα Γ. vt εα contracte legatur. Pro τὸν πότμον Ald. Rom. et omnes edd. ante Schmidium θάνατον, quod is nec monito lectore mutauit ex Palatt., vt credere licet: recte tamen, alterum enim scholion est, *proteruam mortem.* [Boeckh. Comment. p. XIII. ἅ ποτε Ἀναιδέα Γανυμήδει πότμον ἄλαλκε σὺν Κυπρογενεῖ. vno versu. *Ex Schedis.*]

117. In sqq. verba hunc in modum iungenda arbitror: ἐγὼ δὲ συνεφαπτόμενος, *prosequens te, victorem,* ἀμφέπεσον (σὺν) σπουδᾷ κλυτὸν ἔθνος Λοκρῶν, *studiose eodem carmine celebro Locros,* (dictum vt περιβάλλειν τινά, amplecti, ἀμφαγαπάζεσθαι, *fouere, colere,*) μέλιτι δ' εὐάνορα πόλιν καταβρέχων παῖδ' ἐρατὸν Ἀρχεστράτου αἴνησα. — v. 122. post χρόνον γ' comma deleui. κεκραμένον ὥρᾳ, vt alias μιχθέντα, pro ὡραῖον. Alias ὥρα μίγνυταί τινι. P. X, 65. οὔτε γῆρας κέκραται γενεᾷ, h. e. οὐ πάρεστι. At et πλοῦτος κεκραμένος ἀρετᾷ Pyth. V, 2. 3. qui Ol. II, 96. πλοῦτος ἀρεταῖς δεδαιδαλμένος. Suauissimum est, quod v. 123-5. de Ganymede ob pulcritudinem immortali facto subiicitur: *Iuuenta cum Venere infestam mortem ab eo propulsauit.*

ΟΛΥΜΠΙΑ

εἶδος ιά.

ΤΩι ΑΥΤΩι ΑΓΗΣΙΔΑΜΩι.

Argumentum.

Victoriae sibi postulant carmina, quibus earum memoria ad posteritatem propagetur — 7. inprimis victoria Olympica, ceteris insignior: quare Pindarus Olympicorum victorum se laudes lubenter canere profitetur — 10. Hoc nunc se praestare Agesidamo, Locrorum Epizephyriorum laudibus adiunctis — 15. quippe qui, e Locride Graeciae in Italiam profecti, antiquos mores retinuerint, et laudum studia, carminumque amorem cum virtute adhuc seruent.

Σ. ά. Κ. ϛ'.

Ἔστιν ἀνθρώποις ἀνέμων ὅτε πλεῖστα
Χρῆσις· ἔστιν δ' οὐρανίων ὑδάτων

Ἀγησιδάμῳ omittit Bodl. MS. Praestabat simpliciter inscribere: *Ἀγησιδάμῳ πύκτῃ*. Apponitur in vulgg. *τόκος*, quod haud dubie debetur Grammaticis, petitum ex sup. Oda v. 12. quem versum male interpretes ad hanc alteram Oden referunt, vt huius

1—6. Sententiam et alibi repetit: *certaminum labores et factorum laudes desiderare hymnorum praemia:* v. c. Nem.

Ὀμβρίων, παίδων Νεφέλας.
Εἰ δὲ σὺν πόνῳ τις εὖ πράσσει, μελιγάρυες ὕμνοι
Ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων· τέλλεται
Καὶ πιστὸν ὅρκιον μεγάλαις ἀρεταῖς.

noui carminis accessio illo priore promittatur a poeta; cum ibi sententia absolute efferatur. Potest carmen ad aliam victoriam, potest quoque ad vnam eandemque spectare; potuit illud cum superiore carmine mitti, tanquam epistola, quae illud commendet; potuit etiam maturius mitti. Postremum hoc Mingarellus statuebat [et Boeckh. *Ex Schedis.*], collocandum esse Carmen XI. ante X. Nam v. 14. *promitti* carmen; forte idem illud, quod nunc *decimum* est. 1. Ἔστιν ἐν ἁ. duo Bodl. inuito metro. ὀτὲ scripsit secundum grammaticorum canonem Schmidius. vulgo ὅτε. 4. εἰ καὶ Schmid. edit. sphalma. 5. In omnibus edd. interpungitur: Ὑ. ἀρχαὶ λόγων τέλλεται, Καὶ π. vnde opinio Grammatici in rec. Scholiis orta, iungi etiam h. l. verbum singulare nomini plurali. cf. sup. ad Ol. VIII, 10. 11. Schmidius se adduci passus est, vt v. 4. μελίγαρυς ἀοιδὴ scribere mallet; excidisse enim in nonnullis edd. ὕμνοι; sed vitium hoc est vnius Plantin. Idem III, 10. διψῇ δὲ πρᾶγος ἄλλο μὲν ἄλλου· ἀεθλονικία δὲ μάλιστ' ἀοιδὰν φιλεῖ. Tum forma sollennis est: ἐστὶν — ἐστὶν — εἰ δὲ, *non magis quam. similiter vt.* Respondent autem sibi illa: *homines modo sereno coelo, modo pluuio indigent*, adeoque hoc votis expetunt. Faciunt autem hoc agricolae, vt tanto laetior agrorum prouentus sit. Adeoque sensus est: *non magis agricolae salubri tempestate opus habent, quam victores hymnis ad messem laudum.* Nam sequitur: *Si quis in certamine secunda fortuna vtitur*, h. e. victoriam consequitur: (vid. sup. ad Ol. VIII, 96.) *hymnis indiget*, μελιγαρύων ὕμνων χρῆσις πλείστη ἐστίν. Hoc mutauit: μελιγάρυες ὕμνοι sc. εἰσὶν, ὧν χρῆσις πλείστη ἐστὶν, ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων, *laudum serarum*, h. apud posteros, *caussae ac semina.* Vt N. I, 11. ἀρχαὶ βέβληνται μέλους ἐγκωμίου. Ita melius expeditum locum puto quam antea factum. In ceteris maneo in hoc, enallagen, quam Grammatici hic quaerunt, vt ὕμνοι τέλλεται iungantur, locum non habere; et sic in aliis locis, in

A. α'. K. ς'.

Ἀφθόνατος δ' αἶνος Ὀλυμπιονίκαις
Οὗτος ἄγκειται. τὰ μὲν ἁμετέρα
Γλῶσσα ποιμαίνειν ἐθέλει.

Schmidius Vrbanum lib. II. (nescio an is Martinus Vrbanus sit, cuius Institutiones grammaticae graecae Aldus vulgauit) pro τέλλεται, πέλεται habere narrat; deprauate. 8. ἔγκειται Ald.

quibus eam quaesiuere; vt sup. Ol. VIII, 10. 11. Isthm. I, 38. V, 73. 74. Quod nisi alia fuere exempla in deperditis Pindari, perperam hanc figuram Pindaricam appellarunt Grammatici, (vid. Eustath. in Il. ρ, 387.) inque his Herodianus περὶ σχημάτων a Villoisono vulgatus in Diatribe p. 98. In Hesiod. Θ. 321. τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί, potuit pro ἦσαν dictum esse: ἔσαν, ἔαν, ἦν. In Euripid. Bacch. 1339. est δέδοκται, — τλήμονες φυγαί distinguendum. Etsi omnino eam damnare nolim: quandoquidem similis vsus habetur *neutrorum pluralium cum verbo singulari iunctorum*; et fuere in sermone antiquiore multa ad grammaticam subtilitatem nondum satis constituta. cf. de hoc schemate Ruhnken. ad H. in Cer. extr. add. Beck. ad h. l. et VIII, 10. In Pindaro igitur accipio: — λόγων τέλλεται καὶ πιστὸν ὅρκιον μεγάλαις ἀρεταῖς, *per eosdem hymnos maxima fides fit praeclaris factis.* — 7. *Laudes hae inprimis Olympicos victores manent.* ἀνάκειται vel a donariis, quae consecrantur, vel a thesauris, qui reconduntur.

8. τὰ μὲν ἁμετέρα γλῶσσα ποιμαίνειν ἐθέλει, *quare lingua mea tibi*, aut melius omnino, *victoribus Olympicis*, (nam mox ad Agesidamum transit) *hanc laudem procurare studet.* Deest pronomen τοῦτον τὸν αἶνον. Latet in μὲν, pro quo legendum esse puto μίν. τὰ pro ἅ, δι' ἅ. Nisi hoc feceris, dicendum erit, ἃ esse non grammatice, sed ad sensum dictum, pro ὃν αἶνον. *pascere laudem*: ad claram notionem quomodo tropum reuocem, non habeo. ποιμαίνειν sensu tropico vix aliter accipi potest quam pro *alere*, τρέφειν, αὔξειν, *seruare, custodire, prouidere.* Debebat sequi: *diuino enim munere hanc laudes carmine ornandi vim possideo.* Haec lyrice extulit v. 10 sqq. *non nisi diuinitus* (φυᾷ, δι' εὐφυΐας) *aliquis ingenio pol-*

Ἐκ θεοῦ δ' ἀνὴρ σοφαῖς ἀνθεῖ ἐσαεὶ πραπίδεσσιν.
Ἴσθι νῦν, Ἀρχεστράτου παῖ, τεᾶς,
Ἀγησίδαμε, πυγμαχίας ἕνεκεν

Ἐ. ά. Κ. ί.

Κόσμον ἐπὶ στεφάνῳ χρυσέας ἐλαίας
Ἀδυμελῆ κελαδήσω, τῶν Ἐπι-
ζεφυρίων Λοκρῶν γενεὰν ἀλέγων.
Ἔνθα συγκωμάξατ', ἐγγυάσομαι
Μή μιν, ὦ Μοῖσαι, φυγόξενον στρατὸν,
Μήδ' ἀπείρατον καλῶν,
Ἀκρόσοφον δὲ καὶ αἰχματὰν, ἀφίξεσθαι. Τὸ γὰρ
Ἐμφυὲς οὔτ' αἴθων ἀλώπηξ
Οὔτ' ἐρίβρομοι λέοντες
Διαλλάξαιντο ἦθος.

10. ἐσαεὶ deerat Ald. 14. ἐπιζε- 15. φυρίων Bodl. γ. ἀλέγων [i. e. αὔξων, fouens, celebrans. *Ex Schedis.*] omittit MS. Bodl. 16. Prauam distinctionem post ἔνθα συγκωμάξατε, etiam Pauwio damnatam, sustuli. Est enim: ἔνθα συγκ. ω Μοῖσαι. ἐγγυάσομαι (ὑμὰς) ἀφίξεσθαι (πρὸς) μιν (sc. τὴν γενεὰν, h. τὸ γένος Λοκρῶν, οὖσαν) στρατὸν μὴ φυγόξενον etc. 17. φυθόξενον Bodl. C. vitiose. — 19. τε a sec. manu pro δὲ MS. Bodl. 21. οὔτ' ἐ. λέον- 22. τες διαλλάξαιντο ηθος. ita versus disponunt Bodl. C. et α. sicque metricus postulat facere, monente quoque Pauwio. 22. est hiatus. In Homero ἦθος habet digamma; non in Pindaro: v. Ol. XIII, 16. Nem. VIII, 60. Forte — αιντ' ἂν ἦθος.

let: quod Ol. IX, 42. σοφοὶ κατὰ δαίμον' ἄνδρες ἐγένοντο (γίνονται). Scilicet ἐκ θεοῦ, vt ἐκ θεῶν iam vidimus. At ἐσαεί? an non languet? Forte sic constitues, vt sit: ἀεὶ γὰρ σοφός τις ἐστὶν ἐκ θεοῦ. Mox v. 13. κόσμον, ὕμνον.

19. τὸ γὰρ ἐμφυὲς etc. Dixit pro: ἐστὶ γὰρ τοῦτο ἐμφυὲς ἦθος τῶν Λοκρῶν, etsi ii iam in aliam terram coloni deducti sunt. αἴθων ἀλώπηξ. Est ἡ ἀλώπηξ, eritque adeo ὁ καὶ ἡ αἴθων, *fulua s. raua vulpes.*

ΟΛΥΜΠΙΑ

εἶδος ιβ'.

ΕΡΓΟΤΕΛΕΙ ἹΜΕΡΑΙΩι

δολιχοδρόμῳ.

Argumentum.

Cum victor Ergoteles hoc Fortunae deberet, quod patria, Cnosso, exul ab Himeraeis receptus secundas res habuerat: Fortunam inuocat, vt Himeraeis propitia sit, cum eius ab nutu pendeant omnia, — 6. consiliorumque successus euentusque incerti et obscuri, — 13. saepe contra quam speratum fuerat — 18. Ipse victor domi in obscuritate consenuisset, nisi Himeram patria exul pervenisset, vbi in ciuitatem receptus certamina obiit, et plures victorias est consequutus.

Σ. ά. Κ. θ'.

Λίσσομαι, παῖ Ζηνὸς Ἐλευθερίου,
Ἱμέραν εὐρυσθενέ' ἀμ-
φὶ πόλει, Σώτειρα Τύχα.

Ἐργοτέλει Ἱμεραίῳ δολιχοδρόμῳ. addit Aldina: Ὀλύμπια καὶ Πύθια καὶ Ἴσθμια νικήσαντι οζ' Ὀλυμπιάδα. Eadem in duobus Bodl. in alio additum: Ἐργοτέλει τῷ υἱῷ τοῦ Φιλάνορος. Scilicet debentur haec, vt aliquoties iam monitum, Grammaticis. Indocte autem huc retracta sunt, quae de victoriis Pythicis et Isthmicis sub finem carminis memorantur. Carmen enim scriptum est victori

Τὶν γὰρ ἐν πόντῳ κυβερνῶνται θοαὶ
Νᾶες, ἐν χέρσῳ τε λαιψηροὶ πόλεμοι,
Κἀγοραὶ βουλαφόροι· αἴγε μὲν ἀνδρῶν
Πόλλ' ἄνω, ταὶ δ' αὖ κάτω
Ψεύδη μεταμώνια τέμνοι-
σαι, κυλινδοντ' ἐλπίδες.

Olympico. Notus autem est Ergoteles etiam ex Pausania, qui cum h. l. conferendus lib. VI, 4 f. vbi, statua eius in Alti memorata, hoc adiicit: in titulo Himeraeum fuisse adscriptum, etsi Cnosso Cretae oriundum, sed turbis ciuilibus pulsum ab Himeraeis receptum ciuitateque et honoribus affectum maluisse patriam edere Himeram. Haec eadem patent hac Oda v. 19 sqq. Quod autem Pythicam et Isthmicam victoriam, Scholiasten sequuti, viri docti ad insequentem Pythiadem XXIX. et Isthmiadem adeo LVII. reiiciunt, in eo falluntur. Necessario enim Olympicam victoriam, quam hic carmine suo ornat, antecessisse debent illac. 1. *Ψὲ λίσσομαι* Pal. C. seu casu seu stupore librarii, qui signum appositum, quo ad scholion lector ablegari solebat, pro littera *ψ* habuit, nec dignum, in quo quis haereat. v. Oxon. edd. et Pauw. 2. *Ἱμέρ'* primum inuexit ed. Rom. praue; recte a Schmidio reuocata Steph. lectio: *Ἱμέρα.* Aldina iam *Ἱμέρα.* *εὐρυσθενέ* pro *εὐρυσθενεΐ* frustra scriptum videtur: nam metrum non respuit *εὐρυσθενεῖ* sequente vocali; quod Pauw quoque monuit. — 3. *ἀμφιπόλει* Ed. Brubach. sicque legerat Schol. vt ab *ἀμφιπολεῖν* sit, h. *περιπόλει, σῶζε.* Laudat quoque Homericum: *ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας.* Ferrem, si tertio casui iungi illud constaret. Nunc praestat *λίσσομαι ἀμφὶ πόλει Ἱμέρα.* 6. Vulgg. ante *αἴ γε* plena distinctione vtuntur. 7. *ταὶ δ'* praeclare emendauit Schmidius. Vulgg. vbique *τὰ δ'*, quod et sensum et metrum iugulat. [Tuetur Hermann. nec male, vt sit: *nunc, nunc, τὰ μὲν* omisso. *Ex Schedis.*] 8. *ψεύδη* primum comparet in Morell. et hinc in Stephanianis. At Ald. Rom. et rel. *ψευδῆ.* sic et MS. Bodl. Tum Ald. *τάμνοι-σαι.*

6. Continuo orationem: *Τὶν γὰρ — βουλαφόροι, αἴγε μὲν ἀνδρῶν* (sc. *τὶν, διά σου*) *ἐλπίδες κυλίνδονται,* (*κατὰ*) *πολλὰ ἄνω, ταὶ δ' αὖ κάτω,* (naues fluctibus iactari vides: pro, *incertum euentum habent*) *τέμνοισαι ψεύδη μεταμώνια, percur-*

Α. ά. Κ. θ'.

Σύμβολον δ' οὔ πώ τις ἐπιχθονίων
Πιστὸν ἀμφὶ πράξιος ἐσ-
σομένας εὗρεν θεόθεν·
Τῶν δὲ μελλόντων τετύφλωνται φράδαι.
Πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν,
Ἔμπαλιν μὲν τέρψιος· οἱ δ', ἀνιαραῖς
Ἀντικύρσαντες ζάλαις,
Ἐσλὸν βαθὺ πήματος ἐν μι-
κρῷ πεδάμειψαν χρόνῳ.

Ε. ά. Κ. ί.

Υἱὲ Φιλάνορος, ἦτοι καὶ τεά κεν,
Ἐνδομάχας ἅτ' ἀλέκτωρ,
Συγγόνῳ παρ' ἑστίᾳ
Ἀκλεὴς τιμὰ κατεφυλλορόησε ποδῶν·
Εἰ μὴ στάσις ἀντιάνειρα

10. οὔποτε et mox εὗρε in Bodl. 13. τετύφωνται Ald. quod casu et ipsum sensum habet: *inflantur*, *intumescunt et efferuntur*, nec tamen satis commodum. τετύφλωται Bodl. C. 17. ἐσθλὸν vulgg. ἐσλὸν Ald. Steph. 20. ἐνδομύχας conj. Erasmus in Adagiis. perperam. [Aeschylus Eumen. 850. (864.) ἐνοικίου δ' ὄρνιθος οὐ λέγω μάχην. *Ex Schedis.*]

rentes fraudes inanes, *expectationes vanas*, *quibus sibi illuserant* (tanquam naues percurrunt mare). — v. 13. proprie homines sunt τυφλοὶ (ὥστε) φράζεσθαι τὰμέλλοντα, *ad prouidendum id, quod futurum est;* transtulit hoc ad ipsam contemplationem: *esse eam caecam*, ἡ φράδη τετύφλωται, τυφλή ἐστι.

14. 15. πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν, *eueniunt*, ἔμπαλιν τῆς τέρψιος, pro ἀτερπῆ. vt P. XII, 56. ἔμπαλιν γνώμας.

20. ἐνδομάχας ἅτ' ἀλέκτωρ pro ἅτε τιμὴ ἀλέκτορος, galli gallinacei, qui in corte pugnat. Opponitur gallus, qui publicis certaminibus alitur. Cum gallus in Himerensium numis obuius

Κνωσίας ἄμερσε πάτρας.
Νῦν δ' Ὀλυμπίᾳ στεφανωσάμενος,
Καὶ δὶς ἐκ Πυθῶνος Ἰσθμοῖ τ', Ἐργότελες,
Θερμὰ Νυμφᾶν λουτρὰ βαστάζεις, ὁμιλέ-
ων παρ' οἰκείαις ἀρούραις.

26. *ἐκ Πυθῶνος* Ald. et Pal. C. recte pro hiatu *ἐν Πυθῶνι* 'I. — 28. *παροικείαις* iunctim legit Pauw.

sit, facile in hanc comparationem poeta incidere potuit. Mox v. 24. σ' excidisse monuit Jacobs noster Animaduerss. p. 8. etsi iam aliquoties supplendum esse vidimus. Et v. 27. *βαστάζειν* pro *exaltare*, *clarum reddere*, vt et Isthm. III, 14. dictum secundum vulgare *ἐπαίρεσθαι*, vnde et *ὕψοῦ φέρειν* P. X, 109. et *μετέωρος* de gloria. *ὁμιλέων παρ' οἰκείαις ἀρούραις*, ciuis adscriptus ab iis, ad quos inquilinus accesserat. Himeram thermis nobilem fuisse satis constat. [De thermis cf. Numism. et Zoega T. II. p. 130. 124. *Ex Schedis.*]

ΟΛΥΜΠΙΑ

εἶδος ιγ'.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΙ ΚΟΡΙΝΘΙΩι

σταδιοδρόμῳ καὶ πεντάθλῳ.

Argumentum.

Xenophontis victoris laudem cum patriae, Corinthi, laudibus coniungit. A Corinthi laudibus initium facit — 39. Inde Xenophontis victorias enumerat — 68. Redit hinc ad Corinthum, et ex eius originibus narrat fabulam de Pegaso a Bellerophonte domito; subiungit v. 133. laudes tribulium Oligaethidarum et bona vota.

Σ. ά. Κ. ιά.

Τρισολυμπιονίκαν ἐπαινέων
Οἶκον, ἅμερον ἀστοῖς,

σταδιεῖ δρόμῳ. Ita vulgo in editis a Romana inde legitur, seu indocte seu corrupte. Aut enim *σταδιεὺς* aut *σταδιοδρόμος* erat dicendum. Cur itaque Aldinam deseruerunt editores? in qua inscripta Oda: *Ξενοφῶντι Κορινθίῳ σταδιοδρόμῳ, καὶ πεντάθλῳ, νικήσαντι τὴν οθ' Ὀλυμπιάδα.* Haec eadem fere in MSS. Bodl. leguntur. Est etiam, quod iam notatum viris doctis, Olympiadi LXXIX. adscriptus Xenophon Corinthius apud Diodorum XI, 70. et Dionys. Halic. IX, 61. (p. 618.) etiam apud Pausan. IV, 24. vbi numerus Olympiadis vndetricesimae corrupte circumfertur. Pater, vt in Schol. ad v. pr. notatum, *Thessalus* nomine, Ol. LXIX. victor renuntiatus fuerat; cursu quidem, vt infra v. 48. patet, stadio

Ξένοισι δὲ θεράποντα, γνώσομαι
Τὰν ὀλβίαν Κόρινθον, Ἰσθμίου
Πρόθυρον Ποσειδᾶνος, ἀγλαόκουρον.
Ἐν τᾶ γὰρ Εὐνομία ναίει, κασίγνη-
ταί τε, βάθρον πολίων,
Ἀσφαλὴς Δίκα, καὶ ὁμό-
τροπος Εἰράνα, ταμίαι
Ἀνδράσι πλούτου, χρύσεαι
Παῖδες εὐβούλου Θέμιτος,

tamen ea Olymp. Ischomachus victor fuit; ergo de diaulo vel dolicho accipiendum, vt Corsinus quoque monuit ad eam Olymp. Auus fuisse videtur *Ptoeodorus* in Isthmiis victor. v. inf. 56 sq. Erant autem ex *Oligaethidarum tribu.* cf. v. 137 sq. In eundem Xenophontem Olympionicen scolion scripserat Pindarus, cuius versus apud Athen. XIII. p. 573. 4. habentur; quos vide in Fragmentis. Simul autem cursu et pentathlo eum vicisse iisdem Olympiis, testantur v. 41. 42. [De metro trium vltimorum versuum cuiusque strophae v. Boeckh. Comment. p. XXI sq. *Ex Schedis.*] 1. *Τρισολυμπιονίκας* Brubach. et Morell. sed preli vitio. Ceterum interpretes inanem collocant operam in exputandis trinis Olympicis victoriis. 5. *Ποσειδᾶνος.* Nescio cur repente in hoc carmine *Ποτειδᾶνος* scriptura erat adscita. 6. *γὰρ* ex Ald. et trinis Pal. repetiit Schmidius: quod et fragm. Matth. habet. Rom. et cett. *ἐν τᾷδε δ' ε.* nec id male. 7. 8. Immutarat lectionem omnium codicum Schmidius tanquam duriorem, hoc modo: *κασίγνηταί τε, Δίκα, πολίων — ἀσφαλὲς βάθρον, καὶ ὁ.* 8. 9. *ὁμότροφος* in Schol. occurrit. 11. Interpunctionem post *Θέμιτος* mutaui, vt iunctura cum anteced. manifesta sit.

3. *θεραπεύοντα τοὺς ξένους, φιλόξενον γνώσομαι, celebrabo:* v. ad Ol. VI, 151.

5. *Eunomia, Dice, Irene,* Hesiodo Horae, Themidis filiae *Θ.* 901. 2. 3. Eae v. 9. *ταμίαι,* ab *ἡ ταμία. Horis* rerum copia tribuitur quoque apud Theocritum et alias: v. Valken. ad Theocrit. p. 394. — Reprehendi potest in poeta, quod, cum *δίκην* deam fecisset cum *εὐνομία,* nunc eaedem appellantur *βάθρον πολίων,* quod abstractis conueniebat, non personis. *ὁμότροπος* h. l. concors.

Ἀ. ά. Κ. ιά.

Ἐθέλοντι δ' ἀλεξεῖν Ὕβριν, Κόρου
Ματέρα θρασύμυθον.
Ἔχω καλά τε φράσαι, τόλμα τέ μοι

12. ἀλέξειν aiunt Oxon. legere Steph. Atqui sic non nisi vnica Pauli Stephani 1599. Hanc ergo pro textu Stephaniano habuere. — 12. 13. Κόρου ματέρα Ὕβριν dictam non concoquunt viri docti. Nam satietatem aiunt antecedere insolentiam; sic quoque noto Theognidis versu haberi Sentent. v. 53. Τίκτει τοι κόρος ὕβριν. Quid ergo? Schmidius per hypallagen ait esse explicandum. Mirum vero, si *mater* et *filia* promiscue permutari possunt. Stephanus in Schediasm. V, 4. pro κόρου scribit φθόρου, et Pauwius κότου. Quis vero poetas omnes ad vnam formulam adigere ausit? quidni et ipsa illa insolentia elati secundo fortunae cursu animi fastidium creet, vt in praesenti rerum florente statu non acquiescant ciues, sed nouis studeant? vid. Notam. 13. θρασύθυμον Ald.

12. ἐθέλ. δ' ἀλεξεῖν Ὕβριν. Erant haec iungenda cum superioribus: ναίουσι καὶ ἐθέλουσι. Otiosa vox esse videtur ἐθέλοντι. Vnus e Grammaticis optatiue accipit. Aliquoties hoc verbo vtitur poeta periphrastice, vt tamen τοῦ *paratum esse, cupere, studere*, locum teneat. Pyth. I, 121. θέλοντι δὲ — αἰεὶ μένειν τεθμοῖσιν ἐν Αἰγιμιοῦ. Sic Nem. VIII, 17. item VII, 32. vbi per μέλλει reddi potest: quemadmodum etiam N. XI, 51. Vnde et θέλων et ἐθέλων, *propitius*. Sic Ol. VII, 36. ἐθελήσω τοῖσιν — διορθῶσαι λόγον· quod alias esset οἷς ἐθέλων διορθώσω. XI, 9. ἐθελήσω, *propositum mihi est*; vt et ἐθέλω Isthm. I, 20. P. IX, 1. Ol. XI, 9. Porro Ὕβριν Κόρου ματέρα dixit, vt in Oraculo Bacidis ap. Herod. VIII, 77. κρατερὸν Κόρον, Ὕβριος υἱόν. vbi vid. Wessel. Scilicet vtrumque recte se habet: Κόρος Ὕβριν, et Ὕβρις Κόρον procreare potest. E copiis rerum natum *fastidium* animum ad *insolentiam* et *iniuriam* aliorum adducit; et *insolentia*, arrogantia, facit, vt copias nostras et fortunas *fastidiamus*, alienaque appetamus. Multas autem ciuitates Ὕβρις perdiderat. Ὕβρις καὶ Μάγνητας ἀπώλεσε — Theogn. 1098. [δυσσεβείας ὕβρις τέκος Aeschylus Eumen. 530. *Ex Schedis*.]

Εὐθεῖα γλῶσσαν ὀρνύει λέγειν.
Ἄμαχον δὲ κρύψαι τὸ συγγενὲς ἦθος.
Ὕμμιν δὲ, παῖδες Ἀλάτα, πολλὰ μὲν νι-
καφόρον ἀγλαΐαν
Ὤπασάν γ' ἄκραις ἀρεταῖς
Ὑπερελθόντων ἱεροῖς
Ἐὶν ἀέθλοισιν, πολλὰ δ' ἐν
Καρδίαις ἀνδρῶν ἔβαλον

Ε. ά. Κ. ιά.

Ὧραι πολυάνθεμοι ἀρ-
χαῖα σοφίσμαθ'. ἅπαν δ' εὑρόντος ἔργον.

19. *ὤπασαν ἄ.* Ald. *ὤπασάν τ' ἄ.* Rom. et seqq. Contraxit id Schmidius in *ὠπάσαντ'*. At *ὀπάζειν* est *praebere*. *ὀπάζεσθαι*, *comitem adsciscere.* Ex parte Bodleianorum Oxonienses restituerunt *ὤπασάν γ'*.. Est enim ordo verborum: Horae *ὤπασαν πολλὰ* (*πολλάκις*) *νικαφόρον ἀγλαΐαν* (*πολλὰς νίκας*) *ἀνδρῶν ὑπερελθόντων* (*τοὺς ἄλλους*) *ἄκραις ἀρεταῖς.* 20. *ὑπερελθοῦσιν* Pal. A. B. et tres Bodl. cum fragm. Matth. ex indocta interpolatione Graeculi librarii, qui non videbat, *ἀγλαΐαν ὑπερελθόντων* iungi.

16. *Ἄμαχον δὲ* — ad seqq. traho, adeoque ad Corinthios: *qui non κρύψαι, exuere, possunt generosam indolem.* Ait: *ἔχω* — habere se multa alia in Corinthiorum laudem, nec sibi deesse vim et animum ad ea eloquenda. (Sententia eadem Ol. VI, 140. IX, 122.) Nec posteros defecisse a virtute maiorum, *οὐ δύνανται κρύψαι τὸ ἔμφυτον ἦθος.* Hoc vniuerse extulit per sententiam.

17. *παῖδες Ἀλάτα* sunt ipsi Corinthii. Aletes Heraclidarum dux Corinthum occupauerat; cuius posteri per C annos vsque ad Bacchidem regnarunt: Pausan. II, 4. conf. Vellej. I, 4, 3. et ibi Ruhnken. add. Schol. ad h. l. *Ὕμμιν ὤπασαν — ἐνέβαλον Ὧραι.* Primo *Horae* pro tempore; tum tribuitur tempori, quod in tempore factum est. *Diuersis temporibus inuenta sunt antiquitus multa a Corinthiis.* Ea per exempla declarat. Verum poeta haec ita extulit, vt ariolo in iis opus sit, non interprete.

Ταὶ Διωνύσου πόθεν ἐξέφανεν
Σὺν βοηλάτᾳ Χάριτες
Διθυράμβῳ; τίς γὰρ ἱππεί-
οις ἐν ἔντεσσιν μέτρα,

25. Antithetici versus docent, ἐξέφαναν, quod vulgo editum erat, minus recte legi, cuius penultima longa est ex ἐξέφηναν. Emendandum ἐξέφανον vel ἐξέφανεν, et hoc vnus e Schol. legerat; nam reddit ἐξεφάνησαν. Monuit quoque Pauw. Aldus cum cod. Gott. ἐξέφανε. Corruptela eadem erat in Homero Il. ϑ, 553. π, 299. Porro Διωνύσου Schmidius emendauit metri caussa. Διονύσου Ald. Rom. Crat. Brub. at Morell. Stephan. et rel. Διωνύσσου. hoc perperam, cum penultima per se sit longa. 27. τίς γὰρ ἱ. Ald. et in Schol. Male illatum erat τίς δὲ cum hiatu.

24. τοῦ εὑρόντος. Scilicet alii inuentis facile addere possunt. σοφίσματα, *inuenta*, vt apud Aeschyl. Prom. 469.

25–27. *Inuenerunt illi Dithyrambum.* Χάριτες Διωνύσου vix esse possunt nisi *carmina, hymni*, σὺν Διθυράμβῳ βοηλάτᾳ, *cum choro*. βοηλάτης et a βοὴ et a βοῦς ductus esse potest; praemium victoris bos. cf. Bentl. in Phalar. p. 170.

27. 28. τίς δὲ ἱππείοις ἐν ἔντεσσιν μέτρα ἔθηκε; Manifesta res: inuenisse Corinthios artem equorum domandorum; verba perplexa. Ex Schol. nil proficias; mira Didymi sententia proponitur, qui ad rotam figulinam hoc traxit. Multis olim tentatis simplicissima esse arbitror haec; ἔντεα ἵππεια dicta pro ἔντεα ἵππων, vt inf. Nem. IX, 51. 52. ὅμιλος χαλκέοις ὅπλοισιν ἱππείοις σὺν ἔντεσιν, vbi est agmen ὁπλιτῶν καὶ ἱππέων. Sunt ea haud dubie *frenum*, quo equus regitur. Iam quid μέτρον aliud esse potest, quam ipsum *moderamen?* τιθέναι est *constituere, inuenire.* μέτρα ἐν ἔντεσι, h. σὺν, pro διὰ ἐντέων, sunt *moderamen per frenos*, vt adeo sit: *quis constituit*, h. e. inuenit, *moderamen equorum ope frenorum?* τίς ἔθηκε μέτρα διὰ ἐντέων ἱππείων; Ex vulgari ratione epitheton ad μέτρα erat reuocandum, μέτρα ἵππεια, pro μέτρα ἵππων. μέτρον autem de cursu moderando eodem prorsus modo dictum habes ap. Aeschyl. Choeph. 794. 5. Ἴσϑι (Pauw emend. ἴσχε) δ' ἀνδρὸς φίλου πῶλον (Orestem) εὖνιν ζυγέντ' ἐν ἅρματι πημά-

Ἢ θεῶν ναοῖσιν οἰω-
νῶν βασιλῆα δίδυ-
μον ἔθηκ'; ἐν δὲ Μοῖσ' ἁδύπνοος,
Ἐν δ' Ἄρης ἀνθεῖ νέων
Οὐλίαις αἰχμαῖσιν ἀνδρῶν.

Σ. β'. Κ. ιά.

Ὕπατ', εὐρὺ ἀνάσσων Ὀλυμπίας,
Ἀφθόνατος ἔπεσσιν
Γένοιο, χρόνον ἅπαντα, Ζεῦ πάτερ,
Καὶ τόνδε λαὸν ἀβλαβῆ νέμων,

30. διδυμον 31. ἐπέθηκ'. Ald. vnde in marg. Brubach. 34. Ὀλυμπίαις Bodl. C.

των, ἐν δρόμῳ προστιθεὶς μέτρον. Vbi μέτρον ἐν δρόμῳ προστιθέναι est *moderari cursum.*

29 - 31. ἢ (τίς) θεῶν ναοῖσιν οἰωνῶν βασιλῆα δίδυμον ἔθηκε. Strepitum hunc verborum et tumorem nolim excusare, nec tamen tam absurde locutus esse videri debet, vt vocabulum tropicum ornaret per ea, quae in rem proprio nomine dictam cadant. ἀετὸς, ἀέτωμα, fastigium est triangulare in fronte et in postico templi. Verum ab initio aut aquila pro fastigio fuit; quod Winckelmannus suspicabatur; aut, quod probabilius, in tympano, quod speciem Delta habet, h. in area fastigii, (quae anaglypha summae artis interdum habuit, v. c. in Parthenone, v. Paus. I, 24. p. 57. in templo Delphico, X, 19. p. 842.) fuit ab initio aquila expressa. Ita sentiebat Visconti V. C. in Museo Pio-Clem. Tom. IV. p. vii. [Tacitus Hist. III. 71. (in Capitolio) *sustinentes fastigium aquilae.* ad q. l. cf. Ferlet T. II. p. 129. sq. — Boettiger *N. T. Mercur* 1799. 11. *St.* p. 233. a similitudine fastigii i. aquila demittente alas. *Ex Schedis.*] Sententia adeo est: *quis inuenit aquilam in templorum fastigiis in fronte et in postico sculptam?* In templo Delphico duae erant aquilae aureae, vt inf. P. IV, 6. an vero in templi fronte, non reperio.

35. ἀφθόνατος ἔπεσσιν γένοιο, *propitius sis precibus;* at χρόνον ἅπαντα potius ad sqq. spectant; itaque post γένοιο interpunxi.

Ξενοφῶντος εὔθυνε δαίμονος οὖρον·
Δέξαι δέ οἱ στεφάνων ἐγκώμιον τε-
θμὸν, τὸν ἄγει πεδίων
Ἐκ Πίσας, πεντάθλῳ ἅμα
Σταδίου νικῶν δρόμον· οὐκ
Ἀντεβόλησεν τῶν ἀνὴρ
Θνατὸς οὔπω τις πρότερον.

Α. β'. Κ. ιά.

Δύο δ' αὐτὸν ἔρεψαν πλόκοι σελί-
νων ἐν Ἰσθμιάδεσσιν
Φανέντα. Νεμέα τ' οὐκ ἀντιξοεῖ.
Πατρὸς δὲ Θεσσαλοῦ ἐπ' Ἀλφεοῦ
Ῥεέθροισιν αἴγλα ποδῶν ἀνάκειται.
Πυθοῖ τ' ἔχει σταδίου τιμὰν διαύλου
Θ', ἁλίῳ ἀμφ' ἑνί. μη-
νός τέ οἱ τωὐτοῦ κρανααῖς
Ἐν Ἀθάναισι τρία μὰν
Ἔργα ποδαρκὴς ἁμέρα
Θῆκε κάλλιστ' ἀμφὶ κόμαις.

42. δρόμον. ἀν- 43. τεβόλησεν τῶν Ald. 47. Νεμέα τ' accentus a Schmidio constitutus, accinente tamen Gott. Omnes alii (τὰ) Νέμεά τ'. [Sic Heynius in textu correxit.] 53. τρία μεν Rom.

38. καὶ εὔθυνε τὸν οὖρον τοῦ δαίμονος τοῦ Ξενοφῶντος, *fortunam*, vt gubernator ventum secundum velis. Et *propitius adspice κῶμον.*

39. τεθμὸν ἐγκώμιον reddit ὕμνον Schol. Malim ipsum κῶμον, pompam victoris, quia τὸν ἄγει πεδίων ἐκ Πίσας adiecit.

[47. ἀντιξοεῖ. cf. Herodot. I, 174. *Ex Schedis.*]

48 sqq. ad patrem, Thessalum, victoriis multis insignem, spectant.

54. ἁμέρα ποδαρκής, communi temporis et dierum epitheto, *velox dies;* vt *dies longa, brevis, tarda, celeris,* poetis pro

E. β'. K. ιά.

Ἑλλώτια δ' ἑπτάκις. ἐν
Δ' ἀμφιάλοισι Ποσειδᾶνος τεθμοῖσιν
Πτοιοδώρῳ σὺν πατρὶ μακρότεραι
Τέρψιές θ' ἕψοντ' ἐρίτι–

58 - 60. Duplex huius loci est lectio. Omnes edd. ante Schmidium: *μακρότεραι Τέρψιές θ' ἕψοντ' ἐρίτιμοί τ' ἀοιδαί*: in qua lectione per se nihil est quod reprehendas. Nam Thessali cum Ptoeodoro parente coniunctim narrantur victoriae Isthmicae, vt sit ἕψονται (sc. *αὐτῷ, τῷ Θεσσαλῷ,*) *σὺν πατρὶ Πτ. maior voluptas et insignior gloria ex Isthmicis ei aderit* (per totam vitam), *parta est.* Neque aliter Schol. a Demetrio Triclinio collecta. In antiquis Scholiis cum eadem lectione alia profertur, quam Schmidius recepit, Pauwio probante, *μακρότεραι Τερψίᾳ θ' ἕψοντ' Ἐριτίμῳ τ' ἀ.* vt, Scholiasta docente, Terpsias frater Ptoeodori sit, Terpsiae putem filii Eritimus et Namertidas, aut secundum alios vnus Namertidas, Eritimus dictus, fuerint. Res nunc non facile expedienda. Parum suaue videri potest tot nomina apponi; at, quod subiicitur: *innumerabiles* esse victorias, melius dictum esset de pluribus, quam de duobus. Potuere gentiles eius nominis esse; potuere etiam nomina ex his ipsis versibus et nominibus appellatiuis elici. Certe Xenophontis pater *Thessalus* cum auo *Ptoeodoro* iisdem consilio dicitur. Dies igitur *κατὰ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἀμφιέθηκε κόμαις τρία κάλλιστα ἔργα,* h. e. *στεφάνους.* Vno eodemque mense tres victorias est consequutus Athenis; diuersis forte cursus generibus; Schol. memorat *στάδιον, δίαυλον, ὁπλιτικὸν δρόμον.*

56. (*καθ'*) *Ἑλλώτια* (Corinthi in Mineruae Hellotidis honorem habitis ludis) *ἑπτάκις* vniuerse dictum esse debet: *ἐνίκησε,* quod elici potest ex *ἔργα π. ἡμέρα. θῆκε κάλλιστα ἀμφὶ κόμαις ἑπτάκις,* septenas victorias omnino abstulit, diuersis scil. temporibus.

98. *μιν φίλον καί τις.* Noluit ergo poeta dicere *φίλων τις?* [*αὐτὸν ὄντα φίλον αὐτοῦ πρότερον. Ex Schedis.*] 101. *μεταλλάσοντας* a *μεταλλᾷν* habet saltem rationem; etsi in metrum peccat. Legitur vulgo *μεταλλύσ - σοντας*, quod et in grammaticam et in sensum peccat. Paul. Steph. alterum λ omisit; sicque Pauw emendat *μεταλάσσοντας* a *μεταλάζω*, ex *λάζω, λάζομαι, λαμβάνω, vt abducerent secum.* non male, modo de vsu *τοῦ λάζειν* actiua forma constaret. Sollenne est *λάζεσθαι.* Occurrit tamen *λάζω* apud Etymol. M. nec caret analogia, est enim eiusdem originis cum *λαμβάνω*, ex *λάω, λάζω*, et *λαμβάνω* ex *λάβω* vel *λήβω.* At quis probet non emendationem, sed ariolationem? An latet *ματεύειν*, quod Pindarus frequentat? vt fuerit: *τειρόμενόν γε, ματεύ - σοντας.* [f. *μεταβάσοντας. βάζω, βιβάζω τινά, arcesso.* Ahlwardt. *μεταμείψοντας. Ex Schedis.*]

à superioribus bellis. Sequor in hac interpretatione morem poetae in digressione per fabulas ad comparationem memoratas.

98. Haereo in hoc, praestetne *σὺν δ' ἀνάγκα μιν φίλον* — ad Hieronem referre, an ad Philoctetem, ad quem vtique spectant seqq. *φαντὶ δὲ* pro *γάρ.* [De Philoctete v. Philostrat. iun. 17. (Opusc. V. p. 192.) *Ex Schedis.*]

[99. *τις.* Schol. Theronem intelligit. *Ex Schedis.*]

Οὕτω δ' Ἱέρωνι θεὸς ὀρθωτὴρ πέλοι
Τὸν προσέρποντα χρόνον, ὧν
Ἔραται, καιρὸν διδούς.
Μοῖσα, καὶ πὰρ Δεινομένει κελαδῆσαι
Πείθεό μοι ποινὰν τεθρίππων.
Χάρμα δ' οὐκ ἀλλότριον νι-
καφορία πατέρος.
Ἄγ', ἔπειτ' Αἴτνας βασιλεῖ
Φίλιον ἐξεύρωμεν ὕμνον,

Σ. δ'. Κ. ιβ'.

Τῷ πόλιν κείναν θεοδμά-
τῳ σὺν ἐλευθερίᾳ
Ὑλλίδος στάθμας Ἱέρων

109. Cum syllaba abundare videatur, Schmidius conj. *Ἱέρωνί τις ὀρθωτὴρ*, vel *Ἱέρωνι θεὸς σωτήρ*. probant prius Oxonienses. Sed *θεός* vna syllaba est efferendum, quod Pauw monuit. Mingarell. conj. *οὕτω δ', Ἱέρων, θεὸς ὀ. π. — ὧν ἔρασαι, κ. δ.* vt Hiero sit vocandi casu. [Ita Heynius in textu correxit.] *πέλει* aliqui ap. Schmid. nescio qui. 110. *τόν γε* Bodl. C. *τὸν ποτιέρποντα* Ald. quod Pindaricum est. 112. *Δεινομένῃ* scribit Ald. *καὶ περὶ Δεινομένην* Cod. Aug. 113. *πείθεό μοι* Choriambus pro Paeone quarto, qui requirebatur. Forte fuit *πίθεό μοι*, quod et Mingarell. coniiciebat. [Sic Heynius in textu correxit.] v. ad 191. 118. *κλεινὰν* Aug. Cod.

109. *Similiter vtinam* — Redit ad 88. 89. *καιρὸν διδούς*, *euentum*, qui ab *temporum opportunitate* pendet. cf. Nem. VIII, 6.

116. [*ἔπειτα*, *post ista:* vt solet poeta ad alia procedere. Vix bene pro *ὕστερον*, olim. *Ex Schedis.*] *Αἴτνας βασιλεῖ*. Pergit nunc poeta, quod toties facere solet, paucis versibus diversorum laudes complexus, ad Iouem celebrandum; vnde inf. 130. *Ζεῦ, τέλει.* Iam *τῷ* v. 118. intellige, *Ioui Aetnaeo*, *cui nouam vrbem condidit et dedicavit Hiero: et quidem legibus et institutis Doriensium.*

120. Aetnae coloni Dorici erant generis, Geloi, Megaren-

Ἐν νόμοις ἔκτισσε. θέλοντι δὲ Παμφύλου
Καὶ μὰν Ἡρακλειδᾶν ἔκγονοι,
Ὄχθαις ὕπο Ταϋγέτου ναίοντες, αἰ-
εὶ μένειν τεθμοῖσιν ἐν Αἰγιμιοῦ
Δωριῆς. ἔσχον δ' Ἀμύκλας ὄλβιοι,
Πινδόθεν ὀρνύμενοι,
Λευκοπώλων Τυνδαριδᾶν βαθύδο-
ξοι γείτονες, ὧν κλέος ἄν-
θησεν αἰχμᾶς.

[121. ἔκτισσ'. ἐθέλοντι Boeckh. Comment. p. XXVIII. *Ex Schedis.*] 125. *Δωριῆς*, quae apertior Dorica ratio, Rom. et al. *Δωριῇς* ex Ald. repetitum.

ses et Syracusani; arcessiti quoque aduenae erant alii e Peloponneso ad quinque millia: Diod. XI, 49. Iis relictae *leges patriae et instituta Doriensium* (de quibus disertius actum in *Opusc. acad.* To. II. p. 217 sq.). Ab *Hyllo*, Herculis filio, tanquam primo duce Doriensium in Peloponnesum incursantium, etsi ille caesus ab Echemo Arcadum rege, et dilatus fuit reditus in L annos, appellantur nunc *leges* Doriensium *νόμοι Ὕλλιδος στάθμας*: et mox eaedem *leges Aegimii*, *Αἰγιμιοῦ τεθμοί*: et appellantur Dorienses *posteri Pamphyli et Heraclidarum*; scilicet fuit *Aegimius* inter generis Dorici maiores: cuius filii *Pamphylus* et *Dymas* profectioni in Peloponnesum interfuerunt. v. Apollod. II, 8, 3. extr. vbi cf. Not. p. 515. add. inf. Pyth. V, 96. Nacti erant posteri sedes in Laconica et *Amyclas* obtinuerant.

In v. 123. enallage temporis est, res praeterita tanquam praesens, *ναίοντες*, *qui olim habitarunt*, *οἱ νασάμενοι*. [immo, qui habitant, postquam venerunt. *Ex Schedis.*] Etiam *ἔσχον* vi plusquamperfecti: nam ad colonorum, qui ex Peloponneso venerant, maiores hoc spectat. Saepe hoc animo tenendum erat; vt Nem. IX, 130. *φεῦγε*, *fugerat*.

A. δ'. K. ιβ'.

Ζεῦ, τέλει αἰεὶ δὲ τοιαύ-
ταν Ἀμένα παρ' ὕδωρ
Αἶσαν ἀστοῖς καὶ βασιλεῦ-
σιν διακρίνειν ἔτυμον λόγον ἀνθρώπων.

130. *Ζεῦ τέλει'*, omnes vett. edd. nisi quod Crat. *Ζεῦ, τέλει' αἰεὶ δέ.* nec excidit apostrophus nisi in Pauli Stephani edd. incuria, puto. Idem tamen est, *τέλει* an *τέλει'* scribas; nam est *τελέω* et *τελείω.* Supplet Schmidius: *Ζεῦ τέλει ταῦτα ἃ αἰτῶ.* Ita vero sequentia laborant; nec videntur *Ζεῦ τέλει* ad superiora spectare; nullae enim preces antecesserunt. Necesse adeo ad seqq. referre. Sed tum *δὲ* retrahendum est, fitque traiectio dura pro *τέλει δὲ αἰεὶ τ.* Ita sane praestat scribere *γε*, quod iam Pauw maluit. Nec tamen ita res est expedita: duplex enim accusatiuus, qui sequitur, ambiguum facit, vtrum sit subiectum: num *αἶσα διακρίνει λόγον*, an *λόγος διακρίνει αἶσαν?* Vtraque ratio durissima est. Praestat priorem sequi: *fac, vt conditio populi Aetnaei et regum talis sit, vt constituat verum nomen, veram famam* (Dorici instituti), *laudem*, (vt saepe *λόγος* in Pindaro) *inter homines;* h. fac, vt Aetnaei dicantur vere frui Doricis institutis; vt sit pro: *τέλει, τοὺς ἀνθρώπους λέγειν ἐτύμως, (ἀληθῶς) τοιαύτην αἶσαν* (Doricam) *ἀστῶν καὶ βασιλέων διακριθῆναι, constitutam esse.* Esset tertia ratio, vt interpungatur post *βασιλεῦσιν*, sicque fieret, *τέλει τοιαύταν αἶσαν ἀστοῖς καὶ βασιλεῦσιν, (ὥστε αὐτοὺς) διακρίνειν ἔτυμον λόγον ἀνθρώπων: hanc conditionem (fortunam) semper praesta ciuibus et principibus, seu regibus, vt iustitiam colant. ἔτυμος λόγος, δίκαιος λόγος, διακρίνειν τὰ δίκαια*, nota sunt. Egerat autem in superioribus de legibus Doricis, ad quas vrbs noua temperata fuerat. v. 120 sqq. Incommodum tamen in hanc sententiam est voc. *ἀνθρώπων.* 131. *Ἀμενάου* Bodl. C. Amenanum Strabo appellauit lib. V. p. 240. B. et sic in numis Catanaeorum. Ab hoc tamen loco Ionica forma aliena. Vt *Μενέλαος* et *Μενέλας*, similiterque multa alia: sic et *Ἀμέναος* et *Ἀμένας.*

130-6. Locus impeditus, in quo expediendo nec olim feliciter versatus sum, nec nunc satisfacio. Sensum sic satis aptum esse video: *Iupiter, fac, vt Aetnaea ciuitas vere Dorien-*

Σύν τοί τίν κεν ἁγητὴρ ἀνὴρ
Υἱῷ τ' ἐπιτελλόμενος δᾶμόν τε γέ-
ρων τράποι σύμφωνον ἐφ' ἁσυχίαν.
Λίσσομαι, νεῦσον, Κρονίων, ἅμερον

134. *τίς κεν* Aug. male. Vix mihi persuaderi patiar, *κακόφωνα* haec monosyllaba a Pindaro profecta esse *Σύν τοί τίν κεν.* Etsi sententia bona est: *σύν τιν*, *te*, Ioue, *adiuuante*, tuo numine, *τοί*, *sane*, *ἡγητὴρ — τράποι κεν.* Necdum tamen vidi melius. Coniiciebam: *σὺν τοῖσίν κεν — ἐπιτελλόμενος*, *commune cum iis* (populo et filio) *imperium tenens.* *ἀγιστὴρ* Bodl. C. et Ald. 135. Haerent in *υἱῷ τ' ἐπιτελλόμενος* Schmidius et Pauwius. Alter *ἐπιτελλόμενος ἀγητήρ τε* iungit, vt sit *dux exortus.* Nihil vidi durius. Alter *υἱὸν* legit, nempe vt cum *τράποι* iungatur; (nam cum *ἐπιτελλόμενος* iungi nequit, quod requirit casum tertium). Et hoc praeferendum: *ἀνὴρ ἡγητὴρ ἐπιτελλόμενος τράποι υἱόν τε δᾶμόν τε ἐφ' ἁσυχίαν σύμφωνον.* Videtur enim Hiero filium Dinomenem nouae coloniae praefecisse, vt ipse olim a fratre Gelone Gelae, Thrasydaeus a patre Therone, tyranno Agrigentino, Himerae, praefecti fuerant [cf. Aristotel. de Rep. V, 10. p. 306. E. *Ex Schedis.*]: filium adeo in potestate retinere sibique certa ratione obnoxium habere et potuit et debuit. Obuia est caussa, cur *υἱὸν* abierit in *υἱῷ*, propter *ἐπιτελλόμενος.* 135. *δᾶμόν τε γεραί-* 136. *ρων* Ald. *δᾶμόν τε γε-ραίρων* Rom. et ceterae edd. quas metrum refellit; nisi *δᾶμον γεραί-ρων τρ.* legas. Sed nullo modo commoda exit sententia, etiamsi iungas: *filio praecipiens eumque honorans tradat ei populum*, si vel maxime *τράποι* pro *ἐπιτράποι* dictum velis: quod tamen improbo, est enim: *ad concordiam et tranquillitatem animos conuertere.* Itaque paruit Schmidius correctioni Ceporini in Cratandrina: *γέ-ρων.* 136. *τρέποι* Bodl. *γ.* porro *ἐφ'* exciderat Rom. *ἐς ἡσυχ.* Aug. *ἡσυχίαν* vulgo.

sium institutis vti dicatur. Sed haec ex verbis extorquenda sunt fidiculis: vt saepe vidimus sententias satis probabiles ex Pindaro elici, vno et altero verbo tanquam in consilium adhibito, reliquis tacentibus. Mox v. 134.

σὺν τοί τίν κεν: hiulcum hoc vix a Pindaro proficisci potuit. Coniicere licet multa: verum hariolari non est emendare, neo interpretari.

137 sq. *ἰδὼν* ad Iouem referunt Scholia; mihi videbatur

Ὄφρα κατ' οἶκον ὁ Φοί-
νιξ, ὁ Τυρσανῶν τ' ἀλαλατὸς ἔχῃ,
Ναυσίστονον ὕβριν ἰδὼν,
Τὰν πρὸ Κύμας·

E. δ'. K. ιέ.

Οἷα Συρακοσίων ἀρ-
χῷ δαμασθέντες πάθον,

142. Συρακοσίων metro monente emendauit Schmidius pro -ου. 143. δαμασθὲν super adscripto δὲ Bodl. γ. Post πάθον interpunxisse videtur Scholiastes et iunxisse: Ὠκυπ. ἀ. ναῶν Ὅς σφιν etc. et praeferendum hoc prae altero: πάθον ὠ. ἀπὸ ναῶν.

hoc otiosum esse; at hostes a noua expeditione deterreri possunt recordatione cladis prioris acceptae. ὁ Φοίνιξ, ὁ Τυρσανῶν τ' ἀλαλατὸς dictus pro *copiis naualibus et terrestribus Carthaginiensium et Etruscorum;* eae *viderant* cladem ad Cumas acceptam.

140. 1. ὕβριν pro ἧτταν dixit. Gelonis et Hieronis res gestas in h. l. confundebant veteres et recentiores interpretes. In v. 139—141. respiciuntur soli Etrusci Cumanos bello aggressi victique ab Hierone, qui Cumanis auxilia misit, nauali proelio Ol. 76, 3. v. Diodor. XI, 51. At in seqq. simul ad Carthaginienses, et ad hos mox solos, oratio est conuersa, victos ad Himeram fl. simul classe incensa a Gelone, fratribus operam coniunctam praestantibus, Ol. 75, 1. eodem anno et die, quo pugna Salaminia facta. vid. Herodot. VII, 165 sqq. Diodor. XI, 20 sqq. et Schol. h. l. ex Ephoro.

142. οἷα coniunctum esse debebat cum antecedentibus; nunc sunt diuersa. Suspicabar, copulam excidisse: οἷα Συρακοσίων τ' ἀρ-χῷ (pro ὑπ' ἀρχοῦ, a Gelone) δαμασθέντες (Poeni) πάθον· ὠκυπόρων ἀπὸ ναῶν ὅς σφιν etc. vt sequentia penderent a superioribus: ὄφρα ὁ ἀλαλητὸς ἰδὼν ὕβριν, οἷά τε πάθον. Videbatur mihi hoc lyrico conuenientissimum esse, qui idem plura ac diuersa cumulata breuibus complecti, structuram autem mutare et in diuersis membris nouare solet. Sed in hoc

Ὠκυπόρων ἀπὸ ναῶν
Ὅς σφιν ἐν πόντῳ βάλεθ' ἁλικίαν,
Ἑλλάδ' ἐξέλκων βαρείας
Δουλίας. αἱρέομαι
Πὰρ μὲν Σαλαμῖνος Ἀθηναίων χάριν
Μισθόν· ἐν Σπάρτᾳ δ' ἐρέω

147. Pro *αἱρέομαι* temerario conatu Schmidius *ἑλέομαι* rescripserat a Metrico deceptus. Versus est trochaicus dimeter brachycatalectus. v. Pauw ad v. 30. Pro trochaeo spondeus locum occupat. Aldus, quod nemo obseruat, exhibet: *δουλίας* (hoc metro conuenit pro vulg. *δουλείας*). *ἀρέομαι τὰν*- vitiose tamen, nec quicquam profeceris, si *ἀρέομαι*, ab *ἀρέω*, vnde *ἀρέσασθαι* Homericum procedit, deducas. Mingarellus emendabat *ἐρέομαι*, habens forte in animo sup. Ol. VIII, 75. *ἐρέω ταυτὰν χάριν*. At sequitur statim v. 49. *ἐρέω*. Dawes Misc. crit. p. 55. probante Vauvilliers ad Sophocl. Ajac. 77. *ἀρέομαι*, quod Atticis est *ἀροῦμαι*. Id vero est ab *αἴρω*. *αἴρεσθαι μισθὸν* notum est ex Iliad. XII, 435. At enim aliena est ab h. l. significatio. Non *accipit* h. l. *mercedem* poeta, sed *laudem probat*, celebrat. Itaque acquiesco in *αἱρέομαι*, quod est *probo, ego mihi sumo*. 149. *ἐρέω τὰν* Ald. Rom. et rel. Sustulit *τὰν* metro obsequutus Schmidius. *δ' αὖ ἐρέω* Bodl. *γ*. quod et ipsum respuit metrum.

nemini meum sensum obtrudo. Ad rem conf. Nem. XI. 66 sqq. *ἀλαλητὸς* v. 139. pro exercitu poni, nihil habere potest, quod mirationem faciat; est perpetuum hoc poetarum, vt *θόρυβον, κλόνον, κυδοιμὸν*, et similia, *ἀλαλὰν* inf. Nem. III, 104. pro pugna et pro acie pugnantium memorent.

[145. mersis nauibus. *Ex Schedis.*]

147 sqq. *Ἀθηναίων μισθὸν αἱρέομαι χάριν (τὴν) πὰρ Σαλαμῖνος*, *Atheniensium laudem* (si Atheniensium laus mihi celebranda est) *praefero* (*αἱρέομαι*, prae omnibus aliis laudo) *decus* (*χάριν*) *ex pugna ad Salaminem* [l. *αἱρ. χάριν, μισθὸν παρὰ Σ. praemium virtutis ad S. Ex Schedis.*]; *Spartanorum vero* (*ἐν Σπάρτᾳ*, pro *τῶν Σπαρτιατῶν*) *celebrabo pugnam ad Plataeas; at Dinomenis liberis a pugna ad Himeram laudes sunt petendae.* cf. V. L. *μισθὸν* dixit pro praemio, laude ex victoria; vt Nem. VII, 39. cf. Isthm. I, 71 sq. Sic aliquoties *ἄποινα*.

Πρὸ Κιθαιρῶνος μάχαν·
Ταῖσι Μῆδοι μὲν κάμον ἀγκυλότοξοι·
Παρὰ δὲ τὰν εὔυδρον ἀκτὰν
Ἱμέρα, παίδεσσιν ὕμνον
Δεινομένευς τελέσαις,
Τὸν ἐδέξαντ᾽ ἀμφ᾽ ἀρετᾷ,
Πολεμίων ἀνδρῶν καμόντων.

Σ. έ. Κ. ιβ΄.

Καιρὸν εἰ φθέγξαιο, πόλλων
Πείρατα συντανύσαις

151. *Μῆδοι μὲν* ex Bodl. C. receperunt Oxonienses; poterat relinqui vulgatum: *Μήδειοι.* Referendum autem ad sensum, de duplici victoria, non grammatice exigendum, *ταῖσιν.* 152. *παρὰ δὲ τὰν* idem Bodl. C. Adscitum erat e Rom. *πὰρ δέ,* vt trochaeus procedat, pro quo in vulgari lectione dactylus *πὰρ δέ γε* erat. At v. inf. ad v. 191. 154. *Δεινομένεος* Rom. et sqq. relicto Aldo cum Bodl. γ, *Δεινομένευς.* Mox post *αἱρέομαι* et *ἐρέω* expectabam *τελέσαιμι.* *Ad Himeram autem Dinomenis filiis* (Geloni, Hieroni, Polyzelo, Thrasybulo) *laudem,* (carmen encomiasticum) *quam hostibus victis virtute sua consequuti sunt, pertexam.* [Gurlitt. *persoluam.* P. II, 24. *Ex Schedis.*] et iam Pauwium coniectasse video: *τέλεσαι-μ᾽, ὃν ἐδέξαντ᾽ —.* At *τελέσαις* non bene tentatur. Aut enim vniuerse dixit secunda persona, pro *τελέσαι ἄν τις,* vti statim v. 157. *εἰ φθέγξαιο,* aut vt se ipsum alloquatur, vt saepe facit. Durius esset referre ad *ἐρέω τελέσας.* Similis locus est Nem. IX, 92 sqq. 157. *καιρὸν,* erit subintelligendum, *κατὰ καιρόν,* quod sane durum. Malit Mingarell. *καιρῷ* vel *καίρι᾽ εἰ φθ.* 158. *συνταν́ύσας* communi forma Ald. cum binis Bodl.

157 seqq. Sententiarum ordo sic decurrere videtur: *Laudes adhuc Hieronis percurri; molestas quidem auditu inuidis; enimuero summa breuitate vsus sum.* Hac se, insigni cum arte, vti, poeta aliquoties declarat: v. Pyth. IV, 439 sqq. IX, 133 sqq. qui locus prorsus cum hoc convenit. cf. Nem. IV, 63-66. X, 55 sq. Pyth. VIII, 40 sq. Ait adeo *γνωμικῶς: si breuiter, καὶ-*

Ἐν βραχεῖ, μείων ἕπεται
Μῶμος ἀνθρώπων. ἀπὸ γὰρ κόρος ἀμβλύνει
Αἰανὴς ταχείας ἀπάδις.
Ἀστῶν δ' ἀκοὰ κρύφιον θυμὸν βαρύ-
νει μάλιστ' ἐσλοῖσιν ἐπ' ἀλλοτρίοις.
Ἀλλ' ὅμως, κρέσσων γὰρ οἰκτιρμῶν φθόνος,
Μὴ παρίει καλά, νώ-

159. Laudat Eustath. p. 610. *μείων λόγος.* memoriter. an *ψόγος* voluit? quod tamen metrum respuit. 161. De *αἰανής*, quod et IV, 424. occurrit, et *αἰανὸς* [Soph. Aj. 681. *Ex Schedis.*], h. e. *αἰνός*, vid. praeter Stephanum Hesych. h. v. Sed *ἀπάδις* laborare videtur: etsi id pro *ἀπάδιας* dictum dicas. Deberet ita, puto, ex *ἦδις*, *ἀφῆδις* ductum id esse, de quo nil constat. *Πραπίδας* metrum respuit, etsi Scholia per *διανοίας* explicant. Itaque Pauwius delabitur ad *ἧπαρ*, Homero pro mente frequentatum, vt forte hoc idem *ἧπας* vel *ἧπις* pronuntiatum fuerit, et coniicit: *ἁπάδας* vel *ἁπίδας*. Equidem recte coniectasse Pauwium censeo, sed pronuntiandum esse dorice, *ἆπίδας* [Aeschyl. Suppl. 95. *Ex Schedis.*], *praecordia.* [Emendationem suam esse dicit Hermann. de Dial. Pind. p. XVII. *Ex Schedis.*] Nec *πραπίδες* aliam originem habere videntur, quam quod fuit *παρὰ τὰς ἀπίδας.* Aldina exhibet *ἐλπίδας* cum Pal. C. et Aug. binisque Bodleianis: quod placebat Mingarello. [Probat Gurlitt. pro *διανοίας.* vt P. II, 89. I. II, 64. *Ex Schedis.*] Goes. conj. *ὄπιδας*, *nimia laus prouidam curam retardat.* Sed peccat prima in *ὄπιδας* in metrum. 164. *οἰκτιρμὸς* Bodl. C. *οἰκτιρμοῦ* Gott. Versum exprimit Palladas in Anal. Brunck. T. II. p. 433, 114. 165. *μὴ παριεὶς* Schmidius e conj. interpolauerat, tantum vt planiorem orationem redderet. Id vero quis in Lyrico ita curet, vt lectionem mutet?

ρίως, laudes celebraueris, complexus potissima capita paucis; minus faciunt illae inuidiam. Contra vero fastidium molestum (productae laudis) *obtundit animos,* offendit.

162. Ordo verborum: *Ἀστῶν δὲ μάλιστα θυμὸν βαρύνει ἀκοὰ ἐπ' ἀλλοτρίοις ἐσλοῖς κρυφίως,* pro quo *θυμὸν κρύφιον.* vulgare erat *ἀκοὰ ἐσθλῶν ἀλλοτρίων.* [*fama.* Gurlitt. *Vorzüge, die ihm fremd sind.* et *μάλιστα ἐπ' ἀ. ἐσλ.* iungit. *Ex Schedis.*]

165. Poeta commendat iustitiae et veritatis studium. *καλὰ* sunt studia honesta, h. e. laudum. — 167. Durissimus tro-

μα δικαίῳ πηδαλίῳ στρατόν. ἀ-
ψευδεῖ δὲ πρὸς ἄκμονι χάλ-
κευε γλῶσσαν.

Α. έ. Κ. ιβ'.

Εἴ τι καὶ φλαῦρον παραιθύσ-
σει, μέγα τοι φέρεται
Πὰρ σέθεν. πολλῶν ταμίας
Ἐσσί· πολλοὶ μάρτυρες ἀμφοτέροις πιστοί.
Εὐανθεῖ δ' ἐν ὀργᾷ παρμένων,
Εἴπερ τι φιλεῖς ἀκοὰν ἁδεῖαν ἀ-
εὶ κλύειν, μὴ κάμνε λίαν δαπάναις·
Ἐξίει δ' ὥσπερ κυβερνάτας ἀνὴρ
Ἱστίον ἀνεμόεν.

171. *πὰρ σέθεν.* Mingarellus malit *τὸ πῦρ σέθεν.* 176. *ἐξιεὶς* hic malit Pauw, vt iungantur cum seqq. Ita esset: *Sis splendidus, sed ita vt isto splendore* (sumtu in eum facto) *non cogaris sordida lucra captare, quo splendori satisfacias.* Verius sententiae disiunctae sunt. Porro *ὥστε* vulgg. inuito metro: quod Schmid. ex August. Cod. mutauit in *ὥσπερ.* 177. Pro *ἀνεμόεν* MS. Bodl. *ἀμπετάσας* ex glossa; nam et Aldus: *Ἱστίον ἀνεμόεν πετάσας.*

pus! *acue linguam* ad vera dicenda. Pro hoc: *in incude veritatis procude verba vera.* [vt *cudere versus.* Gurlitt. incidit in *tela* a poeta emitti solita: sed tum laudes. *Ex Schedis.*] De his v. dicta ad Ol. VI, 142.

169. *παραιθύσσει* videtur adhuc ad eandem metaphoram spectare, a scintillis petitum, quae cudendo ferro emicant: nisi hoc nimis acute dictum est. Potest tamen esse vel *εἴ τι φλύαρον παραιθύσσει πὰρ σέθεν,* vel *εἰ ἡ γλῶσσα παραιθύσσει τι,* transitiue, vt Ol. X, 88. 89. *μέγα φέρεται, πὰρ σέθεν, quia a te profectum illud est.* Desciuerat autem Hiero ab candore et integritate fratris Gelonis: Diod. XI, 67. Inde 172. *ἀμφοτέροις, veris et falsis,* ex vss. 165 et 169. nam *φλύαρον* vi oppositi est pro *ψεῦδος.* [melius pro *εὐτελές. Ex Schedis.*]

[173. praeclarae tuae indoli obsequendo. *τοῖς ἐγγενέσιν ἤθεσι, τῷ τρόπῳ,* animo liberali. *ὀργὴ* sic P. IX, 76. et ap. Herodot. v. Gurlitt. *Ex Schedis.*]

Μὴ δολωθῇς, ὦ φίλε, κέρδεσιν εὐ-
τραπέλοις. Ὀπιθόμβροτον αὔ-
χημα δόξας

Ε. ε. Κ. ιέ.

Οἷον ἀποιχομένων ἀν-
δρῶν δίαιταν μανύει
Καὶ λογίοις καὶ ἀοιδοῖς·

178. ὦ exciderat Rom. in qua versus sic constitutus: *μὴ δολωθῇς φίλε κέρδεσιν εὔτρα-πέλοις.* claudicante metro: eamque sequuntur edd. vulgg. Schmidius vidit vitium et, vt Aldina expressum habet, legere iubet: *μὴ δολωθῇς, ὦ φίλε, κέρδεσιν εὐ-τραπέλοις.* et consentit Pal. C. Aug. Bodl. C. et Gott. Oxonienses tamen dederunt ὦ *φίλε, εὐτραπέλοις κέρδεσσ'* ex Bodl. *γ.* in quo turpis est hiatus. Itaque ad Aldinam et codd. lectionem redii. 179. *ὀπιστόμβροτον* Ald. Rom. Crat. quod Brubachiana coepit mutare in *ὀπισθόμβ.* Recte emendauit Schmidius: est enim *ὄπιθεν* pro *ὄπισθεν.* At Bodl. C. deprauatius: *ὀπισόβροτον.*

178. Monet poeta Hieronem, ne adulatorum vocibus aures praebeat. v. 179. *κέρδη* non sunt de lucro, sed, quod iam monuere viri docti, de adulatorum, qui *εὐτράπελοι*, *faceti* ipsi sunt, fraudibus intelligenda. [*εὐτράπελος*, *gewandt.* pr. de corpore agili. *Ex Schedis.*] Concinit Diod. XI, 67. *Qui successerat Geloni, Hiero fratrum natu maximus, non eandem imperandi rationem sequutus est: ἦν γὰρ φιλάργυρος καὶ βίαιος, καὶ καθόλου τῆς ἁπλότητος καὶ καλοκἀγαθίας τἀδελφοῦ ἀλλοτριώτατος.* [Cf. Aristotel. de Rep. V, 11, 10. *Ex Schedis.*] Lucem hinc fenerantur et alia loca Pyth. II. et III. Duplici autem modo sententia constitui potest; aut sic: *Noli te pati circumueniri fraudulentis adulatorum blanditiis,* laudibus. Non adulatorum voces, sed *gloria post mortem superstes, a poetis et historicis tradita, declarat posteris, qualis aliquis fuerit.* Ita accipiendum (*ἐν*) *λογίοις καὶ ἀοιδοῖς* ex perpetuo more pro *διὰ λογίων κ. ἀ.* Sunt autem *λόγιοι* historici, puto. Etiam sic N. VI, 51. Commentator sententiae est Diodor. XI, 38.

Οὐ φθίνει Κροίσου φιλόφρων ἀρετά.
Τὸν δὲ ταύρῳ χαλκέῳ καυ-
τῆρα νηλέα νόον
Ἐχθρὰ Φάλαριν κατέχει παντᾶ φάτις.
Οὐδέ μιν φόρμιγγες ὑπω-
ρόφιαι κοινωνίαν
Μαλθακὰν παίδων ὀάροισι δέχονται.
Τὸ δὲ παθεῖν εὖ, πρῶτον ἄθλων·

184. *φθινεῖ* malit Schmidius, vt prior corripiatur. Fieri tamen idem in *φθίνει*, monet Pauwius. Scilicet post Homerum *φθίνω* priore correpta vsu habitum, vt ap. Tragicos; v. c. Eurip. Alc. 201. *ζητῶν· φθίνει γὰρ καὶ μαραίνεται νόσῳ.* Etiam noster corripit sic inf. IV, 471. V, 161. 187. *αἰσχρὰ-φήμη* Schol. seu ex glossa seu varietate scripturae. 191. Qui vulgo legitur versus, *εὖ δὲ παθεῖν, τὸ πρ. ἄ.* a Schmidio, male de metro sollicito, est concinnatus. Librorum et vett. edd. lectio est: *τὸ δὲ παθεῖν εὖ, πρῶτον ἀέθλων*, proba, etiam Pauwio iudice. *ἄθλων* ta-

Ex altera ratione, si *λογίοις καὶ ἀοιδοῖς* tertius casus sit, quibus traduntur a fama mortuorum regum laudes, sententia exoritur haec: *vt ea post mortem demum ad poetas et historicos perueniat, iisque declaret, qualis vita regum fuerit.* Haec interpretatio molestior est, et hoc quoque incommodi habet, quod et *viuentes* reges ab historicis et poetis celebrari possunt et celebrantur. [Contra Gurlitt. *Ex Schedis.*]

184. *Croesus adhuc laudatur propter beneuolentiam et facilitatem.* Videntur hospites eum adiisse plures, exemplo Solonis; et forte eodem spectant munera per vrbes et templa Graeciae ab eo dedicata.

188-190. In carminibus iuvenum inter epulas cani solitis nulla Phalaridis fit mentio. *κοινωνίαν· οὐ δέχονταί μιν κοινωνόν*, quatenus non admittunt eius nomen in carmine, nec adiungunt aliis quos celebrant; adeoque omnino non eum memorant. *μαλθακὰν, suauem,* (*ἐν*) *παίδων ὀάροισι*, *cantibus inter epulas.* hinc epitheton *ὑπωρόφιαι.*

191. *Bonum successum habere* [*εὖ πράττειν. Ex Schedis.*] *prima est felicitas.* *ἄθλον*, *praemium, bonum. Praeclare facto-*

Εὖ δ' ἀκούειν, δευτέρα μοῖ-
ρ'. ἀμφοτέροισι δ' ἀνὴρ
Ὃς ἂν ἐγκύρσῃ, καὶ ἕλῃ,
Στέφανον ὕψιστον δέδεκται.

men refingere possis: vt etiam Bodl. γ. exhibet. Scilicet non obseruatum erat a viris doctis, Mingarello excepto, primum pedem in hoc versu esse Paeonem quartum; quod v. 74. docere poterat; itaque male corrupti fuerunt vss. 113. 152. add. 55. 74.

rum laudatores habere proxima felicitas. *εὖ παθεῖν:* conf. ad Pyth. III, 186. Sententia et ab aliis expressa: forte ante oculos locus fuit Euripidi Hippol. 1016 sq.

[194. ἕλῃ. l. vicerit, l. consequutus fuerit. *Ex Schedis.*]

ΠΥΘΙΑ

εἶδος β'.

ΤΩι ΑΥΤΩι ἹΕΡΩΝΙ

ἅρματι.

Argumentum.

Ad Syracusas conuersus poeta se eis hymnum ferre propter Hieronis victoriam curulem nuntiat — 23. deberi Hieroni hymnum propter summa viri merita: quod illustrat antiquo Ixionis dicto, qui ingrati animi poenas luit. Inde a v. 89. sententias subiungit, quibus narrationem firmet, et a v. 96. se ab opprobrio maledicentiae in heroem purgat. Inde v. 101. ad Hieronis laudes progreditur: contigisse ei sapientiam cum virtutis et fortunae bonis. A v. 125. bona consilia et monita subiungit.

Σ. ά. Κ. ιέ.

Μεγαλοπόλιες ὦ Συρά-
κοσαι, βαθυπολέμου

Quibus ludis victoria haec curulis, nam curulem fuisse dubitari nequit, parta fuerit, disputant grammatici ad v. 9. [Prius in festis epulis in vrbe Aetna, deinde Syracusis celebratam esse opinatur Kuithan *Versuch* p. 16. Ad Olympicam refert Gurlitt. nam aliquam obtinuisse narrat Pausanias I, 8. et Ol. I, 176. pollicetur. *Ex Schedis.*] Ex voc. πώλους v. 19. nolim argumentum petere; nam poetice pro ἵπποις omnino dicitur saepe. Constat certe inter eos, Pythicam non fuisse, et carmen

Τέμενος Ἄρεος, ἀνδρῶν
Ἵππων τε σιδαροχαρμᾶν
Δαιμόνιαι τροφοί·
Ὕμμιν τόδε τᾶν λιπαρᾶν ἀπὸ Θηβᾶν
Φέρων μέλος ἔρχομαι

4. *ἵππων τε σιδαροχαρμᾶν.* Debet hoc esse ex ὁ σιδαροχάρμης, adeoque ἵππων ab οἱ ἵπποι, non ab αἱ ἵπποι. 6. *λιπαρᾶν ἀπ' Ἀθηνᾶν* (deb. saltem Ἀθανᾶν) olim emendauerat Dionysius Phaselites, quod non Pythiis, sed in Panathenaeis victori Hieroni scripta esse prodebatur a nonnullis haec Ode. v. Schol. ad v. 1. Perperam. Nam missum a Pindaro Thebis. *ὕμμιν* Oxon. ex ed. Commelin. cett. *ὔμμιν*. Aeolice s. Dorice. 7. *μέλος — ἀγγελίαν* pro τὸ ἀγγέλλον.

aliunde alieno loco esse insertum. Thebis fuisse missum carmen ἐπιστολιμαῖον, e v. 6 et 125. intelligitur; cuius generis tamen fuere plura in hoc ipso volumine. Quam idoneum tale carminis genus sit lyricae poesi, equidem non dicam. Inter ἐγκώμια fuisse suspicetur aliquis ex v. 24 sqq. Ad v. 127. ὑπορχηματικὸν facit Grammaticus; fuere autem Pindari ὑπορχήματα: vid. Fragmenta p. 26 sqq. et p. 7. Ipse poeta *Καστόρειον* appellat v. 127. quod nomen aeque obscurum est, et probabile fit, nihil aliud significare quam ἱππικόν. Ol. I, 165. ἱππικῷ νόμῳ. cf. Pyth. XII, 92. Isthm. I, 21. ἢ *Καστορείῳ* ἢ *Ἰολάου ὕμνῳ*. Non enim eo modo licet accipere, quo τὸ *Καστόρειον μέλος* dictum fuit apud Lacedaemonios, quod ad rhythmum ἐμβατήριον est referendum: carmen quod canebatur instante proelio. Apud Plutarch. in Lycurgo p. 53. proelio iam committendo rex iubet τοὺς αὐλητὰς αὐλεῖν τὸ *Καστόρειον μέλος*. v. eund. de Musica Opp. T. II. p. 1140. C. Pollux IV, 78. cf. Klotz ad Tyrtaeum p. 166. Omnino in Hieronem carmina fuere Pindari plura: vt nolim ariolando otium perdere. v. Fragmenta p. 7 sqq.

3. Syracusae *τέμενος Ἄρεος*, non, puto, quia in Martis tutela erant, aut eius cultu insignes; sed simpliciter, quia bellicosi erant Syracusani; vt de Locris Ol. X, 19. *μέλει δέ σφισι χάλκεος Ἄρης*.

Ἀγγελίαν τετραορίας ἐλελίχθονος·
Εὐάρματος Ἱέρων ἐν ᾇ κρατέων
Τηλαυγέσιν ἀνέδησεν Ὀρ-
τυγίαν στεφάνοις,
Ποταμίας ἕδος Ἀρτέμιδος·
Τᾶς οὐκ ἄτερ κείνας ἀγαναῖσιν ἐν
Χερσὶ ποικιλανίους
Ἐδάμασσε πώλους.

Α. ά. Κ. ιέ.

Ἐπὶ γὰρ ἰοχέαιρα παρ-
θένος χερὶ διδύμᾳ,
Ὅ τ' ἐναγώνιος Ἑρμᾶς,
Αἰγλᾶντα τίθησι κόσμον,
Ξεστὸν ὅταν δίφρον

13. *κείνας — πώλους.* Suspicari in promtu est, fuisse *κλειvάς.* 17. *χερὶ* repetiit ex Ald. Schmid. Alii *χειρὶ*, quod Iambicum metrum respuit. *διδύμα* Ald. Rom. et al. vt Diana sit *διδύμη.* minus bene. 20. Mingarell. conj. *ὅτ' ἐν δίφρον ἔν θ'.*

12. *Ortygiam* insulam *ποταμίας ἕδος Ἀρτέμιδος.* nam Dianae fuit ea insula sacra, Diod. V, 3. vnde Ortygia Nymphas inter Dianae inf. Nem. I, 3. Et erat Dianae templum in insula: v. ap. Doruill. Sicul. p. 196 sq. *ποταμίας, τῆς Ἀλφειώας* ait Schol. — Noti sunt amores Alphei Peloponnesii fl. et Arethusae fontis Ortygiae. Diana Alpheaea colebatur in Elide, Paus. VI, 22. Ambit tamen insulam Anapus fluuius.

Quod v. 16 sq. Diana, Mercurius et Neptunus quadrigas ad certamen adornant, vt ad Isthmia hoc trahatur, vellem esse aliquid, quod cogat ita statuere; etsi et in templo Neptuni Isthmii signa eorum deorum memorantur ap. Paus. II, 2. At bene Diana memorata est, quia eius templum in Ortygia erat; Mercurius propter certamina, vnde *ἐναγώνιος* dictus, et Neptunus propter equos domitos, vt toties: Pyth. VI, 49 sq. Ol. V, 49.

Ἔν θ' ἅρματα πεισιχάλινα καταζευ-
γνύῃ σθένος ἵππιον,
Ὀρσοτρίαιναν εὐρυβίαν καλέων θεόν.
Ἄλλοις δέ τις ἐτέλεσσεν ἄλλος ἀνὴρ
Εὐαχέα βασιλεῦσιν ὕ-
μνον, ἄποιν' ἀρετᾶς.
Κελαδέοντι μὲν ἀμφὶ Κινύ-
ραν πολλάκις φᾶμαι Κυπρίων, τὸν ὁ

21. *ἅρματα* post *δίφρον* displicent Pauwio: emendat itaque *ἕρματα*, vt haec sint *ζυγὰ* et lora: quem tamen significatum aliunde non firmat, nisi quod ait, polysemon esse vocem et ab *εἴρω* ductam. Multa argutantur Scholia; est in his: *ὅταν καταζευγνύῃ σθένος ἵππειον* (h. *τοὺς ἵππους*) *ἐν δίφρον ξεστὸν ἅρματά τε πεισιχάλινα*, vt *ἐν* aeolice et dorice pro *εἰς* (*ἐνς*, vnde factum *ἐς*, mox productum *εἰς*, et *ἐν*) posita sit. Exempla laudant Maittaire de dialectis et Koen. ad Gregor. Corinth. p. 163. Eustath. in Il. ρ, p. 722. 6. Salmas. ad Inscript. Herodis p. 68. Valken. ad Theocr. p. 364. Expeditior est iunctura: *ὅταν* Hiero *ἐγκαταζευγνύῃ σθένος ἵππειον* (*εἰς*) *δίφρον ἅρματά τε.* 22. Scrib. *ἵππιον* pro *ἵππειον.* 25. *εὐαυχέα* Pal. C. et Gott. et sic ex Schol. vnus: *ᾗ ἐφ' ᾧ ἐστιν αὐχεῖν.* Ad *εὐαχὴς* pro *εὐηχὴς* doctae sunt disputationes Toupii in Epist. crit. p. 144. Emendation. in Suid. T. III. p. 304. Koppiers. Obss. philol. p. 89. quas omitto, quia ad Pindarum nihil faciunt.

24. *ἐτέλεσσεν* pro *τελεῖ.* *Alii poetae celebrant alios. Hiero celebratur a Locris propter merita in eos:* depulso Anaxilao tyranno, qui bello eos oppugnare aggressus erat. Praeparat autem sententiam: inter omnes alios Hieronem esse celebrandum. *Resonant*, adeoque *canuntur φᾶμαι ἀμφὶ Κινύραν, carmina in Cinyram,* ex sollenni vocis vsu in hymnis: vt Hymn. in Bacchum: *Ἀμφὶ Διώνυσον — μνήσομαι.* et XX. *Ἀμφὶ Ποσειδάωνα θεὸν μέγαν ἄρχομ' ἀείδειν.* Eurip. Troad. 511 et alibi. Sicque *ἀμφὶ ἄνακτα* et e Terpandro *ἀμφί μοι ἄνακτα*, sc. cane Musa; vt in Hymn. Hom. XVII. *ἀμφὶ μοι Ἑρμείαο φίλον γόνον ἔννεπε Μοῦσα.* Aliter se habet *ἀμφὶ ἄναξ* h. *ἀμφί μοι ἴσο, ades mihi:* vt in Aristoph. Nub. 595. *Ἀμφί μοι*

Χρυσοχαῖτα προφρόνως
Ἐφίλασ' Ἀπόλλων

Ε. ά. Κ. ιδ'.

Ἱερέα κτίλον Ἀφροδίτας.
Ἄγει δὲ χάρις φίλων
Ποί τινος ἀντὶ ἔργων
Ὀπιζομένα· σὲ δ', ὦ Δεινομένειε παῖ,

29. *χρυσοχαῖτα* dorica forma (vt *ἱππότα* pro *ἱππότης* et alia, v. c. *μητιέτα*, *νεφεληγερέτα*, apud Homer.) refinxerat post Rittershusium Schmidius, vt ditrochaeum recuperaret. Auctoritatem desiderabant Oxonienses: quam suppeditat vtique Aldina. Ferri tamen posse ait Pauw spondeum. 33. *ποί τινος* diuisim scripsi, vt par erat, monente quoque Pauwio, et Ald. Romanaque praeeunte. Male vulgo *ποίτινος*, in quo tricantur interpretes. Schmidius Jerem. Spigelii coniecturam in textum receperat, *ποίνιμον*· esse enim *ποινὴν* poetae pro retributione. Vtique *ποί* ieiunum est. Licet substituere *τοί*. *ἄγει δέ τοι* (*sane τὸν ὕμνον* ex 25. 26.) *χάρις ὀπιζομένη τινὸς ἀντὶ ἔργων φίλων*, *grata mens deuenerans aliquem* (deuenerandi caussa) *pro beneficiis* acceptis. [solet enim grata in aliquem mens etc. *Ex Schedis.*]

αὖτε Φοῖβε ἄναξ. Confusa passim haec. Mingarell. malit *Κύπριον — Κινύραν*, agi enim de regibus omnino a poetis laudatis, non a poetis Cypriis sigillatim. Occurres, si carmina a Cypriis cani solita intelligas. Idem v. 31. *ἱερέα Ἀφροδίτας* ad templum Veneris a Cinyra conditum refert, cuius ipse sacerdos fuerit. Fabulae de Cinyra esse debuere plures et variae: v. Meurs. in Cypro II, 11.; modo is Veneris fuit amasius, modo Apollinis, vt h. l. v. Notas ad Apollodor. p. 325. et paullo ante 822. 3. Praeferam adeo distinctionem *ἐφίλασ' Ἀπόλλων ἱερέα, κτίλον Ἀφροδίτας*, tanquam simpliciorem, et credam, Pindarum diuersam a vulgari rationem esse amplexum. De voce *κτίλος* [pr. *cicur. Ex Schedis.*] multa videri possunt ad Hesych. h. v. ad Herod. IV. p. 351. add. Schol. ad Pindar. h. l. ad Nicand. p. 23. ad Iliad. *γ*, 196. Sufficit h. l. esse *amasium, delicias.*

Ζεφυρία πρὸ δόμων
Λοκρὶς παρθένος ἀπύει,
Πολεμίων καμάτων ἐξ ἀμαχάνων
Διὰ τεὰν δύναμιν δρακεῖσ' ἀσφαλές.
Θεῶν δ' ἐφετμαῖς
Ἰξίονα φαντὶ ταῦτα
Βροτοῖς λέγειν ἐν πτερόεντι τροχῷ

37. *ἀμηχάνων* ed. Rom. sed ex Ald. statim dorica forma retracta in Crat. 38. *δραμεῖσ'* Oxonienses ex Bodl. C. reposuerant, vt *δραμεῖσα ἀσφαλὲς* sit *δραμοῦσα ἀσφαλῶς*, *libere ante domos discurrens*, *ἀπύει*. Sed primo forma passiua verbi nota non est; *δραμεῦσα* vel *δραμοῖσα* scriptum esse debuit; tum humilis quoque ac pedestris exiret oratio, vt quidem viri docti eam instituunt. Reuocanda ea erat ad elegantiorem sententiam: vt *δραμεῖν ἀσφαλὲς* sit a nauium cursu sumtum, *οὐριοδραμεῖν* h. *εὐτυχεῖν*. Vulgata lectio erat *δρακεῖσ'*, quam Pauwius tuetur, vt *δέρκεσθαι* sit pro *viuere* ex Homerico noto: *ἐμοῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο*. sed et hoc infringit poeticam vim. Saltem Locra puella, liberata metu, securitatem ore vultuque prodat, adeoque *tueatur fidenter et libere*; vt contra *oculis incertis errare* solent *timentes*. Sic fere Schol. *δέρκουσαι ἐλεύθερον*. *ἀσφαλῶς* Pal. C. et Ald. cum Bodl. γ. interpretamentum est. Supra doctius etiam dixerat *δρᾶν ἀλκάν*, Ol. IX, 166. Non tamen aliunde nota est forma *ἐδράκην* et *δρακείς*, mirumque est poetam non maluisse *δρακοῖσα* vel *δρακεῦσα*, ab *ἔδρακον*, ex *δέρκω*, dicere. [Non debebam de forma *δρακείς* dubitare. Occurrit ea in Fragment. Scolio II. 5. p. 22. *Ex Addendis.*] 41. *πετρόεντι* Rom. ed. haud dubie typographi vitio: retinuerunt ta-

35. *πρὸ δόμων*, in sollennibus publicis; puellarum choro ducto, aut in choreis puellaribus.

38. *δρακεῖσ' ἀσφαλές*, metu liberata, adeoque *vultu erecto*, hilari, secura ipsa et rebus fidens. [Anaxilaus, rex Rheginorum, Locros Epizephyrios adortus, Hieronis monitu pacem fecerat. *Ex Schedis.*]

39 seq. *φαντὶ δὲ Ἰξίονα κυλινδόμενον ἐφετμαῖς θεῶν* etc. Ex dicto Ixionis videtur Virgilius petiisse suum: *Discite iustitiam*, Aen. VI, 620. vbi conf. et ad Ge. IV, 424. Ad nostrum v. Schol. Od. φ, 303. et Schol. Eurip. Phoen. 1197. pleniora ap. Musgrav. ad v. 1220. alia apud Morell. ad Aristid. in Leptin. p. 96.

Παντᾶ κυλινδόμενον·
Τὸν εὐεργέταν ἀγαναῖς ἀμοιβαῖς
Ἐποιχομένους τίνεσθαι.

Σ. β'. Κ. ιέ.

Ἔμαθε δὲ σαφές. εὐμενέσ-
σι γὰρ παρὰ Κρονίδαις
Γλυκὺν ἑλὼν βίοτον, μα-

men edd. sequentes praeter Commelin. cum tamen Aldina expresse haberet *πτερόεντι*, quod recte reuocauit Schmid. assentientibus Pal. C. Gott. et Aug. cum Schol. quem v. ad h. l. cf. ad Virg. Ge. IV, 484., vbi *vento* ex eo declarari potest, quod Asclepiades in tertio *τῶν τραγῳδουμένων* narrauerat nonnullos tradere: *ὑπὸ γὰρ δίνης καὶ θυελλῶν αὐτὸν ἐξαρπασθέντα διαφθαρῆναι φασίν.* vnde alii poetae turbinem procellosum in rotam vento procelloso circumactam, *τροχὸν ἀειδίνητον*, *πτερόεντα*, *ὑπόπτερον*, transformasse videntur; vt factum in aliis fabulis Aeolicae gentis: hoc enim genus fabularum deprehenditur esse minus scitum ceteris et a sequioribus poetis passim immutatum. Ipsa fabula de nube et de Centauris non aliunde orta videtur, quam quod ii, qui Pelion montem inhabitabant, ad Ixionem genus suum referentes, ab aliquo vetere poeta a celeritate cursus *κένταυροι*, *οἱ κεντοῦντες τὴν αὔραν*, *aërem secantes*, et *ἱπποκένταυροι* appellati erant. Ex *αὔρα* facta *νεφέλη*, et hinc reliquae nugae, de Iunonis tanquam aëris amplexibus. Deprauatior alia lectio est Bodl. *γ. πυρίονι.* forte, *πυρόεντι.* 44. *ἐπερχομένους* Cod. Aug. et Bodl. *γ.* quae vulgarior ratio, pro, *ἐποίχεσθαί τινα χάρισι*, vel, *χαρίτων ἀμοιβῇ*, et h. l. ornatius, *ἐποιχομένους τίνεσθαι.*

43. *δεῖν τοὺς βροτοὺς τὸν εὐεργέτην ἐποίχεσθαι* (*afficere*, vt Ol. III, 72.) *ἀμοιβαῖς ἀγαναῖς*, *beneuola retributione*, *καὶ τίνεσθαι*, h. e. *ἀνταμείβεσθαι.* Et mox *ἔμαθε τοῦτο σαφές*, *σαφῶς*, sc. *ὅτι δεῖ τοὺς εὐεργέτας ἀνταμείβεσθαι.* Nam ipse, quod diis gratiam nullam retulerat, ingrati animi poenas luit in inferis. Similis carminis color erat sup. Ol. I, 87 sq. vbi *καταπέψαι μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυνάσθη.* Mox 47. *ἑλὼν* poetae

κρόν γ' οὐχ ὑπέμεινεν ὄλβον,
Μαινομέναις φρεσὶν
Ἥρας ὅτ' ἐράσσατο, τὰν Διὸς εὐναὶ
Λάχον πολυγαθέες·
Ἀλλά νιν ὕβρις εἰς ἀάταν ὑπεράφανον

48. γ' male excidit ed. Rom. et hinc aliis. 49. φρασὶν ex φρησὶν, (φρὴν, φρὰν) receperat Schmidius ex Aug. et, vt ait, ex aliis quibusdam, nescio quibus. Vulgg. φρεσίν. Miror eum non vidisse, α produci, nec in φρεσὶ quicquam displicere posse. — 50. ἐράσσατο Schmid. ex Ald. et August. vulgo ἐράσατο. etiam codd. 52. εἰς, quod et Bodl. γ. habet, metro monente subiecit Schmidius pro ἐς. Ita quoque mox ὦρσεν Oxonienses ex Schmidii monito pro ὦρσε receperunt. αὐάταν editum erat Aeolicum pro ἄτην, ἀάταν, aeolica inter duas vocales adspiratione, quam melius ἀϜάταν scripseris, quam, vt nunc exarabatur, αὐάταν. Dawes Miscell. crit. p. 181. ἀwάταν. add. Knight p. 56. Cum tamen in omnibus aliis Digamma neglectum et extritum sit; (qua de re agam alio loco accuratius;) melius, puto, antiqua illa Graecorum ratione omissa, nostram scripturam sequemur, simpliciter vt exaretur ἀάταν. Pauwius ea de caussa vocem damnat, quod subiici ait plane tautologum: ἐξαίρετον ἕλε μόχθον. itaque praeclare emendare sibi visus est: ἀπάταν, scilicet, quod alias ille dicere solet, lutea pro aureis subiiciens. Non vidit vir doctissimus, ἄτην h. l. non esse, vt vertunt, *damnum*, sed *scelus*, et hinc contractam *culpam*, *qua poenam et malum damnumque*, adeoque et μόχθον, *aliquis sibi arcessit*. Notae sunt omnes istae notiones ex Homero, interque eas etiam illa *piaculi*, *culpae*, *facinoris et improbitatis*, vt in illis: Ἀλεξάνδρου ἕνεκ' ἄτης, Ὅς νείκεσσε θεάς. Tandem ὑπερφίαλον Cod. Aug. inuito metro: referunt scilicet eam vocem grammatici ad νιν. Sed dignius poeta est: ἄτη ὑπερήφανος, *crimen insolens, ingens*.

idem quod ἔχων, vt aliquoties. — 51. λάχον itidem pro ἔχουσιν, ἢ ἔχεται ἐν εὐνῇ. Ita verba vulgaria abhorret poeta.

52. *Animi felicitate ferocientis insolentia in magnam calamitatem eum adduxit.* ὑπερήφανον pro *ingens* accipere praestat, quam *stultitiam arrogantiae plenam.* τάχα δὲ pro γάρ.

Ὤρσεν. τάχα δὲ παθὼν ἐοικότ᾽ ἀνὴρ
Ἐξαίρετον ἕλε μόχθον. αἱ
Δύο δ᾽ ἀμπλακίαι
Φερέπονοι τελέθοντι· τὸ μὲν,
Ἥρως ὅτι τ᾽ ἐμφύλιον αἷμα πρώ-
τιστος οὐκ ἄτερ τέχνας
Ἐπέμιξε θνατοῖς·

Α. β΄. Κ. ιε΄.

Ὅτι τε μεγαλοκευθέεσ-
σιν ἔν ποτε θαλάμοις
Διὸς ἄκοιτιν ἐπειρᾶ-
το. χρὴ δὲ καθ᾽ αὐτὸν αἰεὶ
Παντὸς ὁρᾶν μέτρον.
Εὐναὶ δὲ παράτροποι ἐς κακότατ᾽ ἀ-
θρόαν ἔβαλον ποτὶ

54. ἕλε bene ex Ald. repetiit Schmidius; est pro ἔλαβε. Sup. Ol. I, 89. κόρῳ δ᾽ ἕλεν ἄταν. *sibi arcessiuit, subiit.* A Romana inde vulgg. ἴσχε. saltem deb. ἔχε. 57. ὅτι γε vel ὅτι τε monet refingendum esse Pauwius, vt tribrachys pro iambo sit, non pyrrhichius. At sic hiatus infertur. 59. ἐνέμιξε in Schol. occurrit. 65. *Κακότατα* 66. ὀρθὰν nonnulli ap. Schol. inuito metro.

56. φερέπονοι τελέθοντι. pro ἐγένοντο. ἔφερον αὐτῷ πόνον. τὸ μὲν, ὅτι τε et v. 60. (τὸ δὲ) ὅτι τε μεγάλοις ἐν θαλάμοις.

57. ἐμφύλιον αἷμα pro φόνον, et οὐκ ἄτερ τέχνης h. σὺν τέχνῃ, *necem ex dolo ac fraude*, accipio, quam *primus intulit inter homines*, primus perpetrauit: Deioneo socero, dotem postulante, fossa prunis plena, concremato. v. Schol. ad h. l. Schol. Apollon. Arg. III, 62. Schol. Eurip. Phoen. 1192. cf. ad Hygin. fab. 57. van Stav. p. 121. [Lustratus tamen et expiatus est a Ioue. v. Schol. et Aeschyl. Eum. 438. 715. *Ex Schedis.*]

63. 4. Quod vulgari modo diceres: Fecit autem id temere, nec pro conditionis mortalis modulo. Similis sententia Pyth. III, 106 sq.

66. Constitueram locum sic: εὐναὶ δὲ παράτροποι ἐς κακότατ᾽ ἀθρόαν ἔβαλον. ποτὶ καὶ

Καὶ τὸν ἵκοντ᾽. ἐπεὶ νεφέλᾳ παρελέξατο,
Ψεῦδος γλυκὺ μεθέπων, ἄϊδρις ἀνήρ·
Εἶδος γὰρ ὑπεροχωτάτᾳ
Πρέπεν οὐρανίᾳ

66. 67. Locus corruptus. Miror, Pauwium vlcus hic latens non attigisse. Turbas interpretum v. ap. Schmid. et Benedict., qui rationem hanc sequuntur, vt *καὶ τὸν ποτὶ ἵκοντα* sit pro *ποθίκοντα, προσίκοντα*, *ad* inconcessa *etiam hunc accedentem.* parum commode. Saltem dicendum esset, poetam *προσίκειν* ponere vt *ἐφικέσθαι*, pro *ἐπιτυχεῖν*, *consequi, quod volumus, frui.* Tum vero in metrum peccat *ἵκοντ᾽* prima longa: vt saltem aoristo efferendum sit, *ἱκόντ᾽*. modo id tempus in vsu fuisse constaret. Saltem, quo etiam Ald. et Rom. inprimisque Crat. ducunt, interpunctio mutanda, *εὐναὶ δὲ παράτροποι ἐς κακότατ᾽ ἀθρόαν ἔβαλον. ποτὶ καὶ τὸν ἵκοντ᾽.* (pro *ἵκοντο.*) *ἐπεὶ ν.* *Illegitimae vero nuptiae in magnam saepe calamitatem coniiciunt* (*ἔβαλον*, coniicere solent) *homines. Incidit in illas, attigit eas, earum culpam contraxit, etiam hic Ixion, quandoquidem etc.* Vt *poenam* et *culpam*, sic *crimen*, poetis *προσέρπειν, προσέρχεσθαι* dictum inuenias. Scholiastes iunxit: *αἳ καὶ εἰς κακότητα ἐνέβαλον τὸν Ἰξίονα*, vt suspiceris, eum legisse *ἔβαλόν ποτε καὶ τόν.* modo, quod sequitur, *ἵκοντ᾽* aut *ἱκόντ᾽* attigisset. Iacobs Animaduerss. p. 289. coniecturam proposuit: *ἔβαλον. ποτὶ κοῖτον ἱκὼν ἐπεὶ N.* aut lenius *ἔβαλον ποτὶ κοῖτον ἱκόντ᾽.* [*ipsum accedentem ad amplexum Iunonis.* Probat Gurlitt. *Ex Schedis.* Etiam Heynius in textu posuit *κοῖτον.*] pro *ἱκόντα.* ingeniose; modo de aoristo *ἱκὼν* constaret, vt, priore breui, metro caueatur. At vbique occurrit *ἱκόμην, ἱκόμενος*, priore breui; et *ἵκω* priore longa, vt praesens sit. 69. 70. *ὑπεροχωτάτα* et *οὐρανία* scribunt vett. edd. recte in tertium casum translata ea a Morellio. *ὑπεροχωτάτᾳ* (*κατὰ*) *εἶδος* iungi iubet Pauw: nec tamen minus bene ipsa nubes *ἔπρεπε κατὰ τὸ εἶδος τῇ ὑ.* Porro *οὐρανίου*—

τὸν ἵκοντ᾽. ἐπεὶ Νεφέλᾳ etc. vt sit: *ἔβαλον* (*ἐμβάλλουσι·*) *προσίκοντο καὶ τόν.* (*ἐπὶ τοῦτον.*) Vitium tamen subest. cf. V. L.

70. Nubes *ἔπρεπε* (*κατὰ τὸ*) *εἶδος*, *similis erat Iunoni.* vt iam Schol. *ὁμοία ἦν.* Vsum hunc vocis illustrarunt iam viri docti, Iacobs l. c. p. 37. etiam Gedike laudabat Eurip. Alcest. 1121. *εἴ τι σοὶ δοκεῖ πρέπειν γυναικί.*

Θυγατέρι Κρόνου· ἄντε δόλον
Αὐτῷ θέσαν Ζηνὸς παλάμαι, καλὸν
Πῆμα. τὸν δὲ τετράκνα-
μον ἔπραξε δεσμὸν,

Ε. β΄. Κ. ιδ΄.

Ἑὸν ὄλεθρον, ὄγ᾽· ἐν δ᾽ ἀφύκτοι-
σι γυιοπέδαις πεσὼν,
Τὰν πολύκοινον ἀνεδέ-
ξατ᾽ ἀγγελίαν. ἄνευ δ᾽ οἱ Χαρίτων τέκε
Γόνον ὑπερφίαλον,

Κρόνου habet Schol. seu quod sic legit, seu quod *Οὐρανίδα* (pro —*δου*) habuit. Bodl. C. et Gott. *οὐρανιᾶν*: nesciunt, quae haec forma sit, Oxonienses; est vero pro *οὐρανιῶν θεαινῶν*, (*Οὐρανιδᾶν* alienum esset) adeoque praeclara lectio: *ὑπεροχωτάτῃ* — *Οὐρανιᾶν*, *praestantissimae inter deas.* vt sup. Ol. *θ*, 83. *φέρτατος Κρονιδᾶν* de Ioue. 71. *ἄν γε* malit Pauw, quod et ipse malim. 75. Vulgo maior distinctio ante *Ἐν δ᾽* ponitur. 76. *πεσὼν* — deb. esse *πετὼν*, vt legitur Ol. VII, 126. P. V, 65. At sibi non constat scriptura hac in voce: nam *ἔπεσον*, *πέσον*, aliquoties occurrunt. 77. *ἀνδέ-ξατο* legit Schmidius et sic Bodl. *γ*. sed -*ον ἀνε*- tribrachys esse potest pro iambo. Bodl. C., omisso *ἀνεδέξατο*, v. 78. *κέν τ᾽ ἀγγελίαν* habet. Est autem *ἀνεδέξατο* pro *ἀνεδείξατο*, *declarauit*, *pronuntiauit*, illam sententiam (tanquam

73. *τὸν δὲ* pro *γάρ*. nam *accessiuit sibi* Ixion *rotam*, cui illigatus est. *χαλκέους δεσμοὺς* dixit Apollon. III, 62.

78. Monstrosum illum, *ἄχαριν*, peperit nubes *μόνον*, cui similis alius non est natus, et ipsa *μόνη*, cum nulla alia femina tale monstrum ediderit, *οὔτ᾽ ἐν ἀνδράσι γερασφόρον*, *οὔτ᾽ ἐν θεῶν νομοῖς*, *non honoratum*, pro *inuisum*, *detestandum*. Virgilianum: *nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est*. Hic Centaurus nondum est forma equina: foedo tantum est adspectu. At ii, quos ex equabus ille suscepit, sunt veri Hippocentauri v. 86 sq. Diuerso ergo ab aliis modo mythum narrat Pindarus. Mingarellus a monstrosa forma hoc ipsum ducit,

Μόνα, καὶ μόνον, οὔτ᾽ ἐν ἀν-
δράσι γερασφόρον οὔτ᾽ ἐν θεῶν νομοῖς·
Τὸν ὀνύμαξε τράφοισα Κένταυρον. ὃς
Ἵπποισι Μαγνη-
τίδεσσιν ἐμίγνυτ᾽ ἐν Πα-
λίου σφυροῖς. ἐκ δ᾽ ἐγένοντο στρατὸς
Θαυμαστὸς, ἀμφοτέροις
Ὁμοῖοι τοκεῦσι, τὰ ματρόθεν μὲν
Κάτω, τὰ δ᾽ ὕπερθε πατρός.

praeconio). Nam antiquis *δέκω* pro *δείκω*, *δεικνύω*. Respicit locum Tzetza Chil. VII, 20 sq. 80. *ἐν ἀνθρώποισι* Aug. e scholio. 81. *ἐν θεῶν νόμοις*. Pauw inclinat in *δόμοις*. quidni *νομοῖς*, h. *sedes*, *loca* deorum, exquisitius? Habet tamen et *νόμοις* suam laudem. 82. *τραφοῖσα* Ald. pro *τραφοῦσα*, at Romana *τράφοισα*, et hinc cett. Aiunt Dorum esse, retrahere acutum. Respicit locum Eustath. ad Il. *β*. p. 338. 84. Apud Galenum lib. III. de vsu part. qui locum hunc laudat et poetam male reprehendit, *ἐμίγνυντ᾽ ἂν πο-λιοσφύροις* legitur, haud dubie librariorum vitio, et mox *τὰ ματρὸς μὲν* et *τὰ δ᾽ ὕπερθεν*.

quod, a puellis non admissus, ferarum amores sequi coactus est. Plutarch. Amator. p. 751. D. locum Pindari non accurate inspexit, dum ait: *χάρις ἡ τοῦ θήλεως ὕπειξις τῷ ἄῤῥενι κέκληται πρὸς τῶν παλαιῶν· ὡς καὶ Πίνδαρος ἔφη τὸν Κένταυρον ἄνευ Χαρίτων ἐκ τῆς Ἥρας γενέσθαι.* Atque etiam alter Schol. ad h. l. *ἔξω συνουσίας* exponit et vsum vocis exemplis declarat. Dici quidem *χάριν* de amoris vsu, notum satis est: illustratum quoque ad Timaeum Lexic. Platon. h. v. at non *sine concubitu* natum est hoc monstrum; [contendit hoc Böttiger *Vasengem.* I. 3. p. 118. scil. non verae Iunonis amplexu vsus? an, non vera Iuno erat, sed amplexus? atqui vel sic erat concubitus. sic etiam Gurlitt. *Ex Schedis.*] sed natum illud est *inuenustum*.

Vss. 85-88. declarat eos esse *διφυεῖς*. *τὰ μὲν κάτω ἐκ τῆς ἵππου μητρὸς ἔχοντες, τὰ δὲ ὕπερθεν ἐκ πατρὸς Κενταύρου*, *corpore equino*, pectore et capite humano, sed foedo. Non igitur signa Centaurorum venusta ista norat Pindarus, quae ad nos peruenerunt.

Σ. γ'. Κ. ιέ.

Θεὸς ἅπαν ἐπὶ ἐλπίδεσ-
σι τέκμαρ ἀνύεται·
Θεὸς, ὃ καὶ πτερόεντα
Ἀετὸν κίχεν, καὶ θαλασσαῖ-
ον παραμείβεται
Δελφῖνα· καὶ ὑψιφρόνων τίν' ἔκαμψε
Βροτῶν, ἑτέροισι δὲ
Κῦδος ἀγήραον παρέδωκ'. Ἐμὲ δὲ χρεὼν
Φεύγειν δάκος ἀδινὸν, κακαγορίαν.
Εἶδον γὰρ, ἑκὰς ἐὼν, τὰ πόλ-
λ' ἐν ἀμαχανίᾳ
Ψογερὸν Ἀρχίλοχον βαρυλό-
γοις ἔχθεσιν πιαινόμενον. Τὸ πλου-

91. 92. Erat — πτερόεντ' αἰ-ετὸν κίχε, καὶ θ. At αἰ-ητὸν Ald. quod Schmidius reuocauerat. Sed prima regio hoc versu etiam iambum, seu, vt cum graecis Metricis loquamur, pro Ionico a maiore - - v v Paeonem secundum v - v v recipit. Cum Mingarello tamen scripsi — πτερόεντα 92. ἀετὸν, vt αε pro vna syllaba sit; tum κίχεν καὶ —. 97. ἄδικον nonnullos legere ait Benedictus: qui illi sint, non occurrit.

89. Γνωμολογεῖ poeta ἐπὶ τῷ Ἰξίονι, respectu v. 71 sq. *Omnia numen exsequitur pro voluntate, lubitu, et quidem celerrime ac potenter:* [h. l. de vlciscendo scelere: exigit poenas certissime. Ἄτη eum assequitur. *Ex Schedis.*] hoc 91 - 96. κίχε pro κιχάνει. Sicque reliqua.

96. De superstitioso metu, ne nimis multus fuerit in probris *herois* Ixionis exponendis, accipiendus locus, similis duobus aliis, Ol. I, 82 sq. et Nem. VII, 94. 150 sq.

98. ἑκὰς de tempore. Vixerat Archilochus ante eum CC fere annis. ἑκὰς ἐών: vulgaris ratio αὐτὸν ἐόντα ἑκὰς, *qui ante me vixit. Noui eum criminationibus indulgentem saepe in discrimen esse adductum.* ἐν ἀμαχανίᾳ γεγονότα. Paullo ante maledicentiam appellat *infestam belluam,* ἀδινὸν δάκος.

[101. βαρέα ἔχθη, odia, pro, odiosae res, dicta. Huschke de fabb. Archil. in Matthiae Miscell. philol. I. p. 30. *Ex Schedis.*]

τεῒν δὲ σὺν τύχᾳ πότμου
Σοφίας, ἄριστον.

A. γ'. K. ι'.

Τὺ δὲ σάφα νιν ἔχεις, ἐλευ-
θέρᾳ φρενὶ πεπορεῖν,
Πρύτανι, κύριε πολλᾶν
Μὰν εὐστεφάνων ἀγυιᾶν
Καὶ στρατοῦ. εἰ δέ τις
Ἤδη κτεάτεσσί τε καὶ περὶ τιμᾷ

105. Scripti et editi habent *πεπαρεῖν*. Diu haesi, quid sequerer. Vetat religio critica tam antiquam lectionem mutare; est tamen ea haud dubie vitiosa et ex calami errore propagata. Habet quidem Hesych. *πεπαρεῖν, ἐνδεῖξαι, σημῆναι*, et *πεπαρεύσιμον, εὔφραστον, σαφές*. Ductum illud esse deberet ex *παίρω, πέπαρα*, et *πεπαρέω, πεπαρεῖν*. At nec extant talia verba, nec analogia succurrit, nec est tamen vnde sensum idoneum elicias. Enimuero agitur de munificentia: ea *πορεῖ, πορίζει, πέπορε, πεπορεῖ*. Sane *πεπορεῖν* supra adscriptum habebat August., quod et Aemil. Portus coniectabat Schmidiusque non improbabat: est enim ad analogiae normam formatum a *πορέω, πέπορα, πεπορεῖν*. Hesychii auctoritas nil aliud declarat, quam ipsum aut grammaticum, quem exscripsit, in corruptum codicem incidisse. Affert certe et ipse Hesychius alio loco *πεπορεῖν, δοῦναι*. Et Schol. ad nostrum locum *πεπαρεῖν, ἢ πορίζειν καὶ παρασκευάζειν· ἢ παρασχεῖν, καὶ πλουσίους ἀποδεῖξαι*. Atqui haec sunt interpretamenta τοῦ *πεπορεῖν*. 107. *μὲν* Steph. et al. edd. cum MS. Gott. [Heynius in textu scripsit *μέν*.] 109. *κτεάνοισι* Aug. [*περὶ τ.* pro *ἐν.* l. *περιγενέσθαι*. *Ex Schedis.*]

Ab 101. ad laudes Hieronis viam parat generali sententia: *Τὸ πλουτεῖν δὲ σὺν τύχᾳ πότμου σοφίας ἄριστον.* Sententia est expedita; nam saepe eam recoluit et variauit poeta: *εἶναι σοφὸν, καὶ μετὰ σοφίας πλουτεῖν.* Nunc inuertit eam poeta: *πλουτεῖν σὺν σοφίᾳ.* pro hoc ornatius erat: *σὺν πότμῳ σοφίας.* tum ampliauit: *σὺν τύχᾳ πότμου.* Ita *νιν* v. 104. refero ad *τύχαν πότμου σοφίας.* [Heynius correxit: refero ad *τὸ πλουτεῖν.*] De ipsa laude cf. locum Diodori ad Pyth. I, 179. laudatum.

108. Cum his laudibus compara Pyth. I, 95. Ol. I, 165 sq. [*στρατὸς, λαός*: vt alibi quoque et apud Aeschylum. *Ex Schedis.*]

Λέγει ἕτερόν τιν᾽ ἀ-
ν᾽ Ἑλλάδα τῶν πάροιθε γενέσθαι ὑπέρτερον,
Χαύνᾳ πραπίδι παλαιμονεῖ κενεᾷ.
Εὐανθέα δ᾽ ἀναβάσομαι
Στόλον ἀμφ᾽ ἀρετᾷ
Κελαδέων. νεότατι μὲν ἀ-
ρήγει θράσος δεινῶν πολέμων· ὅθεν*
Φαμὶ καὶ σὲ τὰν ἀπεί-
ρονα δόξαν εὑρεῖν,

Ε. γ΄. Κ. ιδ΄.

Τὰ μὲν ἐν ἱπποσόαισιν ἀνδρά-
σι μαρνάμενον, τὰ δ᾽ ἐν
Πεζομάχαισι. βουλαὶ
Δὲ πρεσβύτεραι ἀκίνδυνον ἐμοὶ ἔπος

112. κενεά emendat Pauw. non male. [Sic in textu Heynius correxit.] κενεᾷ dorica forma edd. vett. vsque ad Morell. etsi fere iota subscriptum iis deest. *contendit, contradicit ille temere, mente vana,* (σὺν) χαύνᾳ πραπίδι. — 121. πεζομάχαις vulgo ante Schmidium, qui emendauit ex Ald. et Pal. C. πεζομάχοισι Aug. cum Bodl. γ.

113. Ad verbum: *Pulcram* [Pro *Pulcram* Heynius scripsit: *Coronatam propter victoriam.*] *nauem conscendam laudes tuas praedicando* h. e. *in altum ouectus laudi vela dabo.* [de laude per longinquas terras dispersa. *Ex Schedis.*] cf. sup. ad Ol. XIII, 69.

116. ἀρήγει, *patrocinatur, testatur laudes iuuentutis, illustrat eam, fortitudo in armis.*

Ad v. 118. Dawes Misc. crit. p. 255. obseruat, εὑρεῖν nunquam pro *nancisci, consequi,* dici; sed εὑρέσθαι. Recte vero apud Atticos; non autem apud Pindarum: vide v. c. Isthm. I, 60. Pyth. IX, 197.

122. σύνεσις δέ σου, πρεσβυτέρου γεγονότος, *vocem mihi, cui nemo repugnet,* ἀνέλεγκτον, *ad omnem laudem,* (λόγον) *laudanti mihi te, praebet.* ὥστε ἐμὲ ἐπαινεῖν σε pro ἐπαινοῦντι. παρέχειν ἔπος, vt παρέχειν ὕμνον πολὺν Nem. VI, 57.

Ποτὶ ῥα πάντα λόγον
Ἐπαινεῖν παρέχοντι. Χαῖ-
ρε. τόδε μὲν κατὰ Φοίνισσαν ἐμπολὰν
Μέλος ὑπὲρ πολιᾶς ἁλὸς πέμπεται.
Τὸ Καστόρειον
Δ᾽ ἐν Αἰολίδεσσι χορδαῖς

1. *Σάμερον μὲν* Musa *παραστῆναι*, *adesse*, debet, vt adsit ipsi pompae victoris, in qua hymnus canitur. Similis locus Ol. VI, 46 sq.

5. *αὔξῃς οὖρον ὕμνων*, *adiuves, secundes, cantum.*

6 - 15. *ἔνθα* (*ἐν ᾗ Πυθῶνι*) *ποτὲ ἁ ἱέρεια ἔχρησεν, ὡς* — *κτίσειεν* (sc. *'Βάττος*) — *καὶ ἀνακομίσαιτο τὸ Μηδείας ἔπος τὸ περὶ Θήρας*, *vaticinium in memoriam reuocaret*, vt inf. 96. quippe quod nunc euentum habebat. — 7. *Duae* illae *aureae aquilae*, iuxta tripodem Delphicum collocatae, videntur locum dedisse notae fabulae de binis aquilis a Ioue volare iussis

Οὐκ ἀποδάμου Ἀπόλ-
λωνος τυχόντος, ἱέρεα
Χρῆσεν οἰκιστῆρα Βάττον
Καρποφόρου Λιβύας, ἱερὰν
Νᾶσον ὡς ἤδη λιπὼν
Κτίσσειεν εὐάρματον
Πόλιν ἐν ἀργινόεντι μαστῷ,

αἰετῶν, cum longa syllaba requiratur. Ait tamen etiam Metricus, dimetrum Ionicum esse a minore ἀνακλώμενον· quod ad syllabam correptam spectat. Similis versus infra 48. cf. Pauw. itaque bonum esset αἴετῶν. Mingarellus tentabat ἀετῶν Ζηνὸς πάρεδρος. At nouum et insolens: *Iouis aquila*, Διὸς ἀετός. Requiritur Διὸς ὄρνις. Oritur sic suspicio, glossema locum verae vocis occupasse. Et videtur fuisse ὀρνίχων. Inciderunt in hoc iam Mingarell. et Dawes pag. 55. ex Ol. II, 159. Addi potest Isthm. VI, 77. add. Valken. ad Theocr. pag. 402. et Burgess pag. 359. 9. τυχόντος ἱέρεα Ald. Rom. cum seqq. Steph. prima cum ceteris ἱέρεια. Schmidius retraxit alterum, quod et Scholiastes in suo codice habuit, sed, vt fulciat metrum, γ' interseruit. Praefert tamen Pauw τυχόντος ἱέρεια, vt tribrachys pro spondeo vel iambo sit. 10. Sustuli interpunctionem importunam χρῆσεν, οἰ. — Λιβύας· prauae interpretationis caussam. Est notissimus graecismus pro vulgari: χρῆσεν, ὡς οἰκιστὴρ Βάττος λιπὼν etc. 13. Scripsi κτίσσειεν, metro iubente, pro κτίσειεν. 14. ἀργινόεντι est quatuor syllabarum.

(apud Schol. et Strab. IX. p. 643. A. vnde in Fragm. Pind. p. 40.), vt de medio continentis constaret. In eodem templo Pindarus Κηληδόνας aureas canentes finxerat in fragmento Paeanum apud Pausan. v. Schneid. Fragm. p. 38. Ad seqq. de *Batto* legendus Herod. IV, 155.

— 8. οὐκ ἀποδάμου Ἀπόλλωνος τυχόντος, quia, quoties Pythia vaticinatur, deus ἐπιδημεῖ, *praesens est*.

14. Cyrene in colle erat posita: vid. ad Pyth. V, 31. quem λευκόγειον, *cretaceum*, fuisse, ex epitheto ἀργινόεις apparet.

Α. ά. Κ. ιδ΄.

Καὶ τὸ Μηδείας ἔπος ἀγκομίσαι-
θ᾽ ἑβδόμᾳ καὶ σὺν δεκάτᾳ γενεᾷ
Θήραιον, Αἰήτα τό ποτε ζαμενὴς
Παῖς ἀπέπνευσ᾽ ἀθανάτου στόματος,
Δέσποινα Κόλχων. εἶπε δ᾽ οὕτως
Ἡμιθέοισιν Ἰά-
σονος αἰχματᾶο ναύταις·
Κέκλυτε, παῖδες ὑπερ-
θύμων τε φωτῶν καὶ θεῶν·
Φαμὶ γὰρ τᾶσδ᾽ ἐξ ἁλιπλάγ-
κτου ποτὲ γᾶς Ἐπάφοιο κόραν
Ἀστέων ῥίζαν φυτεύ-
σεσθαι μελησίμβροτον
Διὸς ἐν Ἄμμωνος θεμέθλοις.

20. *ἡμιθέοις τοῖς Ἰ.* Bodl. C. 21. Erat *αἰχμητᾶο.* Quidni *αἰχματᾶο* cum Aldo et Gott. vt Ol. VI, 147. et al. 24. *ἁλιπλάκτου, a mari percussae*, pro quo putant *ἁλιπλάγκτου* quoque dictum esse, quod a *πλάζεσθαι* melius ducitur. 25. Bene a Schmidio repudiata interpunctio Scholiastae et ed. Romanae *γᾶς Ἐπάφοιο,* cum de Cyrene in Libya ex Thera oriunda agatur. Scilicet iungenda: *Ἐπάφοιο κόραν ποτὲ φυτεύσεσθαι ἀστέων ῥίζαν ἐκ τᾶσδε γᾶς.*

24 sq. Puta hoc vaticinium a Medea pronuntiatum fuisse in reditu Argonautarum per mare Aegaeum, iuxta insulam Theram, gleba in mari dilapsa, v. 67 sq. cuius tamen pars adhaeserat littori. *φαμί, praedico*, ex hac gleba in mari natante *κόραν Ἐπάφου*, Libyen, *φυτεύσεσθαι* (pro *κτίσειν*) *ῥίζαν ἀστέων, esse parituram*, edituram, *germen vrbium*, Cyrenen, metropolin aliarum vrbium in Libya. [h. *in Libya orituram esse Cyrenen. μελησίμβροτον* i. e. *μέλησιν οὖσαν, μέλουσαν, διὰ φροντίδος οὖσαν τοῖς βροτοῖς. Ex Schedis.*] *ἁλιπλάγκτου γᾶς. ἁλίπλαγκτος* est, *qui in mari errat*, vt apud Apollon. II, 11. Argonautae *ἁλίπλαγκτοι*: et Pan apud Sophoclem, qui in littore et promontoriis errat. Si insulae epithetou est, debet passiue accipi, *quae a mari alluitur.* Putant idem esse, quod *ἁλίπληκτος*,

E. ά. K. ιγ'.

Ἀντὶ δελφίνων δ' ἐλαχυπτερύγων
Ἵππους ἀμείψαντες θοὰς,
Ἀνία τ' ἀντ' ἐρετμῶν
Δίφρους τε νωμάσοισιν ἀελλόποδας.
Κεῖνος ὄρνις ἐκτελευτά-
σει, μεγάλαν πολίων ματρόπολιν
Θήραν γενέσθαι, τόν ποτε
Τριτωνίδος ἐν προχοαῖς
Λίμνας θεῷ ἀνέρι εἰδομένῳ

32. *Δίφρους γε* malit Pauwius, sed iung. *ἀνία δίφρους τε.* 37. *θεῷ ἀνέρι εἰδομένῳ.* pro *ὑπὸ θεοῦ* sollenni more; sed impeditur oratio duplici datiuo. Nescio an praestet *θεῷ ἀνέρι εἰδομένῳ* cum edd. Rom. et Crat. legere, vt etiam Pauw emendabat: *ἐδέξατο τὴν βῶλον* (h. l. *τὸν ὄρνιθα, ἀπὸ*) *θεοῦ εἰδομένου ἀνδρὶ διδόντι γαῖαν*, a deo, qui se assimulauerat viro praebenti ipsi glebam. Videtur tamen hoc durius esse altero.

ab vndis percussus, quod epitheton esset insulae, vt *ἁλίκτυπος*. Salamis *θαλασσόπληκτος* ap. Aeschyl. Pers. 307. Et est quoque h. l. in Gotting. cod. *ἁλιπλάκτου*. Verum h. l. agitur de gleba in mare missa et in aquam dilapsa, quo in loco ac tempore Medea vaticinata est, inde insulam aliquando mari prodituram, Theram, vnde colonia in Libyam deducenda sit. [Haec Heynius sic mutauit: — dilapsa eo in loco ac tempore, quo Medea vaticinata est, inde aliquando Thera insula coloniam in Libyam deducendam esse.] Paullo aliter res exposita ap. Apollon. IV, 1750 sq.

29. Cyrenaei (ex *ῥίζα ἀστέων*) *νωμήσουσιν ἀνταμείψαντες*, *tractabunt, permutato vitae genere, habenas et currus vro navigiis:* et hinc elicien*dum* verbum idoneum ad prius: *antea occupati in delphinis piscandis, erunt occupati in tractandis equis*, h. e. *ἀντὶ νησιωτῶν ἔσονται ἠπειρῶται.*

33. *κεῖνος ὄρνις — ὅν ποτε — Εὔφαμος ἐδέξατο.* Exitum ita habebit *istud ostentum*, ista gleba, quam Euphemus aliquando acceperat a Tritone. [infra 60. *Ex Schedis.*] v. Apollon. IV, 1551 sq.

34. *μεγάλαν πολίων ματρόπολιν.* potest et esse *μεγάλαν* vel

Γαῖαν διδόντι ξείνια
Πρώραθεν Εὔφαμος καταβὰς
Δέξατ᾽· αἴσιον δ᾽ ἐπί οἱ Κρονίων
Ζεὺς πατὴρ ἔκλαγξε βροντάν·

Σ. β'. Κ. ιδ'.

Ἀνίκ᾽ ἄγκυραν ποτὶ χαλκόγενυν
Ναΐ κρημνάντων ἐπέτοσσε, θοᾶς
Ἀργοῦς χαλινόν. δώδεκα δὲ πρότερον
Ἀμέρας ἐξ ὠκεανοῦ φέρομεν

43. *κρημνάντων.* Putes fuisse *κρεμνάντων*, a *κρεμάω, κρέμνημι*, vt sit: *ποτικρεμνάντων* (*αὐτῶν*) *ναΐ τὴν ἄγκυραν*, h. *πλέειν ἤδη αὐτῶν μελλόντων.* Necesse tamen non est. Nam sunt etiam formae *κρημνάω, κρήμνημι.* v. Etymol. in *κρήμνη.* [Aeschyl. VII ad Theb. 231. *Ex Schedis.*] Eurip. Herc. fur. 521. et ibi Intpp. in his Musgr. *ἐκρήμνω* e Nicandro habet Antonin. Lib. 13. f. et *κατεκρημνῶντο* est in Hymno in Bacch. 39. *ἐπέτοσσε*, quod hic et inf. Pyth. X, 52. occurrit, pro *ἐπέθοσε* dictum arbitratur Pauw, hocque ab *ἐπιθόω* (a *θέω, θοός*), *superuenio, accurro*, deducit. Aliter Portus et Schmid. Donec meliora edoctus fuero, manebo in hoc, *τόω* et *ἐπιτόω* esse eiusdem originis cum *τῶ, τάω, τέω, τείνω.* Ex *τόω* factum *τόσσω. ἐπιτόσσω* pro *ἐπικυρέω, ἐπιτυγχάνω, ἐπέρχομαι.* Tandem *θοὰν* Bodl. C. perperam.

μεγαλᾶν πολίων. Sed praestat *ματρόπολιν* ornari epitheto.

40. Male in edd. adhaeserat punctum in fine versus; nam verba procedunt: *ἐπέκλαγξέν οἱ βρ.* et interposita sunt in medio: (*αἴσιον — βροντάν.*) et iungenda: *δέξατ᾽, ἁνίκα.*

42. *ἁνίκα* (*ὁ θεὸς*) *ἐπέτοσσε*, *quando ille superuenit*, v. V. L., illis nauem soluentibus, *κατὰ τὸν ἀπόπλουν ἐκ τῆς Τριτωνίδος.*

45. *φέρομεν*, *portaueramus*, tum *ἐξ Ὠκεανοῦ.* Scilicet secundum commenta argonauticae nauigationis *ducta e Colchide naui circa oram continentis*, (siue ad communem rationem ab occidente, siue, id quod firmare videntur 447. 8., ab oriente versus austrum; nam et ab oriente augustissimos orbis terrarum fines esse credidit antiquitas) *ab australi ora Africae*, (quando

Νώτων ὕπερ γαίας ἐρήμων
Εἰνάλιον δόρυ, μή-
δεσιν ἀνσπάσσαντες ἀμοῖς.
Τουτάκι δ' οἰοπόλος
Δαίμων ἐπῆλθεν, φαιδίμαν
Ἀνδρὸς αἰδοίου πρόσοψιν
Θηκάμενος. φιλίων δ' ἐπέων
Ἄρχετο, ξείνοις ἅτ' ἐλ-
θόντεσσιν εὐεργέται
Δεῖπν' ἐπαγγέλλοντι πρῶτον.

Α. β'. Κ. ιδ'.

Ἀλλὰ γὰρ νόστου πρόφασις γλυκεροῦ
Κώλυεν μεῖναι. φάτο δ', Εὐρύπυλος

47. εἰνάλιον metri caussa Schmidius pro ἐνάλιον, et μήδεσιν cum Pal. C. pro μήδεσσιν. Male hic per νῶτον Syrtes intelliguntur. Sunt νῶτα γῆς ἐρήμου. Grauius errant vett. Grammatici. Sed Argo super continentem humeris Argonautarum deportata fuit vsque ad paludem Tritonidem, hanc vero vetustas in mare mediterraneum longo freto immitti credidit. 48. ἀνσπάσαντες erat; sed syllaba longa requiritur. Similiter erratum 416. monuerat Mingarellus. 50. ἐπῆλθεν. τὸ ν adiecerunt Oxoniens. ex Bodl. γ. 53. ἄρχεται Ald. 57. κώλυεν Oxon. cum ν vulgo abesset. Ἀλλὰ — μεῖναι sunt in parenthesi.

quidem Africam, ab austro versus mare mediterraneum, non longo interuallo extendi putauit eadem rudis antiquitas) *terram ingressi, nauem portarunt versus septentrionem itinere facto per deserta Africae vsque ad paludem Tritonidem*, cuius veram naturam ac situm non magis cognitum habebant; *hic iterum in aquam immissam Argo freto*, quod inde creditum est procedere, *in mare mediterraneum deduxerunt.* Declarata haec nunc sunt disertius in Schönemanni nostri *Geographia Argonautarum.* cf. Notas ad Apollod. I, 9, 24. Aliam rationem Apollonius sequitur, qui inde a Syrtibus viam ad Tritonidem monstrat.

56. ἀλλὰ γὰρ — μεῖναι possunt in parenthesi posita haberi.

Γαιαόχου παῖς ἀφθίτου Ἐννοσίδα
Ἔμμεναι. γίγνωσκε δ' ἐπειγομένους.
Ἂν δ' εὐθὺς ἁρπάξαις ἀρούρας
Δεξιτερᾷ προτυχὸν
Ξένιον μάστευσε δοῦναι.
Οὐδ' ἀπίθησέ νιν, ἀλ-
λ' ἥρως, ἐπ' ἀκταῖσιν θορὼν,
Χειρί οἱ χεῖρ' ἀντερείσαις
Δέξατο βώλακα δαιμονίαν.
Πεύθομαι δ' αὐτὰν κατα-
κλυσθεῖσαν ἐκ δούρατος
Ἐναλίᾳ βᾶμεν σὺν ἅλμᾳ,

58. *Γαιαόχου* et *Ἐννοσίδα* de vno Neptuno dictum displicet Pauwio, qui emendat *Γαιάοχος*, scil. Eurypylus, *terram tenens, possidens.* Debebat vsum hunc vocis docere. Sed non infrequens poetis est, vnum ex frequentatioribus epithetis, vt *Ἐννοσίγαιος*, *Ἐνοσίχθων*, et hic *Ἐνοσίδης*, pro ipso nomine ponere, et adiicere aliud epitheton. 60. *ἁρπάξας* Ald. et duo Bodl. vt mox v. 65. *ἀντερείσας*. 61. Chaeris grammaticus *παρατυχὸν*, quod vulgare foret, scribendum censuerat. v. Schol. 62. *ξένιον*, non *ξείνιον*, scribo c. Schmidio secundum Aldum, vt Ionicus a minore sit. — 63. *νιν* pro tertio casu, vt *τίν*, cum Schmidio haberi posse, recte negat Pauw. Durum tamen cum Grammatico vetere accipere: οὐδ' *αὐτὸν ἀπιθῆ πεποίηκε πρὸς τὴν ὑποδοχήν.* Forte a poeta fuit scriptum: *οὐδ' ἀπίθησε μέν. neque vero ille recusauit. οὐδὲ μέν, ἀλλά.* Nisi suppleas *οὐδ' ἀπίθησεν (αὐτῷ κατά) νιν* pro *κατ' αὐτὸ τὸ ξένιον.* [Hermann. *ἀπίθησεν ἵν* ad Orph. p. 788. pro *αὐτῷ*. Sic et Boeckh. *Ex Schedis.*]

59. *γίγνωσκε δ' ἐπειγομένους, καὶ ἀναρπάξας — μάστευσε.* pro vulgari: *Cum autem audisset,* intelligeret, *nos festinare, glebam, quae forte ad manus erat, arreptam pro munere hospitali obtulit. ἐμάστευσε, (ὥστε) δοῦναι.*

65. *οὐδ' ἀπίθησέ νιν.* pro *οὐδ' ἀπίθησε τῷ Εὐρυπύλῳ (κατά) νιν, (αὐτὴν, sc. τὴν ἄρουραν,* vel *αὐτὸ, τὸ ξένιον) nec abnuit ipsi, quantum hospitale munus spectabat,* sc. quo minus acciperet, h. e. non recusauit accipere.

E. β'. K. ιγ'.

Ἑσπέρας, ὑγρῷ πελάγει σπομέναν.
Ἦ μάν νιν ὄτρυνον θαμὰ
Λυσιπόνοις θεραπόν-
τεσσιν φυλάξαι· τῶν δ' ἐλάθοντο φρένες.
Καί νυν ἐν τᾷδ' ἄφθιτον νά-
σῳ κέχυται Λιβύας εὐρυχόρου
Σπέρμα, πρὶν ὥρας. εἰ γὰρ οἴ-
κοι νιν βάλε πὰρ χθόνιον
Ἀΐδα στόμα, Ταίναρον εἰς ἱερὰν
Εὔφαμος ἐλθὼν, υἱὸς ἱπ-
πάρχου Ποσειδάωνος, ἄναξ,
Τόν ποτ' Εὐρώπα Τιτυοῦ θυγάτηρ
Τίκτε Καφισοῦ παρ' ὄχθαις·

71. *νιν* Schmidius ex Pal. C. euphoniae caussa. adde Schol. vulgo, *μιν*. *ὄτρυνον θεραπόντεσσι φυλάσσειν νιν*. Nouum hoc, *ὀτρύνειν τινί*. 73. *-τέσσιν* scribere voluerunt Oxonienses: metro iubente cum Pauwio. 74. *καὶ νῦν* vulgg. ante Schmid. 75. *εὐρυχόρου*, quod et Gotting. habet, idem recte refinxit pro *εὐρυχώροι*. conf. ad Olymp. VII, 33. 80. *Ποσειδάονος* scribunt Rom. et al. male.

74 sq. Nunc iniquo casu accidit, quod h. l. mari mersa fuit gleba; nam si delata fuisset ab Euphemo domum Taenarum, ibique in solum proiecta, *quarta* statim *generatione* oraculum euentum habiturum fuisset, tempore profectionis Heraclidarum in Peloponnesum. At nunc susceptae e Lemnia muliere prolis posteri aliquando e Laconica migrabunt Theram, et ex hac Battus coloniam deducet in Libyam, *generatione XVII.* inde ab Euphemo. (v. 16.)

78. Deleui interpunctionem post *ἱερὰν*, nam sunt iungenda *Ταίναρον εἰς ἱερὰν Εὔφαμος ἐλθὼν*, pro *ἀνελθών*. Erat rex Taenari. cf. 309.

Σ. γ'. Κ. ιδ'.

Τετράτων παίδων κ' ἐπιγεινομένων
Αἷμά οἱ κεῖναν λάβε σὺν Δαναοῖς
Εὐρεῖαν ἄπειρον. τότε γὰρ μεγάλας
Ἐξανίστανται Λακεδαίμονος Ἀρ-
γείου τε κόλπου καὶ Μυκηνᾶν.
Νῦν γε μὲν ἀλλοδαπᾶν
Κριτὸν εὑρήσει γυναικῶν
Ἐν λέχεσιν γένος, οἵ
Κεν, τάνδε σὺν τιμᾷ θεῶν
Νᾶσον ἐλθόντες, τέκωνται

83. *ἐπιγειναμένων* Schmidius reposuerat. Sed et vulgatum recte se habet. 88. *μὲν* requirit metrum; sicque MSS. Bodl. Pauwio monente. Edd. *μάν*. 90. *λέχεσι* Rom. sed *ν* iam Ald. appinxerat.

84. *σὺν Δαναοῖς*, *Achiuis*, qui eiecti fuere a Doriensibus, ducibus Heraclidis. *ἐξανίστανται* pro *ἐξαναστήσονται*. [*ἀνάστατοι γενήσονται*. *Ex Schedis.*]

88. Ex *vulgari* narratione Lemnum adierant Argonautae *in profectione versus Colchos.* Hoc sequuti veteres grammatici laborarunt in h. l. et in *εὑρήσει* supplent meliores *ἄπειρον* ex v. 85. vt subiectum sit: *γένος κριτὸν* (*ἐκ*) *γυναικῶν ἀλλοδαπᾶν ἐν λέχεσιν* vel *γένος ἐν λέχεσιν γυναικῶν*· vtrumque parum suauiter. At *Pindarus* eos *in reditu* Lemnum adduxit; v. inf. 448. vbi post vellus abductum, et nauigationem per Oceanum factam, *Λημνιᾶν ἔθνει γυναικῶν* admouentur. Nec aliter verba h. l. constitui possunt quam: *nunc ille* (Euphemus) *suscipiet progeniem ex peregrina femina: νῦν γε μὲν εὑρήσει ἐν λέχεσιν γυναικῶν ἀλλοδαπᾶν* (pro *ἐν λέχει γυναικὸς*) *γένος κριτὸν, οἵ τέκωνταί κεν* (pro *ὃ τέξεται*) *φῶτα*, *Battum*, h. e. *e qua progenie, vbi in hanc insulam Theram venerint*, *σὺν τιμᾷ θεῶν*, *honore hoc iis diuinitus constituto*, (v. 125. 463.) *nascetur Battus.* In *νῦν γε* et *τότε* consentiunt veteres: *τότε* ad Heraclidarum descensum in Peloponnesum, et *νῦν* ad solutam gle-

Φῶτα κελαινεφέων πεδίων
Δεσπόταν· τὸν μὲν πολυ-
χρύσῳ ποτ' ἐν δώματι
Φοῖβος ἀμμνάσει θέμισσιν,
Α. γ'. Κ. ιδ'.
Πύθιον ναὸν καταβάντα, χρόνῳ
Ὑστέρῳ νάεσσι πολεῖς ἄγαγεν
Νείλοιο πρὸς πῖον τέμενος Κρονίδα.
Ἦ ῥα Μηδείας ἐπέων στίχες. ἔ-
πταξαν δ' ἀκίνητοι σιωπᾷ
Ἥρωες ἀντίθεοι,
Πυκινὰν μῆτιν κλύοντες.

96. *ἀμνάσει* nouauerant Oxonienses perperam ex suis codd. (et ed. Ald.) syllabam sic corripi posse arbitrati; cum tamen ne desideretur quidem breuis syllaba. recte omnes alii *ἀμμνάσει* pro *ἀναμνάσει*, vt iam supra vidimus Pyth. I, 91. Mingarell. ipsum *ἀναμνάσει* locum tueri censebat; nam versum trochaicum a dactylo posse incipere. 98. Erat *χρόνῳ Δ'*, sine pro *δέ*, siue *δή*. tanquam importunum expunxerat Schmidius: recte, etiam Pauwio iudice, nisi cum eo *γ'* legas. Suspicatur quoque ille, fuisse forte olim *Δευτέρῳ*, proque eo glossa *ὑστέρῳ* illata, remansisse *δ*. 99. Tentat Pauw *Μείλοιο*, voce noua *Μεῖλος* procusa, quasi pro *Μειλίχιος Ζεὺς* dici possit. Cur vero in lyrico poeta miratur Libyam per Nilum declarari? Supra v. 28. *Διὸς Ἄμμωνος θέμεθλα* nominauerat, quae non minus longe absunt. *Nilus* autem *Saturnius*, quoniam Nilus ab Aegyptiis Osiridis et Iouis nominibus fuit condecoratus. conf. Iablonsky Panth. Aegypt. lib. II. c. I. §. 4. lib. IV. c. I. §. 14. vbi virum doctiss. locus hic non fugit. [100. v. Schol. rec. ad Sophocl. Antig. 1033. *Ex Schedis.*]

bam apud Theram referentes. *κελαινεφῆ πεδία* v. 93. sunt simpl. *fertilia*, *μέλανα*. Et *πολεῖς* v. 98. pro *πλῆθος*, vt ap. Homer.

[97. *ναὸν καταβάντα?* pro *ἀναβάντα? Ex Schedis.*]

99. Aegyptus dicta pro Libya: poetarum more. Et mox 100. *ἦ ῥα Μηδείας αὗται ἦσαν αἱ ἐπέων στίχες*, *vaticinii series*, tale erat vaticinium. 103. *μῆτιν*. 106. *χρησμόν*. [monitum graue. *Ex Schedis.*]

Ὦ μάκαρ υἱὲ Πολυ-
μνάστου, σὲ δ' ἐν τούτῳ λόγῳ
Χρησμὸς ὤρθωσεν μελίσσας
Δελφίδος αὐτομάτῳ κελάδῳ·
Ἅ σε χαίρειν εἰς τρὶς αὐ-
δάσασα, πεπρωμένον
Βασιλέ' ἄμφανεν Κυράνας,

Ε. γ'. Κ. ιγ'.

Δυσθρόου φωνᾶς ἀνακρινόμενον
Ποινὰ τίς ἔσται, πρὸς θεῶν.
Ἦ μάλα δὴ μετὰ καὶ

110. *Κυρήνᾳ* Bodl. C. non male hoc, vel potius *Κυράνᾳ*, vt et Schol. cum ms. Gott. legisse videtur; exquisitiore structura. In *ἄμφανεν* recte attextum *ν* ab Oxon. 113. Pauw legendum censet *ἢ μάλα δὴ μέτα καὶ Νῦν*, vt *μέτα* sit pro *μέτεστι*: *vaticinium illud* (v. 109. 110.) *adeo certum et verax, vt non modo regnauerit ille, sed et regnent nunc eius posteri.* Nihil vidi durius et contortius. Itaque, donec melius aliquid ex melioribus libris prolatum fuerit, non pigebit acquiescere in vulgato hyperbato: *μετὰ παισί.* Procliue est *μετὰ* mutare in *μέγα*, vt sit *μέγα μέρος*, *magna progenies.* Nisi *μέγα θάλλει* praeferas, pro *μεγάλως*.

105. *ἐν τούτῳ λόγῳ*, quod *in hoc Medeae vaticinio* est memoratum, *Pythiae oraculum, quod* quidem non ad quaesitum, sed *sponte illa effata est*, *ὤρθωσε*, *te, o Batte, constituit*, sc. coloniae deducendae auctorem; nisi malis, *animum tuum erexit et adiecit nouae coloniae consilio.* Mox 112. *τίς ποινά*, *quae liberatio.* Nam *ποινὴ* est remuneratio, permutatio, adeo etiam *mali in melius.*

113. *Arcesilaus*, *octauus a Batto*, *nunc regnat*: *ὄγδοον θάλλει μέρος*, *progenies.* Stirps est totum aliquid, cuius sunt partes generationes. *ὥστε ἦρος ἀκμᾷ*, *virescit tanquam verno tempore.* Molestum est hyperbaton *μετὰ παισὶ τούτου*, nam

Νῦν, ὥστε φοινικανθέμου ἦρος ἀκμᾷ,
Παισὶ τούτου ὄγδοον θάλ-
λει μέρος Ἀρκεσίλας· τῷ μὲν Ἀπόλ-
λων ἅ τε Πυθὼ κῦδος ἐξ
Ἀμφικτυόνων ἔπορεν
Ἱπποδρομίας. ἀπὸ δ᾽ αὐτὸν ἐγὼ
Μοίσαισι δώσω, καὶ τὸ πάγ-
χρυσον νάκος κριοῦ. μετὰ γὰρ
Κεῖνο πλευσάντων Μινυᾶν, θεόπομ-
ποί σφισιν τιμαὶ φύτευθεν.

114. *Νῦν πού γε* Bodl. *γ.* ita *φ. ἦρος ἀκμᾷ* de iuuenta accipiendum. Bodl. C. *Νῦν φοινικανθέμου τε ἦρος ἐν ἀκμᾷ*, vitiose. 115. *μετὰ — παισὶ τούτου*, *inter, e posteris huius Batti*, dudum insidebat animo, et idem video nunc ex Bodl. C. laudari. Vulgo erat *τούτοις*. sic saltem esset: *ἐν τοῖς Κυρηναίοις τοῖς νῦν.* 116. *μέλος* Pal. C. *membrum, gradus*, interpretatur Schmidius. Malim pro *μέλημα, cura*, dictum accipere. Si *μέρος* verum est, progenies ex ordine quaeque pro parte totius stirpis habita videtur. 118. *ἀμφικτιόνων* legit vnus ex Schol. qui interpretatur: *ἐκ πάντων τῶν περιοίκων.* Amphictyones praeerant Pythiis. 119. *ἱπποδραμίαι* Ald.

sic haud dubie legendum pro *τούτοις*, *inter posteros huius Batti.*

116. *μέρος* non dubito verum esse; vtitur hac voce Pindarus aliquoties *de singulis rebus eiusdem generis;* vt Pyth. XII, 20. *τρίτον μέρος κασιγνητᾶν, tertia soror.* Nem. III, 128. pro *aetatis gradu:* sic et inf. hoc carmine v. 279. 280. *γηραιὸν μέρος ἁλικίας.*

119. *ἀποδώσω αὐτὸν Μοίσαις*, vt Latini, *tradam Musis* sc. canendum. 122. *θεόπομποι τιμαί*, eaedem quae *θεία τιμή. τιμὴ θεῶν* 91. *honos diuinitus destinatus, vt ex ea gente reges essent Cyrenes, ortum habuit* inter nauigationem, in Tritonide palude.

Σ. δ'. Κ. ιδ'.

Τίς γὰρ ἀρχὰ δέξατο ναυτιλίας;
Τίς δὲ κίνδυνος κρατεροῖς ἀδάμαν-
τος δῆσεν ἅλοις; θέσφατον ἦν Πελίαν
Ἐξ ἀγαυῶν Αἰολιδᾶν θανέμεν.
Χείρεσσιν ἢ βουλαῖς ἀκνάμπτοις.
Ἦλθε δέ οἱ κρυόεν
Πυκινῷ μάντευμα θυμῷ,
Πὰρ μέσον ὀμφαλὸν εὐ-
δένδροιο ῥηθὲν ματέρος·

124. *Τίς μὲν* Bodl. C. ad δέξατο deficit αὐτούς. Mingarell. conj. *τίς σφας*. *ἀρχὰ* bene Oxon. e Scholiis restituerunt. vulgo *ἀρχή*. δέξατο sc. *τοὺς Μινύας*, exquisite. vt *casus, aerumnae, aliquem excipere*, ei contingere, dicuntur, sic h. l. caussa nauigandi, *ἀρχὰ ναυτιλίας*. 126. *ἄλλης* Bodl. γ. inepte. 131. *πὰρ* ex Pal. C. et Ald. repetiit Schmidius. A Romana inuectum erat *παρά*. [Respicit Pausanias X, 16. p. 835. *Ex Schedis.*]

125. Sententia per se est obvia: *quid coegit eos hoc discrimen adire?* Sed quaeritur de poetica orationis forma. Subiectum est *κίνδυνος*, ad quod subeundum erant obligati, coacti. Tribuuntur ei hic, quae τῇ Ἀνάγκῃ conueniunt et tribui solent; vt adeo sit *κίνδυνος summum discrimen*, quo quis tenetur; adeoque *necessitas*, qua adigitur *ad hoc vel illud faciendum.* Iason vitae in discrimine versabatur, si patrui Peliae iussa exsequi nollet; adeoque hoc ipsum discrimen, tanquam *caussa nauigationis susceptae*, eum constringebat tanquam *clauis* affixum, (poetica ratio vel ex Horatio nota) quo minus elabi posset. Est adeo *τίς κίνδυνος*, *quodnam discrimen*, quod euitandum ipsi erat, (nisi hoc faceret, adeoque, *quae necessitas*) adegit ipsum? Vix enim satis placet: *quaenam pericula subire fatale fuit?* *ἀδάμας* poetarum more receptum est, vt a Romanis *ferrum*. De lapide adamante, pro sua aetate, Pindarus vix cogitare potuit.

128. *χείρεσσιν ἢ βουλαῖς*, *aperta vi aut insidiis.*

Τὸν μονοκρήπιδα πάντως
Ἐν φυλακᾷ σχεθέμεν μεγάλᾳ,
Εὖτ' ἂν αἰπεινῶν ἀπὸ
Σταθμῶν ἐς εὐδείελον
Χθόνα μόλῃ κλειτᾶς Ἰωλκοῦ

Α. δ'. Κ. ιδ'.

Ξεῖνος, αἴτ' ὦν ἀστός. ὁ δ' ἄρα χρόνῳ
Ἵκετ', αἰχμαῖσιν διδύμαισιν, ἀνὴρ
Ἔκπαγλος. ἐσθὰς δ' ἀμφότερόν μιν ἔχεν,
Ἅτε Μαγνήτων ἐπιχώριος, ἁρ-
μόζοισα θαητοῖσι γυίοις,
Ἀμφὶ δὲ παρδαλέα
Στέγετο φρίσσοντας ὄμβρους.
Οὐδὲ κομᾶν πλόκαμοι
Κερθέντες οἴχοντ' ἀγλαοί,
Ἀλλ' ἅπαν νῶτον καταίθυσ-
σον. τάχα δ', εὐθὺς ἰών, σφετέρας
Ἐστάθη γνώμας ἀταρ-

133. *μονοκρήπιδα*, etsi a *κρηπίς*, recte. v. Suid. h. v. Est *μονόκρηπις*, vt *μονόχειρ*. 138. *αἴτ' ὦν* vett. edd. mutatum in ed. Morell. in *αἴτ' ὦν*. at est pro *εἴτ' οὖν*, quod frequens est. 140. *ἔχεν* ex Pal. C. emendatum Schmidio. Inuito metro omnes *ἔσχεν*. *ἐσθὰς* ex Herodiano illustrat Eustath. p. 287. med. 141. *ἅτε* non est pro *ἦτε*, sed syllaba *breui ἅτε, καθ' ἃ*, pro *ὡς*. debebat *ἅτε μὲν* sequi *ἅτε δὲ παρδαλέα, ᾗ στέγετο*. [Video me errare. *ἅτε* pro *ἦτε*: nam longa esse debet. *Ex Schedis.*] 142. *ἁρμόζοισαν* Bodl. C. male. [143. Gilb. Wakefield scribit *παρδαλέᾳ*. (Silv. Part. I. p. 77.) *Ex Addendis.*]

140. Vestitus partim indigenae erat, partim exteri aduenae.

144. Erit, vt nunc est, loquendi forma: *ἡ παρδαλέη ἐστέγετο ὄμβρους φρίσσοντας*, *pantherae tergum auertebat imbres horridos*, horrorem corpori iniicientes. *ἐστέγετο* pro *ἔστεγε*. [et hoc, tegendo auertere, *πρὸς* —. Sic Aeschyl. VII ad Theb. 218. 236. *Ex Schedis.*] At si *παρδα-*

βάτοιο πειρώμενος
Ἐν ἀγορᾷ πλήθοντος ὄχλου.

E. δ΄. K. ιγ΄.

Τὸν μὲν οὐ γίνωσκον. ὀπιζομένων
Δ᾽ ἔμπας τὶς εἶπεν καὶ τόδε·
Οὔ τί που οὗτος Ἀπόλ-
λων. οὐδὲ μὰν χαλκάρματός ἐστι πόσις
Ἀφροδίτας. ἐν δὲ Νάξῳ
Φαντὶ θανεῖν λιπαρᾷ Ἰφιμεδεί-
ας παῖδας, Ὦτον καὶ σὲ, τολ-
μάεις Ἐπιάλτα ἄναξ.
Καὶ μὰν Τιτυὸν βέλος Ἀρτέμιδος
Θήρευσε κραιπνὸν, ἐξ ἀνι-
κάτου φαρέτρας ὀρνύμενον·
Ὄφρα τις τᾶν ἐν δυνατῷ φιλοτά-
των ἐπιψαύειν ἔραται.

150. *ἀταρβάκτοιο* mss. Bodleiani, it. Ald. 153. *καὶ* otiosum esse videtur, nisi forte sic adiuues: *ex iis tamen*, qui eum animadvertebant, fuit qui etiam diceret. Conj. *εἴπισκεν τόδε*. vel *εἶπέν κεν* pro *dixit forte*. 154. Interrogatio a Schmidio illata erat, qua melius caremus, est enim mirantis et exclamantis. 159. *Ἐπιάλτα*, Dorica forma, sola Crat. et Schmid. Vulgo vbique vulgare *Ἐφιάλτα*. 161. *κραιπνόν γ᾽* Mingarell. vt metrum fulciat.

λίᾳ legas, ipse ἐστέγετο (πρὸς τοὺς) ὄμβρους.

150. πειρώμενος h. l. πεῖραν δοὺς, *experimentum animi sui imperterriti edens.*

156. Recte Chaeris reprehendit continuari comparationem tertio exemplo, et post deos memorari Aloidas, homines monstrosa corporis statura, et vasti corporis Tityum. Etsi poeta omnem rem ad corporis robur et proceritatem retulisse videtur. Νάξος λιπαρὰ, *fertilis*, ergo vitibus; alias *clara.*

163. ὄφρα τις, *vt alii, eius exemplo admoniti, ab illegitimo amore abstineant.* Similia Pyth.

Σ. έ. Κ. ιδ'.

Τοὶ μὲν ἀλλάλοισιν ἀμειβόμενοι
Γάρυον τοιαῦτ᾽. ἀνὰ δ᾽ ἡμιόνοις
Ξεστᾷ τ᾽ ἀπήνᾳ προτροπάδαν Πελίας
Ἵκετο σπεύδων. τάφε δ᾽, αὐτίκα πα-
πτήναις ἀρίγνωτον πέδιλον
Δεξιτερῷ μόνον ἀμ-
φὶ ποδί. κλέπτων δὲ θυμῷ
Δεῖμα προσέννεπε· ποί-
αν γαῖαν, ὦ ξεῖν᾽, εὔχεαι
Πατρίδ᾽ ἔμμεν; καὶ τίς ἀνθρώ-
πων σε χαμαιγενέων πολιᾶς
Ἐξανῆκεν γαστρός; ἐ-
χθίστοισι μὴ ψεύδεσι
Καταμιάναις εἰπὲ γένναν.

Α. έ. Κ. ιδ'.

Τὸν δὲ θαρσήσαις ἀγανοῖσι λόγοις
Ὧδ᾽ ἀμείφθη· φαμὶ διδασκαλίαν

165. Si Pindarus sibi constare voluit, aut grammatici volebant sibi constare, debebat scribi *ἀμευόμενοι*, et sic vbique; nunc semel scriptum occurrit Nem. XI, 17. *παραμεύσεται*. 168. Interpungebatur *τάφε δ᾽ αὐτίκα, π.* 169. *-πτήναις* leg. monente quoque Pauw. Cum mox 178. sit *καταμιάναις*, putes fuisse quoque *παπτάναις*. 177. Mingarellus conj. *ἐχθίστοις σε μὴ ψ.* nec male. 180. *διδασκαλίας* Bodl. C. exquisitius, sed minus concinne h. l.

II, 63. III, 106. *ἔραται*, metro docente, est pro *ἔρηται*. ab *ἔρω* vel *ἔρημι*.

174. *τίς ἀνθρώπων*, *quae femina* te partu edidit? *πολιᾶς γαστρὸς*, *λευκῆς*, vt *λευκὴ σὰρξ*, *λευκὸν σῶμα*, *candidum corpus*. ornans epitheton. vt inf. 194.

180. *Institutus sum a Chirone*. *φαμὶ* (vt Homer. *εὔχομαι*) *οἴσειν* (*ἔχειν*, *εἰληφέναι*. Ita

Χείρωνος οἴσειν. ἄντροθε γὰρ νέομαι
Πὰρ Χαρικλοῖς καὶ Φιλύρας, ἵνα Κεν-
ταύρου με κοῦραι θρέψαν ἁγναί.
Εἴκοσι δ' ἐκτελέσαις
Ἐνιαυτοὺς, οὔτε ἔργον
Οὔτ' ἔπος εὐτράπελον

182. *χαρικλῆς* Crat. vitiose. *χαρικλοῦς* vulgari forma in Bodleianis. 184. *ἐντελέσαις* vitium ed. Commelin. 185. *οὔτ'* Rom. cum cett. *οὔτε* Schmidius. Sic Bodl. C. et Ald. 186. *εὐτράπελον* a Schmidio profectum est: in codd. est *ἐντράπελον*, vox aliunde ignota. Nec aliter legerat Schol. vetus: *εἴκοσι δ' ἐκπληρώσας ἐνιαυτοὺς παρὰ Χείρωνι, οὔτε ἔργον οὔτε λόγον ἐκείνοις ἀπαίδευτον εἰπὼν παρεγενόμην εἰς τὰ οἰκεῖα, τὴν ἀρχὴν καὶ βασιλείαν σπεύδων ἀναλαβεῖν τοῦ πατρὸς Αἴσονος, ὑπ' ἄλλου νῦν παρὰ* (non *κατὰ*) *τὸ δίκαιον οὖσαν*. Apparet, hic eum legisse vocabulum, quod contrariam vim haberet *τοῦ εὐτράπελος*, quod ad *mores commodos*, *faciles* et *facetos* spectare in confesso est. Pergit tamen Scholion: *εὐτράπελον δὲ, ἀπαίδευτον, αἰσχρὸν, ὃ ἐκτρέψαιτο ἄν τις. ἢ ἐναντίον καὶ αἰσχρὸν, ὃ ἄν τις ἐντραπείη.* Qui vltima adiecerunt, possunt alter *ἐκτράπελον*, alter *ἐντράπελον* legisse videri. Alterum hoc, vt dixi, in omnibus editis et scriptis occurrit, et defenditur acriter a Pauwio, vt sit turpe, *ὃ ἐντρέπει*, *rubore suffundit.* Igitur hoc ad XX annos pertinere necesse est, per quos *obsequiosum se praestiterat Chironi alumnus*, ita vt sine offensa cum iis se vixisse significaret; neque se discessisse, quia haberet, quod de Chirone conquereretur. Cum tamen vox *ἐντράπελος* nusquam occurrat, sed tantum *δυστράπελος* et *εὐτράπελος*, quod et in Scholiis, etsi perperam, insertum est, cumque ne analogiam quidem habeat *ἐντράπελον*, reliqui in poeta, quod iam in P. I, 178. obuium, receperat Schmid. Ita verba licet *ad discessum*

φέρειν pro *ἔχειν* saepe, vt sup. Ol. VII, 95-98.) *διδασκαλίαν Χείρωνος*, *διδαχθῆναι παρὰ Χ.* Ad rem cf. Nem. III, 92. 93.

185. *οὔτε ἔργον οὔτ' ἔπος εὐτράπελον κείνοισιν εἰπὼν*, *nil iis de discessu se dixisse* ait: *nec rem ipsam*, discessum, *nec caussam probabilem communicaui.* [l. *nec caussam, nec officiosam vocem valedicendo. Ex Schedis.*] Sed vid. V. L.

Κείνοισιν εἴπων, ἱκόμαν
Οἴκαδ', ἀρχαίαν κομίζων
Πατρὸς ἐμοῦ, βασιλευομέναν
Οὐ κατ' αἶσαν, τάν ποτε
Ζεὺς ὤπασεν λαγέτᾳ
Αἰόλῳ καὶ παισὶ, τιμάν.

referre *clam ab generoso adolescente, qui iuuenili calore et impatientia abripi se passus erat, factum, nec vllo facto vel verbo nutritoribus significatum:* *οὔτε ἔ. — εἰπὼν, ἱκόμαν* etc. Sic temeritas adolescentis in seqq. mira videri non debet, cum alioqui Chironis prudentiae parum fuisset consentaneum, immittere sic adolescentem in manifesta pericula et insidias. Ita *εὐτράπελον* erit fere *humanum, obsequiosum, pium.* Accedit quod lectio *εὐτράπελον* etiam in Cod. Gotting. reperitur. Schneider ad Demetr. p. 154. comparat versum Aristoph. Vesp. 466. *οὔτε τιν' ἔχων πρόφασιν, οὔτε λόγον εὐτράπελον*, vbi esse videtur *πιθανόν, probabile.* Sin autem ad *ἐντράπελον* redirem, non tamen cum vetustis grammaticis acciperem *immorigerum*, sed potius ab *ἐντραπῆναι* ducerem, vt sit ὁ *ἐντρεπόμενος, qui reuerentiam praestat, habet.* Debuisset nutritius aperire consilium suum nutritoribus, saltem reuerentia eorum et amore motus, vt obsequiose veniam peteret et valediceret. 187. *κείναισιν* mauult Pauw, quod v. 182. 3. non nisi feminae memorantur. Scilicet, si hoc legeretur, tum ille emendasset alterum, quod et ipsum satis frequens in poetis. Et hic Chiron ipse subest. 188. Interpretes veteres et recentes, etiam Pauwium, tantopere haerere potuisse in voce *ἀρχαίαν*, vt per epenthesin pro *ἀρχὴν* dictam vellent, aut, quod Chaeris grammaticus maluit, *ἀρχὰν ἀγκομίζων* emendarent, admodum miror. Nihil magis obuium est, quam *ἀρχαίαν — τιμὰν* v. 192. sibi respondere. Tanti erat, vt, quod fecimus, post *παισὶ* interpungeretur. 190. *οὐκ αἶσαν* Ald. 191. *ὤπασε* ante Oxon.

188. *κομίζων, ὥστε ἀνακομίζειν, ἀναλαβεῖν, (τὴν) ἀρχαίαν τιμὰν πατρὸς — οὐ κατ' αἶσαν, οὐ κατὰ τὸ δίκαιον, βασιλευομέναν, quae tenetur nunc* (sc. ab alio).

E. ε'. K. ιγ'.

Πεύθομαι γάρ νιν Πελίαν ἄθεμιν,
Λευκαῖς πιθήσαντα φρεσὶν,

193. *νιν*, quod Dorum est, legi videtur in ms. Bodl. et praefert id h. l. Pauw. *νιν* sc. *τὴν ἀρχαίαν τιμήν*. Posset quidem *μὶν Πελίαν* per appositum accipi, vt forte Isthm. VI, 106. Sed hoc durius. 194. *πειθήσαντα* Morell. et Steph. hincque reliquae, vitiose. *φρασὶν* reposuerant Oxonienses etiam h. l. vix bene.

193. *πεύθομαι γάρ νιν*. Est ordo verborum: *τὸν Πελίαν ἀποσυλᾶσαι* (*ἀφελέσθαι*, vt *συλάσας κρᾶτα* pro *ἀφελὼν* Pyth. XII, 28.) *νὶν* (*αὐτὴν, τὴν τιμὴν*) *ἀμεαέρων* (nam sic leg.) *τοκέων ἀρχεδικᾶν*. Ductum hoc ab *ἀρχεδίκης*· cuius tamen verum sensum constituere difficile est. *ἀρχεδίκης* dictum esse potest vt *χειροδίκης*, *cui ius est in manu*, adeoque *cui ius est in regnando*, qui iuste regnat. Composita tamen ab *ἀρχὴ* videntur a significatu *principii* ducta, vt *ἀρχέκακος*, *ἀρχέτυπον*, *ἀρχέπλουτος* apud Sophocl. El. 72. *ab initio diues*, *quique antiquas opes sibi vindicat ac tenet*, vt ibid. 1393. *ἀρχαιόπλουτα πατρὸς εἰς ἑδώλια*. Erit ergo *ἀρχέδικος*, *δίκαιος ἀπ' ἀρχῆς*. Quo confici puto, scribendum esse *ἀρχεδίκαν*, [et sic Heynius in textu scripsit.] sc. *τιμὰν*, *quam olim iure tenuerunt parentes*. [qui ab initio ius (regnandi) habuere, h. potestatem. *Ex Schedis*.] Si haec collegeris, videbis, doctum esse Scholion ad h. l.

194. *λευκαὶ φρένες* ex eo genere epithetorum est, in cuius interpretatione nos fugit veterum auctoritas; ex etymologia autem vel a tropo varia elici possunt. Philostrati et Dionis Chrysost. auctoritas ad Pindarum vix magna esse potest, non magis ac Grammaticorum seriorum. In Hesychio et Suida cumulata sunt interpretamenta: *λευκαὶ φρένες. μαινόμεναι. ἢ λαμπραὶ, ἢ ἀγαθαὶ, ἢ ἥμεροι*. Iam habes, vnde, quod placet, eligas. Video tamen, singula ex contexto coniectura esse deducta, quemadmodum in nostris scholiis: *φρένες ἀνόητοι*. Hominem *mollem*, *desidem*, a corpore *albo*, *λευκὸν* dici; nil miror; at enim admotis machinis opus est, vt *λευκαῖς φρεσὶν* inseruiat is significatus. Peliam enim hominem mollem antiquitas non tradidit, nec contextus docet. Equidem sequebar sim-

Ἀμετέρων ἀποσυ-
λᾶσαι βιαίως ἀρχεδικᾶν τοκέων·
Τοί μ', ἐπεὶ πάμπρωτον εἶδον
Φέγγος, ὑπερφιάλου ἀγεμόνος

195. 6. *ἁμετέρων* — *ἀρχεδικᾶν* Ald. et Rom. nisi quod duplici accentu habet: *ἀρχεδίκᾶν*, vnde Cratandrina *ἀρχεδίκαν* emendauit; at ceterae seruant *ἀρχεδικᾶν*. Vt ex Scholiis apparet, lectio haec, *ἁμετέρων ἀρχεδικᾶν*, grammaticum Chaerin auctorem habet, *ἵν' ᾖ*, *τῶν ἡμετέρων πατέρων τῶν ἀρχεδικῶν* (explico: *δικαίως τὴν ἀρχὴν κεκτημένων*) *ἀποσυλῆσαι αὐτὸν πεύθομαι* (sc. *μιν* v. 193.). At *ἀρχεδίκαν* et, quantum ex Schol. intelligere licet, *ἁμετέραν* legerant alii, eo sensu, vt exponerent, *τὴν ἀρχὴν*, *ἣν κατὰ δίκην* — *εἶχον οἱ ἐμοὶ γονεῖς*. Oxonienses *ἁμετέραν* receperant, relicto *ἀρχεδικῶν*, arbitrati, illud alterum esse doricum pro *ἁμετέρων*. Vellem viri docti animaduertissent ac docuissent, etiam a nominibus in —*ος* genitiuum pluralem eo modo efferri; est enim *ἀρχεδίκης* vel —*ας τοκεὺς ἁμέτερος*. Quod infra Pyth. XII, 33. occurrit *αὐλᾶν*, dubitationem non tollit. Itaque retinenda puto *ἁμετέρων* — *ἀρχεδικᾶν τοκέων*. Nec dissentit Pauwius.

plicissimum: seruarunt poetae *multa epitheta* ex antiquitatis vsu, *per se otiosa*, verum honorem et auctoritatem *ex vetustate* habentia. sic *ὕδωρ ὑγρὸν*, *γάλα λευκὸν*, paullo ante v. 75. *γαστὴρ πολιά*, pro *λευκή*. [*ἔαρ πολιὸν* Hesiod. O. et D. 492. *candidum. Ex Schedis.*] simili modo *φρένες* modo sunt *ἀμφιμέλαιναι* ap. Homer. propter sanguinis colorem, et ap. Hesiod. Sc. H. 429. *θυμοῦ* — *κελαινὸν πίμπλαται ἦτορ*. modo *λευκαί*, ab omento; nam ineptam grammaticorum interpretationem, etiam in Schol. Pindari, nil moror. Ita *splendidam bilem* Horatii comparabam cum *vitrea bile* Persii, quatenus intumuit; viscerum vtique inflatorum superficiem multo magis nitere constat. Nihil afferre me, quod cogere possit, bene memini; tantum meos sensus eorumque rationes expono. Versatur res in eo genere, in quo videndum est, primo *quid sit probabile per se*, tum *quid sit probabilius ceteris*; quandoquidem, *quod liquido constet*, non habemus. In his, in quibus nihil est, quod ad consensum compellat, dissensum aliorum quis paullo liberalior aegre ferat?

Δείσαντες ὕβριν, κᾶδος ὡσ-
εί τε φθιμένου δνοφερὸν
Ἐν δώμασι θηκάμενοι μετὰ κω-
κυτῶ γυναικῶν κρύβδα πέμ-
πον σπαργάνοις ἐν πορφυρέοις,
Νυκτὶ κοινάσαντες ὁδὸν, Κρονίδᾳ
Δὲ τράφεν Χείρωνι δῶκαν.

Σ. ϛ΄. Κ. ιδ΄.

Ἀλλα τούτων μὲν κεφάλαια λόγων
Ἴστε. λευκίππων δὲ δόμους πατέρων,
Κεδνοὶ πολῖται, φράσσατέ μοι σαφέως.
Αἴσονος γὰρ παῖς, ἐπιχώριος, οὐ
Ξείναν ἱκόμαν γαῖαν ἄλλων.
Φὴρ δέ με θεῖος Ἰά-
σονα κικλήσκων προσηύδα.

201. *μίγα κ.* Pal. C. additum Scholium: *μικτικῶς.* 201. 202. *μετὰ κωκυτῶ* (pro *κωκυτοῦ*) tuto scribi posse arbitror pro *μετὰ κωκυτῷ.* *κρύβδαν* vulgo. *κρύβδα*, postulante iambico, emendauit Schmidius, assentiente Bodl. C. 204. *κοινώσαντες* ed. Commelin. sphalma. Est *κοινάω.* cf. inf. v. 236. 205. *τραφὲν* Ald. Doricum. Sed Dores aiunt retrahere accentum: itaque etiam *τράφεν.* 210. *ξεῖναν γε* legit, ne pede laboret versus, Pauw. Mingarell. *ἐφικόμαν* vel *ἀνικόμαν.* Malim *ἐσικόμαν.* 211. *φὴρ δέ με* reuocaui. Oxon. ed. vitio operarum *φὴρ γέ με.*

199. *κᾶδος θηκάμενοι δνοφερὸν ἐν δώμασιν ὡσεὶ φθιμένου* (*ἐμοῦ*) s. *funus facientes*, *ποιησάμενοι*, s. *luctum atrum*, tristem, *exorsi.*

204. *νυκτὶ κοινάσαντες ὁδὸν*, *communicantes iter nocti*, noctem solam habentes *consciam consilii*, h. e. clam noctu. [fere vt Eurip. Ion. 956. 7. *Ex Schedis.*]

207. *λεύκιπποι*, maiores, h. *nobiles*, qui quadrigis vecti sunt iunctis equis candidis. — Mox 209. *ἐπιχώριος, οὐ ξένος ἱκνέομαι.*

Ὣς φάτο. τὸν μὲν ἐσελ-
θόντ' ἔγνον ὀφθαλμοὶ πατρός.
Ἐκ δ' ἄρ' αὐτοῦ πομφόλυξαν
Δάκρυα γηραλέων γλεφάρων·
Ἂν περὶ ψυχὰν ἐπεὶ
Γάθησεν, ἐξαίρετον
Γόνον ἰδὼν κάλλιστον ἀνδρῶν.

Α. ϛ'. Κ. ιδ'.

Καὶ κασίγνητοί σφισιν ἀμφότεροι
Ἤλυθον, κείνου γε κατὰ κλέος· ἐγ-
γὺς μὲν Φέρης, κράναν Ὑπερηΐδα λιπὼν,
Ἐκ δὲ Μεσσάνας Ἀμυθάν· ταχέως
Δ' Ἄδματος ἦκεν καὶ Μέλαμπος

213. *ἐσελθόντ'* Schmidii hortatu Oxon. recepere; vulg. *εἰσελθόντ'*. 214. *ἔγνον ὀφθαλμοὶ* haud dubie cum Bodl. C. legendum: *ἔγνον* pro *ἔγνωσαν*. vt *ἴδον, ἔθεν, ἔσταν*. Ita etiam Pauw censuit. Vulgo *ἔγνων*, aduersante metro; quocirca Schmidius *ἔγνω ὀφθαλμὸς* substituerat. 215. *παμφόλυξαν* Bodl. γ. Etiam apud Hesych. similis scriptura ex hoc exemplo, non, vt ibi fit, declaranda: *παμφαλύζει, τρέμει*. 216. *βλεφάρων* vulgare primus Steph. intulit: eiecerunt iterum Oxonienses. 222. *Ὑπερηΐδα* quadrisyllabum est, vt *ηι* vna sit syllaba. [*Ὑπερῆδα* Heynius correxit.] Quorsum ergo *Ὑπερηΐδα* scribitur? 223. *Ἀμυθὰν*, vt *Ἀλκμάν*. Etsi est *Ποσειδᾶν*. Verum est quoque *Ποτειδὰν*, v. Valk. ad Eurip. Phoen. p. 65. Koen. ad Gregor. p. 93. *Ἀμυθῶν* Bodl. γ. quasi pro *Ἀμυθάων* contracte. 224. *ἵκεν* Bodl. γ. et Ald. eadem vi.

217. Erat *γάθησεν ἐξαίρετον, Γόνον* —. Melius, puto, interpungitur: *ἂν περὶ ψυχὰν ἐπεὶ γάθησεν, ἐξαίρετον γόνον ἰδὼν, κάλλιστον ἀνδρῶν·* h. *περιεγήθησε (καθ') ἣν ψυχὴν, ἐν ψυχῇ.*

220. *κασίγνητοι* patris Aesonis.

222. *Ὑπέρεια κρήνη* haud ignobilis. [apud Pheras, in vicinia Iolci. *Ex Schedis.*] v. doctiss. Eckhel Numism. anecd. p. 86. — [Pelias et Neleus e Tyro et Neptuno. Aeson, Amythaon, Pheres e Tyro et Cretheo. *Ex Schedis.*]

Εὐμενέοντες ἀνε-
ψιόν. ἐν δαιτὸς δὲ μοίρᾳ
Μειλιχίοισι λόγοις
Αὐτοὺς Ἰάσων δέγμενος,
Ξείνι' ἁρμόζοντα τεύχων,
Πᾶσαν ἐν εὐφροσύναν τάνυεν,
Ἀθρόαις πέντε δραπὼν
Νύκτεσσιν ἔν θ' ἁμέραις
Ἱερὸν εὐζωᾶς ἄωτον.

Ε. ς'. Κ. ιγ'.

Ἀλλ' ἐν ἕκτᾳ, πάντα λόγον θέμενος
Σπουδαῖον ἐξ ἀρχᾶς ἀνὴρ

225. *εὐμενεῖν* cum quarto casu iunctum, non cum tertio, notabile visum, etiam Schmidio. Pauwius *ἀνεψιῷ* reponendum putat. Ita et *ἀνεψιοὶ* locum haberet. Miror ei non in mentem venisse, *εὐμενέοντ' ἐς ἀνεψιόν*. *εὐμενέοντε* de duobus. potest tamen *εὐμενεῖν* esse *beneuole aliquem excipere*, et *εἰς* subintelligi. Sed verum est: *ἧκεν* (*πρὸς*) *ἀνεψιόν*. tum *εὐμενέοντες*, *beneuolentia adducti*. 230. *ἐν* Oxonienses ex Bodl. *γ*. reposuerant, pro *ἐς*, vt illud Doricum sit. Audio: sed potest etiam librarii lapsus esse, vt malim hactenus vulgare *ἐς* retinere, vt sit: *ad omnem hilaritatem eos intendit, incitauit, inuitauit. ἐτάνυεν, ἐνέτεινε*, etiam in Glossariis occurrit. Sin vero *ἐν* magis placet, vt placet, tamen et hoc cum *τάνυεν* iungendum: *ἐνετάνυεν π. ε.* 232. Mingarell. conj. *νύκτεσσί τ' ἔν θ' ἁμέραις*. Vulgatum est doctiore iunctura dictum pro *ἐν νύκτεσσιν ἁμέραις τε.*

226. *ἐν δαιτὸς μοίρᾳ*. Schol. *ἐν μέρει*, *participes eos reddendo conuiuii*, h. excipiens eos epulis. Hoc videtur simplicissimum; portio epularum vnicuique hospitum contingit. Mox 229. *ξείνια* sunt ipsae epulae, et 230. *ἐνετάνυεν πᾶσαν εὐφροσύναν*, *hilaritatem maximam in eorum animis explicuit, excitauit. ἐντείνειν, ἐντανύειν*, fere vt *αὔξειν*, pro vulgari *ποιεῖσθαι*. [Ad Tibull. I, 5, 76. laudaui ex epigrammate apud Reinesium, illustrato a Valken. Diatribe p. 253. *Ζῆθι κάλων τείνας οὔριον εὐφροσύνας*. *Ex Addendis.*]

231. *παρεκοινᾶτο θέμενος* (*προθέμενος*) *omnem rem*, *λόγον*

Συγγενέσιν παρεκοι-
νᾶθ᾽. οἱ δ᾽ ἐπέσποντ᾽. αἶψα δ᾽ ἀπὸ κλισιᾶν
Ὦρτο σὺν κείνοισι. καί ῥ᾽ ἦλ-
θον μέγαρον Πελία᾽ ἐσσύμενοι
Δ᾽ εἴσω κατέσταν. τῶν δ᾽ ἀκού-
σαις, αὐτὸς ὑπηντίασεν
Τυροῦς ἐρασιπλοκάμου γενεά.
Πραῢν δ᾽ Ἰάσων μαλθακᾷ
Φωνᾷ ποτιστάζων ὄαρον
Βάλλετο κρηπῖδα σοφῶν ἐπέων·
Παῖ Ποσειδᾶνος Πετραίου,

236. *συγγενέσσι* male Rom. et seqq. Schmidius Aldum pro se laudare poterat. Tum *πᾶσι κοινᾶθ᾽* omnes edd. ante Schmidium, qui metro monente et suffragante Pal. C., cui duo Bodlej. succinunt, emendauit *παρεκοινᾶθ᾽*. vt tamen appareat, vnde *πᾶσι* venire potuerit, non male Pauwius coniecit, fuisse olim in libris scriptum *συγγενέσι* vel *—σιν ποτικοινᾶθ᾽*. 239. *-θον μέγαρον Πελία δ᾽* editum erat ab Oxon. quod a sermonis ratione alienum est; vnde eos Pauwius satis acerbe exagitauit: nam *δὲ* eo loco stare non potest. Edd. vulgg. *-θον Πελία μέγαρον ἐσσ.* Schmidius syllabae cauere volens rescripserat *μέγαρόν δ᾽*. nec male pro *μεγαρόνδε*. vnde puto adhaesisse ed. Oxon. Verum melius vocibus permutatis *μέγαρον Πελία* offerebat Bodl. C. 240. *εἴσω* Schmid. quod Bodl. C. firmat. Vulg. *ἔσω*, recte in metro Iambico, monente Pauwio. 241. *ὑπαντίασεν* Ald. 246. *Ποσειδᾶνος* Ald. *Ποσειδῶνος* Rom. et seqq. *Ποτειδᾶνος* Oxon. exhibuerant ex Bodl. C. Est tamen perpetuo Pindaricorum exemplarium vsu per *σ*, *Ποσειδᾶνος*.

σπουδαῖον, pro *σπουδαίως θέμενος*, *serio, accurate.* et illi 237. *ἐπέσποντο*, *assensi sunt, probarunt.* Nisi simplicius est: *comites se ei adiunxerunt.* Statim enim cum iis surgit de mensa.

246. Iason *exorsus est prudentem sermonem.* *κρηπίς*, *fundamentum*, pro exordio. Sic inf. VII, 3. et Fragm. p. 71. de victoria nauali ad Artemisium parta: *ὅτι παῖδες Ἀθηναίων ἐβάλοντο κρηπῖδα ἐλευθερίας.* *Πο-*

Σ. ζ΄. Κ. ιδ΄.

Ἐντὶ μὲν θνατῶν φρένες ὠκύτεραι
Κέρδος αἰνῆσαι πρὸ δίκας δόλιον,
Τραχεῖαν ἑρπόντων πρὸς ἐπίβδαν ὅμως.
Ἀλλ' ἐμὲ χρὴ καὶ σέ, θεμισσαμένους
Ὀργάς, ὑφαίνειν λοιπὸν ὄλβον.
Εἰδότι τοι ἐρέω·
Μία βοῦς Κρηθεῖ τε μάτηρ
Καὶ Θρασυμήδεϊ Σαλ-

249. τρηχεῖαν Bodl. C. Sed in τραχεῖαν h. l. α longa est ex η Ionica. In vulgg. ἐπίβδαν δ' ὅμως. Omnino δ' tollendum erat, vt iam a Schmidio factum: abest quoque a cod. Gotting. Repugnat vsui et metro; est enim iambelegus. Aldus praue: ἐπιάδαν δ'.

σειδῶνος Πετραίου maiore littera scribendum; erat enim locus Thessaliae, in quo ludi Neptuno habiti fuere. vid. Schol. Apollon. III, 1243.

249. Esse τραχεῖαν ἐπίβδαν, τὸ μέλλον τραχύ, recte Schol. in quo sunt alia de voce ἐπίβδα, quae proprie ἡμέρας μεθεόρτους declarat, nunc omnino τὸ μέλλον. Multa de ea, quae nonnullorum vocabulorum fortuna fuit, disputarunt viri docti, olim Etymol. M. Suidas, Hesych. et ad hunc Hemsterh. tum Ruhnken. ad Timaeum h. v. Comparantur cum repotiis, de quibus docta est Wernsdorfii disputatio. Est autem ordo: θνητῶν μὲν φρένες (κἂν) τραχεῖαν ἑρπόντων (αὐτῶν) πρὸς ἐπίβδαν h. e. κακὸν τὸ μέλλον, (etsi in mala futura irruunt, parant sibi calamitates futuras) ὅμως ὠκύτεραί εἰσιν, αἰνῆσαι κέρδος δόλιον πρὸ δίκας, *procliues sunt, praecipites, ad praeferendam iusto vtilitatem per fraudem.* [fere vt Apollon. IV, 1017. *Ex Schedis.*]

250. θεμισσαμένους ὀργάς, *moderantes, regentes, animos,* prouidere, vt feliciter agamus in posterum.

253. Eadem femina βοῦς, τοκάς, γυνή, *Enarea.*

μωνεῖ· τρίταισιν δ' ἐν γοναῖς
Ἄμμες αὖ κείνων φυτευθέν-
τες σθένος ἀελίου χρύσεον
Λεύσσομεν. Μοῖραι δ' ἀφί-
στάντ', εἴ τις ἔχθρα πέλει
Ὁμογόνοις, αἰδῶ καλύψαι.

Α. ζ. Ἀ. ιδ'.

Οὐ πρέπει νῷιν χαλκοτόροις ξίφεσιν
Οὐδ' ἀκόντεσσιν μεγάλαν προγόνων

255. *τρίταισιν δ'*. Abest *ν* in edd. sed adesse debet, nisi iambus pro spondeo sit: monente quoque Pauw. *τρίταις δὲ ἐν* Bodl. C. 258. 9. *ἀφί-σταιντ'* (aut, vt secundum grammaticorum leges scribendum, *ἀφισταῖντ'*) Chaeris legebat, nec improbante Grammatico in Scholiis, *ἵν' ᾖ εὐκτικὸς ὁ λόγος· ἀφίσταιντο αἱ Μοῖραι, εἰ μέλλει ἐν τῷ γένει ἡμῶν διαφορὰ γενέσθαι, ὥστε πρὸς ἀναίδειαν τραπῆναι.* Etiam sic Aldus excusum dedit. At Rom. cum cett. *ἀφίσταντ'*, siue vt *ἀφίσταντο*, siue vt *ἀφίστανται* sit; hoc quidem melius: *recedunt Parcae, auersantur:* adeoque cognati *οὐκ ἀγαθῇ μοίρᾳ χρῶνται.* [*ἀποστατεῖ θέμις* Aeschyl. Eumen. 411. *Ex Schedis.*] 260. Reliqui interpunctionem post *ὁμογόνοις*, etsi ea aut omitti aut etiam post *πέλει* cum Aldo transferri poterat: est enim quod Schol. ait: *ἐὰν δέ τις ἔχθρα ὁμογόνοις γεννηθῇ, ὥστε καλύπτειν τὴν αἰδῶ καὶ ἀποκρύπτειν, τουτέστι, μὴ αἰδεῖσθαι sc. αὐτούς. ita vt pudorem, quem sibi agnati et cognati mutuum debent*, h. pietatem, reuerentiam et amorem, *deponant*, *exuant.* 261. *νῶν* Oxon. ante *νῷιν*, quod Schmi-

258-260. Sunt verba paullo impeditiora. *αἰδῶ καλύψαι* erit, *tollere*, *extinguere*, vt *κρύπτειν* pro *ἀφανίζειν*, *ἀϊστοῦν*, *reuerentiam* seu pietatem *cognatorum*; hoc fit odiis mutuis. *εἴ τις ἔχθρα πέλει ὁμογόνοις*, (*ὥστε αὐτὴν* scil. *τὴν ἔχθραν*) *τὴν αἰδῶ καλύψαι, quae talis sit, vt tollat pietatem.* Ita est: *Parcae* (custodes recti et iusti) *auersantur*, abhorrent ab adspectu, *ortis inter cognatos odiis, quibus pietas et reuerentia mutua inter eos tollitur.*

Τιμὰν δάσασθαι. μᾶλά τε γάρ τοι ἐγὼ
Καὶ βοῶν ξανθὰς ἀγέλας ἀφίη-
μ᾽ ἀγρούς τε πάντας, τοὺς ἀπούρας
Ἁμετέρων τοκέων
Νέμεαι, πλοῦτον πιαίνων.
Κοὔ με πονεῖ τεὸν οἶ-
κον ταῦτα πορσύνοντ᾽ ἄγαν.
Ἀλλὰ, καὶ σκᾶπτον μόναρχον,
Καὶ θρόνον, ᾧ ποτε Κρηθεΐδας
Ἐγκαθίζων ἱππόταις
Εὔθυνε λαοῖς δίκας,
Τὰ μὲν ἄνευ ξυνᾶς ἀνίας

dius monet per synizesin esse legendum. recte: sed cur diaeresis infertur? exarandum haud dubie *νῶιν*, pronuntiandum *νῶν*. *νῶ* Bodl. *γ*. vitium est. *χαλκτόροις* Romanae edit. sphalma, in omnibus deinde editis seruatum, recte secundum Scholiasten emendatum est a Schmidio. Ald. *χαλκοτέροις* cum Bodl. *γ*. Versum recitat Tzetza ad Lycophr. 175. 262. *ἀκόντεσσιν*, adiecto *ν*, legendum, metro iubente, monet Pauw. 263. *μῆλα*. atqui Ol. VII, 116. erant *μᾶλα*. 267. *νέμεαι* diserte Ald. at Rom. *νύμες*. forte ex scripturae compendio. emendatum ex Aldo in Cratandrina. 271. *καὶ θρόνος* erat editum. Plus lyrici spiritus habere mihi videtur, si legatur: *καὶ θρόνον*, vt quoque ex Bodl. C. notatum video. Scilicet: *Ἀλλὰ καὶ σκᾶπτον μόναρχον, Καὶ θρόνον, ᾧ — δίκας, Τὰ μὲν ἄνευ ξυνᾶς ἀνίας Λῦσον ἄμμιν. Sed et sceptrum et thronum, hacc* (*τὰ, ταῦτα*, solito more, vt ad vtrumque *σκᾶπτον* et *θρόνον* referatur) *redde nobis sine omni tua et mea molestia.* Saltem sic accipiam vulgare *σκᾶπτον — καὶ θρόνος — τὰ μὲν* etc. Vulgo subintelligunt: *πονεῖ με*, h. *ἀλγύνει*. 273. *λαοῖς* Schmid. metri gratia. vulgg. *λαοῖσι*.

268. *κοὔ με πονεῖ. πονεῖν* h. l. actiue. cf. Brunck. in Anacreont. p. 111. et *πορσύνοντα* pro *αὔξοντα*, *non me male habet, quod haec tuas opes valde augent*, tuis copiis accedunt.

274. *τὰ μὲν*, *quod ad ista attinet*, ea quidem *redde mihi, ne inde* (*ἐξ αὐτῶν, διὰ τού-*

Ε. ζ. Κ. ιγ΄.

Λῦσον ἄμμιν, μή τι νεώτερον ἐξ
Αὐτῶν ἀναστήσῃ κακόν.
Ὥς ἄρ᾽ ἔειπεν. ἀκᾶ
Δ᾽ ἀνταγόρευσεν καὶ Πελίας· ἔσομαι
Τοῖος. ἀλλ᾽ ἤδη με γηραι-
ὸν μέρος ἁλικίας ἀμφιπολεῖ·
Σὸν δ᾽ ἄνθος ἥβας ἄρτι κυ-
μαίνει· δύνασαι δ᾽ ἀφελεῖν
Μᾶνιν χθονίων. κέλεται γὰρ ἑὰν

276. Triplex olim in libris fuit varietas, vt ex Schol. apparet: *ἀναστaίη*, (docta lectio: *ne quid mali inde oriatur*) *ἀναστήσῃ* (quae et futuri medii et indefiniti 1. subiunctiui esse potest; ex grammaticis aliqui pro *ἀναστήσηται* dictum volebant) et *ἀναστήσῃς*, vt in edd. legebatur, quod secundae lectionis interpretamentum esse videtur: nam *ἀναστήσῃ* ab —*σομαι* eodem significatu accipi potest, contra quam Scholiastes fecit. — *νεώτερον* pro *μεῖζον*. 277. *Ἀκᾶ* aut potius *ἀκᾷ* pro *ἀκῇ* dictum Schmidius, *ἀκῇ* etiam scribendum esse Pauwius censent: esse enim ab *ἀκή*, ἡ *ἡσυχία*, quae ap. Hesych. interpretatio extat. Vox manifeste conuenit cum *ἦκα*, Dorice *ἆκα*, h. *ἠρέμα καὶ ἡσύχως*, in quo *α* corripitur, antiquo vsu. Probabile fit fuisse olim *ἄκη* vel *ἀκή*, quod *lenitatis* significatum haberet, inde factum (*ἐν* vel *σὺν*) *ἄκῃ*, *ἄκᾳ*, vnde *ἆκα*, *ἦκα* factum, item (*κατ᾽*) *ἄκην* vel *ἀκήν*, quod Grammatici, Etymol. et Eustath. a *χαίνω* ducunt. Certe hinc *ἕκηλος* et *ἄκαλος* (v. Hesych. h. v.) formatum, et hoc breuem syllabam habere, patet ex Homerico *ἀκαλαῤῥείτης*. 278. *ἀνταγόρευσεν* pro *ἀντηγόρευσεν*, vnde secunda est producta. *ἔσσομαι* — *τοιοῦτος* vulgg. quod mutauit Schmidius metro monente, et mss. Bodl. addicentibus. 281. *σοῦ δ᾽ ἄ.* vitium, quantum video, solius edit. Schmid.

του) inopinum tibi arcessas malum.

283. Veterator Pelias simulat, se religione teneri expiandae *ἄτης*, piaculi, quod regni exitium minari videretur. Sunt autem placandi Manes Phrixi, parentis Athamantis et Inus iniuria

Ψυχὰν κομίξαι Φρίξος, ἐλ-
θόντας πρὸς Αἰήτα θαλάμους,
Δέρμα τε κριοῦ βαθύμαλλον ἄγειν,
Τῷ ποτ' ἐκ πόντου σαώθη

Σ. ή. Κ. ιδ'.

Ἔκ τε ματρυιᾶς ἀθέων βελέων.
Ταῦτά μοι θαυμαστὸς ὄνειρος ἰὼν
Φωνεῖ. μεμάντευμαι δ' ἐπὶ Κασταλίᾳ,
Εἰ μετάλλατόν τι. καὶ ὡς τάχος ὀ-
τρύνει με τεύχειν ναῒ πομπάν.
Τοῦτον ἄεθλον ἑκὼν

285. -θόντα erat; -θόντας non modo ed. Brub. cum Bodl. γ. sed omnes vett. vsque ad Steph. idque metrum postulat. 288. ἐκ τῶν praue Rom. et sqq. donec Schmid. iterum emendauit sec. Ald. 291. εἰ μεταλλάττον τι conj. Pauw. nam *somnium*, inquit, *erat apertum et omnis dubii expers*. recte; sed de somnio dubitari poterat, an diuinitus missum et an ei parendum esset. Igitur aditur deus, an quid super somnii veritate et auctoritate ex deo explorari possit: εἰ μετάλλατόν τι. 292. ὀ. σὲ Rom. et seqq. Bene Schmidius ex Ald. reuocauit με, probantibus etiam Oxon. et Pauw.

patrio solo pulsi et in Colchide mortui. Caesum cum edit Valer. Fl. I, 47 sqq. vbi haec ornat. Apud Apollon. II, 1198. Iouis i[illegible]a placatur. κέλεται γὰρ Φρίξος (ἐμὲ) κομίξαι ψυχὰν ἐάν. Notabile κομίζειν, *curare*, de sacris factis, de inferiis. Eo sensu κομιδὴ quoque occurrit.

291. εἰ μετάλλητόν τι, *num quid comperiri posset super somnii consilio*: h. e. an possem resciscere aliquid, sitne viso obtemperandum. μεταλλᾶν non modo est *quaerere*, sed et *comperire*. καὶ (ὁ Θεὸς) ὀτρύνει ἐμὲ, ὡς τάχος τεύχειν ναῒ πομπὰν, h. πέμπειν νῆα, *instruere ac deducere in mare*.

Τέλεσον· καί τοι μοναρχεῖν
Καὶ βασιλευέμεν ὄ-
μνυμι προήσειν. καρτερὸς
Ὅρκος ἄμμι μάρτυς ἔστω
Ζεὺς ὁ γενέθλιος ἀμφοτέροις.
Σύνθεσιν ταύταν ἐπαι-
νήσαντες οἱ μὲν κρίθεν.
Ἀτὰρ Ἰάσων αὐτὸς ἤδη

Α. η΄. Κ. ιδ΄.

Ὄρνυεν κάρυκας ἐόντα πλόον
Φαινέμεν παντᾶ. τάχα δὲ Κρονίδα-
ο Ζηνὸς υἱοὶ τρεῖς ἀκαμαντομάχαι
Ἦλθον Ἀλκμήνας θ' ἑλικοβλεφάρου

294. *τέλεσσον* edd. At *τέλεσον* ex Aldo legendum esse, vt Ionicus a minore sit, monuerunt Schmid. et Pauw. *καί τοι* pro *σοι*. — 297. *ἄμμιν* inuectum in ed. Morell. et Stephanianas. Pauw distinguere iubet: *κ. ὅρκος ἄμμι· μάρτυς ἔ.* Non satis assequor. Sed ordo verborum hic erat faciendus: *μάρτυς ἔστω ἄμμι ἀμφοτέροις Ζεὺς ὁ γενέθλιος, καρτερὸς ὅρκος*. Iupiter *ὅρκος*, quatenus per eum iuratur. [Heynius in textu et post *Ὅρκος* et post *Ζεὺς* posuit comma.] 301. *ἀτὰρ* metri caussa Schmid. pro *αὐτὰρ*, quod teneri poterat iudice Pauw. 302. *ὄρνυ* Bodl. C. qui metro refellitur. *ἐνόντα*, *concessam cuiuis nauigationem*, refinxerat Schmidius, argute, sed temere. *ἐόντα* est *γινόμενον* (*γενησόμενον*), *τὸν δόξαντα*, vt Schol. *constitutam nauigationem*. Aut dicendum simpl. *ὄντα* pro *εἶναι*, *ἔσεσθαι*. 303. *πάντα* Rom. et al. Reuocauit *παντᾶ* post Ald. Stephanus. Vtrumque ferri posse censet Pauw. 305. *Ἀλκμάνας* repente hic editum: cum vbique sit *Ἀλκμήνα*. etiam in Theocrito.

294. *μοναρχεῖν* spectat ad imperium, *βασιλεύειν* ad dignitatem regiam, honorem, munera, vt sup. 270. *σκᾶπτον μόναρχον, καὶ θρόνος* etc.

298. *Ζεὺς γενέθλιος* nunc, rebus iubentibus, aliter quam Ol. VIII, 20. esse debet *πατρῷος*, *gentilitius* stirpis Aeolicae. Est autem *γενέθλη*, itidem vt *γένος*, et *natalis* et *genus*.

[305. Hercules et Dioscuri. *Ex Schedis.*]

Αἴδας τε. δοιοὶ δ' ὑψιχαῖται
Ἀνέρες, Ἐννοσίδα
Γένος, αἰδεσθέντες ἀλκὰν,
Ἔκ τε Πύλου καὶ ἀπ' ἄ-
κρας Ταινάρου· τῶν μὲν κλέος
Ἐσλὸν Εὐφάμου τ' ἐκράνθη
Σόν τε, Περικλύμεν' εὐρυβία.
Ἐξ Ἀπόλλωνος δὲ, φορ-
μικτὰς, ἀοιδᾶν πατὴρ
Ἔμολεν, εὐαίνητος Ὀρφεύς.

Ε. ή. Κ. ιγ'.

Πέμπε δ' Ἑρμᾶς χρυσόραπις διδύμους
Υἱοὺς ἐπ' ἄτρυτον πόνον,
Τὸν μὲν Ἐχίονα, κε-

310. Pro τῶν μὲν Schol. legerat τῷ μὲν, vt ad Neptunum referatur, cui ex filiis decus nascitur. 318. 9. κεχλάδοντας. Supra

306. ὑψιχαῖται, vt βαθυχαῖται, refer ad iuuenilem vigorem. [Euphemus et Periclymenus. *Ex Schedis.*]

308. αἰδεσθέντες ἀλκὰν multis modis exponi potest. Praestat, puto, ad Iasonem referre: *virtutem Iasonis reueriti*, h. e. admiratione virtutis eius.

310. Euphemus et Periclymenus, Neptuni ille filius ex Europa, hic nepos ex Neleo et Chloride, Tityi filia; Neleus autem et Pelias e Tyro suscepti Neptuno: istis *cumulata est gloria ex nouo hoc nauigationis ausu.* ἐκράνθη, συνεπεράνθη, *perfecta est.*

313. ἐξ Ἀπόλλωνος potest variis modis accipi, vt Mingarell. monet: *ab Apolline missus:* tum ἐξ Ἀπ. φορμικτὰς, *citharoedus ab A. edoctus.* Praefero ἐξ Ἀπόλλωνος scil. γένος v. 308. pro ὁ Ἀπόλλωνος παῖς. Ponitur in medio heroum a Ioue, Neptuno, Mercurio, ortorum. Alii Oeagri filium faciunt Orphea. Doctum est Scholion ad h. l.

318. κεχλάδοντας ἥβᾳ, a κεχλήδω, πλήθω, *iuuenili vigore,* tanquam succo, *turgentes.* v.

χλάδοντας ἥβᾳ, τὸν δ' Ἔρυτον. ταχέως
Δ' ἀμφὶ Παγγαίου θέμεθλα
Ναιετάοντες ἔβαν· καὶ γὰρ ἑκὼν
Θυμῷ γελανεῖ θᾶσσον ἔν-
τυνεν βασιλεὺς ἀνέμων
Ζήταν Κάλαΐν τε πατὴρ Βορέας

Ol. IX, 3. *κεχλαδὼς* occurrebat ductum a *χλήζω*, dorice *χλάζω*. vnde *α* productum. Ab hoc factum esse debet *κεχλάδω* (non *κεχλαδάω*, vt Schmidius facit) pro *κεχλήδω*, vnde *κεχλάδων*. *κεχλάδοντας* scripsi pro *κεχλαδόντας*. nam *α* producta esse debet; neque adeo aoristus secundus locum habet h. l. Scholiastes exponit *πλήθοντας*, vt Etymol. M. *κεχλαδὼς* (Ol. IX, 3.) *ἀντὶ τοῦ· ὁ πληθύων*. Pergit Scholiastes: *κυρίως δὲ χλῆδος*, (vel *χληδός*, cf. Hesych. h. v. et Pauw ad h, l.) *ἡ μετὰ ἤχου τῶν ὑδάτων ῥύσις, μιμητικῶς εἰρημένη. ὡς καὶ βρόμος πυρός*. Illud *χλῆδος* a *χλήζω* ductum esse debuit, hoc autem a *χλῶ*, (a quo Etymol. M. *ὄχλος* ducit) *χλάω, χλάζω, χλήζω*. Fuit et *χλίω* pro *θρύπτω*. vnde *ἐγχλίειν* Aeschyl. Suppl. 921. et *χλιαρός*. cf. inf. ad IX, 66. Duplex autem significatus hic verbis inesse videtur, primum copiae, proprie aquarum, tum strepitus, quem multae aquae fluentes faciunt. Alter significatus supra Ol. IX, 3. alter vero, ille prior, h. l. obtinere videtur, vt sit *iuuentae vigore plenum esse, κεχλάδειν ἥβῃ*. cf. Abresch ad Hesych. his vocc. Sup. 281. *ἥβη κυμαίνει*. Quod autem altero loco pro interpretatione in Scholiis affertur: *τῷ τῆς ἀκμῆς ὑπεραίροντας θερμῷ*, suspicor Scholii auctorem vitiose *κεχλιδόντας* legisse, vel *κεχλιδότας*, tanquam a *χλίω, χλιδή, χλιδᾷν*. Apud Hesych. *κεχλιδότα, ἀνθοῦντα*. Bodl. C. *κεχλαδότας* cum metri vitio. 319. *τόν τ'* malit Pauwius. *Ἔρυτον*, metro monente, ex Apollonii aliorumque auctoritate emendauit Schmidius. Superiores edd. vitiose: *Εὔρυτον. ταχέες* Gott. 320. *παγκαίου* vett. edd. Primum emendatum a Morellio. Notus mons Thraciae ad fl. Nestum. 323. *ἔν-τυνε* Ald. bene. In vulgata *ἔν-τυεν* Paeon secundus pro Ionico erat. Dicta haec pro: *ἔβαν Ζήτης Κάλαΐς τε. αὐτοὺς γὰρ* etc.

V. L. Mox 321. *καὶ γὰρ* pro *porro*, vt Lat. *nam*. formula variandi nexum ac progressum narrationis. 322. *ἔντυνεν*, instruxit ad iter et misit.

Ἄνδρας πτεροῖσιν νῶτα πε-
φρίκοντας ἄμφω πορφυρέοις.
Τὸν δὲ παμπειθῆ γλυκὺν ἡμιθέοι-
σιν πόθον γ' ἔνδαιεν Ἥρα

Σ. ϑ'. K. ιδ'.

Ναὸς Ἀργοῦς· μή τινα λειπόμενον
Τὰν ἀκίνδυνον παρὰ ματρὶ μένειν
Αἰῶνα πέσσοντ', ἀλλ' ἐπὶ καὶ θανάτῳ
Φάρμακον κάλλιστον ἑᾶς ἀρετᾶς
Ἅλιξιν εὑρέσθαι σὺν ἄλλοις.
Ἐς δ' Ἰαωλκὸν ἐπεὶ
Κατέβα ναυτᾶν ἄωτος,

325. *πτεροῖσιν* Mingarell. vt 161. pro *πτεροῖσι.* [Gilb. Wakefield in Boreadis transfert alas ab humeris in caput pone aures, *πτεροῖσιν ὦτα.* Sic quoque in Apollon. Rhod. I, 221. *ἀμφὶ δὲ νώτοις* in *ἀμφὶ δ' ἐν ὤτοις.* (etsi non memini vsquam dictum aliter quam *οὔασι* vel *ὠσί.*) Silv. Part. I. p. 27. *Ex Addendis.*] 326. *πεφρικότας* Bodl. C. 327. *παμπληθῆ* Pal. C. cum Scholio: *βαρὺν, μέγαν,* et Bodl. C. Gott. minus argute. Licet incidere in *παμπειθὴς Ἥρα.* Sed magis accommodatum *παμπειθὴς πόθος.* Nec est alienum a Pindaro geminare epitheta. 330. Erat *τὸν ἀ.* Vt laboranti in capite versui succurreret, Schmidius *τόνδ'* refinxit, Pauw *τόν γ'.* At Aldus verum suppeditat *τὰν,* vt Dores *τὰν αἰῶνα* dixerint, quomodo alia eodem genere praeter communem morem extulerunt. 334. Edd. ante Schmidium *ἐς δ' Ἰ.* claudicante metro. Sed vir ille doctiss. emendauit *ἐς δ' Ἰαωλκὸν* vel *ἐς δὲ Ἰωλκόν,* hoc in edd. receptum firmat Codex Bodl. C. At praestat prius, ne inferatur hiatus. 335. *κατέβαν αὐτῶν* Ald. perperam. cf. Pauw. *ναυτᾶν* Gott. pro vulgari *ναυτῶν.*

330. *πέσσοντα αἰῶνα ἀκίνδυνον,* pro *ἀκινδύνως, παρὰ ματρί,* vt *ἕψειν* Ol. I, 132. *consumere vitam.*

332. *φάρμακον ἀρετᾶς,* vt *τὸ ἄκος* Nem. III, 29: sc. proprie *aerumnarum et laborum delinimentum.* Sic N. IV, 2. *πόνων κεκριμένων ἰατρὸς ἄριστος εὐφροσύνα, laborum finitorum, exhaustorum, optima medela, refectio, laetitia ex successu.* Remedium lenit vulnus, dolorem; laboris lenimen, *φάρμακον,* est

Δέξατο πάντας ἐπαι-
νήσαις Ἰάσων. καί ῥά οἱ
Μάντις ὀρνίχεσσι καὶ κλά-
ροισι θεοπροπέων ἱεροῖς
Μόψος ἄμβασε στρατὸν
Πρόφρων. ἐπεὶ δ' ἐμβόλου
Κρέμασαν ἀγκύρας ὕπερθεν,

Ἀ. θ'. Κ. ιδ'.

Χρυσέαν χείρεσσι λαβὼν φιάλαν
Ἀρχὸς ἐν πρύμνᾳ πατέρ' Οὐρανιδᾶν
Ἐγχεικέραυνον Ζῆνα, καὶ ὠκυπόρους
Κυμάτων ῥιπὰς ἀνέμων τ' ἐκάλει,
Νύκτας τε, καὶ πόντου κελεύθους,
Ἄματά τ' εὔφρονα, καὶ

338. *ὀρνίχεσσιν ἐν κ.* Bodl. C. 339. *θεοπρεπέων* scriptum in omnibus: argutatur in eo Pauw. Sed recte emendauit Schmidius *θεοπροπέων* ex Scholiasta, qui veram lectionem habuit, *μαντευόμενος* interpretatus; et alter: *ταῖς μαντείαις χρησάμενος.* 345. Schmidius et Oxonienses duplicem accusatiuum, alterum personae, *Ζῆνα*, alterum rerum, quas petit Iason, constituendo poeticam vim attenuant et prorsus conficiunt. Quin lyrice dicitur inuocare Iason cum Ioue Mare, Ventos, Vias maris, Noctes, Dies, Reditum. 346. *ἀνέμους* Bodl. C. minus bene. 347. *Νύκτας τε κατὰ π. κ.* emendat Pauw. vnde elumbis et humilis oratio existit. Traiectio verborum in lyrico carmine ferenda; quid? quod et spiritum poetae auget. 348. *ἅματα* primae edd. emendatum in Cratandr.

gloria; pro labore est *ἀρετή*, quae facit, vt illum toleremus.

341. De discessu parando iam sup. 45. verba vidimus. De appulsu inf. IX, 80.

346. *ἐκάλει* refero ad omnia voc. *εὔφρονα*, pro vulgari: *precatur, vt sint propitii et secundi fluctus, venti, dies, noctes.* [Arcades in certis *τελεταῖς θύουσιν Ἀστραπαῖς καὶ Θυέλλαις καὶ Βρονταῖς*. Pausan. VIII, 29. pr. *Ex Schedis.*] *ῥιπαὶ ἀνέμων* et inf. IX, 85. occurrunt. — 347. *πόντου κέλευθοι* sunt aut ipsum *mare*, in quo nauigatur, aut *nauiga-*

Φιλίαν νόστοιο μοῖραν.
Ἐκ νεφέων δέ οἱ ἀντ-
άϋσε βροντᾶς αἴσιον
Φθέγμα· λαμπραὶ δ' ἦλθον ἀκτῖ-
νες στεροπᾶς ἀπορηγνύμεναι.
Ἀμπνοὰν δ' ἥρωες ἔ-
στασαν θεοῦ σάμασι
Πιθόμενοι. κάρυξε δ' αὐτοῖς

E. δ'. K. ιγ'.

Ἐμβαλεῖν κώπαισι τερασκόπος, ἁ-
δείας ἐνίπτων ἐλπίδας.
Εἰρεσία δ' ὑπεχώ-

353. Malebat Mingarell. *στεροπᾶς ἄπο ῥηγνύμεναι.* 354. 355. *Ἀμπνοὰν δ' οἱ ἥρωες — ἔσταν* Bodl. C. Pauwius *ἀμπνοὰν — ἔστασαν* ineptum censens emendat *ἐν πνοὰν ἔστασαν*, vt *ἐν* pro *ἐς* dictum sit: *steterunt ad ventum*, h. *ventum exspectant.* Quod an minus durum sit, quam alterum, et quam incomtum, nolo dicere; et quae tum vis inest sententiae: *confisi auguriis expectarunt ventum?* Ex altera parte bona est sententia: *augurio fausto confirmatos, recreatos, fuisse heroum animos.* 356. *πιθόμενοι* emendauit Schmidius. Sed et *πειθόμενοι* recte se habere aiebat Pauw h. l. et ad v. 301. 357. *τερασκόπαι* Bodl. C. vitiose, et mox *ἐνίττων.*

tio; precatur *κελεύθους εὔφρονας.* [*ἀνέμων κέλευθα* Od. *κ*, 20. — Similia in Orph. 335. *Ex Schedis.*]

354. Si *ἀναπνοὴν ἱστάναι* pro *ἀναπνέειν, recreari, animo confirmari*, defenditur, dicendum est, esse pro *ποιεῖσθαι*, aut illustrandum id erit ex simili formula, *ὀρθοῦν, στῆσαι ψυχήν. ἔριν στῆσαι* in Odyss. *Γ*, 11. et *μῆνιν στῆσαι* Sophocl. Oedip. 699. vnde et omnino potest *στῆσαι* reddi per *ἔχειν.* vt in eo, quod commode laudauit Gedik. ex Eurip. Iphig. in A. 786. 9. *στῆσαι ἐλπίδα, habere metum;* ad quem locum Markland. alia attulit: vnde patet, *σχήσουσι* pro *στήσουσι* Tyrwhittum ingeniose quidem coniectasse, nec tamen vere. In nostro loco *ἱστάναι*

ρησεν ταχειᾶν ἐκ παλαμᾶν ἄκορος.
Σὺν Νότου δ' αὔραις ἐπ' Ἀξεί-
νου στόμα πεμπόμενοι ἤλυθον. ἔν-
θ' ἁγνὸν Ποσειδάωνος ἕσ-
σαντ' εἰναλίου τέμενος·
Φοίνισσα δὲ Θρηϊκίων ἀγέλα
Ταύρων ὑπᾶρχεν· καὶ νεό-
κτιστον λίθων βωμοῖο θέναρ.
Ἐς δὲ κίνδυνον βαθὺν ἱέμενοι,
Δεσπόταν λίσσοντο ναῶν,

360. *ταχειᾶν* praeclarè Schmid. emendauerat, metro postulante, et ex Scholiorum et Pal. C. auctoritate. *τραχειᾶν* inuito metro reuocarant Oxon. *τραχεῖαν* Ald. Suspicor tamen vel sic verius esse *παχειᾶν* e perpetuo poetarum vsu. *ὑπεχώρησεν* cum Mingarello scribo; sed id non necesse erat ante τρ. 361. *εὐξείνου* Bodl. γ. ex interpr. 363. *ἕσσαντο τέμενος.* ἕω, ἕζω, καθίζω, sollennia sunt *de aedibus, templis, aris ponendis.* At ab ἕννυμι ducentem vsus et analogia destituit. 366. *νεόκτιστον* Ald. Gott. et Pal. C. cum Bodl. C. *θεόκτιστον*, quod ed. Rom. submisit, a Neandro inde exponitur, *a natura factum.* Saltem esset reddendum *θεῖον.* Mingarell. *a deo iussum.* Sed reuocandum est antiquum. Ceterum impeditus locus, et in altera parte eneruis ac fluxa sententia erat: *φοίνισσα — ὑπᾶρχεν, καὶ — θέναρ. aderant victimae et ara*, post illa: *ibi Neptuni delubrum constituerunt.* Sed peccabat et hic interpunctio; et iungenda sunt, *ἕσσαντο τέμενος καὶ νεόκτιστον λ. β. θέναρ.* Illa autem, *φοίνισσα δὲ Θρηϊκίων ἀγέλα Ταύρων ὑπᾶρχεν*, in medio sunt, sollenni lyrici more, v. c. sup. vss. 56 sqq. [Heynius in textu parentheseos signis inclusit verba *Φοίνισσα — ὑπᾶρχεν.*] 367. *λίθων* Oxon. ex Bodl. C. receperunt. Schmidius *λίθου* emendauerat. Vulgo *λίθινον* legitur, quod metro non repugnare, si anapaestus pro iambo positus accipiatur, contendit ac defendit Pauw. 368. *ἱέμενοι* in Stephanianas irrepsit, hinc in Plant. Commel.

ἀμπνοὰν simile est ei, quod sup. P. III, 171. *ἔστασαν ὀρθὰν καρδίαν.*

365. *φοίνισσα — ὑπᾶρχεν* in parenthesi sunt includenda. Sacrum hoc XII diis factum Apollonius memorat; at cum Pindaro consensit Timosthenes. v. Sch. Apollon. II, 532.

Σ. ι. Κ. ιδ'.

Συνδρόμων κινηθμὸν ἀμαιμάκετον
Ἐκφυγεῖν πετρᾶν. δίδυμοι γὰρ ἔσαν
Ζωαὶ, κυλινδέσκοντό τε κραιπνότεραι
Ἢ βαρυγδούπων ἀνέμων στίχες· ἀλ-
λ' ἤδη τελευτὰν κεῖνος αὐταῖς
Ἡμιθέων πλόος ἄ-
γαγεν. ἐς Φᾶσιν δ' ἔπειτ' ἐν-
ήλυθον, ἔνθα κελαι-
νώπεσσι Κόλχοισιν βίαν
Μίξαν, Αἰήτᾳ παρ' αὐτῷ.
Πότνια δ' ὀξυτάτων βελέων

374. *αὐτῶν* Gotting. minus bene. 376. Sane magis consentaneum foret scribi *ἐς Φ. — ἐσήλυθον.* Pauw *ἐν Φ. — ἐνήλυθον*, aeolico more, praefert. [*ἔπειτεν ἤλυθον* Boeckh. in Commentatt. p. XIV. *Ex Schedis.*] 378. *Κόλχοισιν* postulat metrum pro *Κόλχοισι.* 379. Iterum peccabat interpunctio et iunctura verborum. Iungenda sunt: *ἐς Φᾶσιν ἐνήλυθον Αἰήτᾳ παρ' αὐτῷ.* reliqua in medio posita. 380. *ὠκυτάτων* Pal. C. et ed. Rom. Brub. ac seqq. ante Schmidium, qui *ὀξυτάτων* reuocauit ex Aldo et Crat. qui certe id exhibent. *πότνια βελέων*, vt *πότνια θηρῶν* Diana Iliad. φ, 470. Sic *potens armorum.*

374. *τελευτὰν* sc. *τοῦ κυλίνδεσθαι*, adeoque *στάσιν*, lyrice, quasi mortem exhibuit, vt motu priuati essent scopuli; quemadmodum antea *ζωαὶ* erant, *mouentes se*, mobiles.

377. Pronior in hoc sum, vt *κελαινῶπας Κόλχους* dictos putem *nigros adspectu*, seu simpl. *nigros* (vt sup. P. I, 13. 14. *κελαινῶπιν νεφέλαν*) respectu originis ex Aegypto: vid. Herodot. II, 104. *ὅτι μελάγχροές εἰσι καὶ οὐλότριχες.* *Κόλχοισι βίαν μίξαν*, vt *χεῖρας*, *pugnarunt.* Fuere quoque inter Argonauticarum rerum scriptores, qui cum Colchis pugnatum esse dicerent. Nescio tamen, an simpliciter h. l. accipiendum sit pro *ἐμίχθησαν, παρεγένοντο.* pro *ἑαυτοὺς, ἑαυτῶν βίαν.* vt *βία Ἡρακλέους.*

380 — 395. Si vulgari oratione vtaris, sententia haec est:

Ποικίλαν ἴϋγγα τε-
τρακνάμον᾽ Οὐλυμπόθεν
Ἐν ἀλύτῳ ζεύξασα κύκλῳ

Α. ι. Κ. ιδ'.

Μαινάδ᾽ ὄρνιν Κυπρογένεια φέρεν
Πρῶτον ἀνθρώποισι, λιτάς τ᾽ ἐπαοι-
δὰς ἐκδιδάσκησεν σοφὸν Αἰσονίδαν·

381. 2. *τε-τράκναμον* edd. et codd. etiam in Schol. auctores, qui laborant interpretando *ἴϋγγα τετράκναμον.* Sed *τετρακνάμον᾽* praeclare emendauit ex Schol. Schmidius, et in eo iam Stephanus in suis edd. praeiuerat, vnde edd. Commelin. et Plant. quas Schmidius laudat, petierunt. *τετρακνάμονι κύκλῳ* (h. *τροχῷ*, *rotae quatuor radios habenti*) *ἀλύτῳ* (docte pro *ἀλύτως* vel *ἄλυτον*) *ἐνζεύξασα ἴϋγγα.* Sic enim iungenda sunt verba; et: *ἔφερεν Οὐλυμπόθεν ἀνθρώποις:* Supra Pyth. II, 74. *τετράκναμος δεσμὸς* Ixionis occurrebat. 382. *Οὐλυμπόθεν* metro postulante Schmidius. Vulgo: *Ὀλυμπόθεν.* Pauw minus bene rescribere iubet: *τετρακνάμονι Ὀλυμπόθεν.* 386. *ἐκδιδάσκεισεν* Ald. cum Palat. C. *ἐδιδάσκησεν* cum Gott. Rom. et seqq. vnde emendauit, vt nunc est, Schmid. *λιτὰς* vt Ol. VI, 132.

tum primum adhibitum est philtrum a Venere ad Medeam Iasonis amore irretiendam. Iynx *torquilla Linn.* esse creditur secundum Aristot. Hist. A. II, 12. Plin. XI, 48. s. 107. variis nominibus vulgo, recte an falso, impertita, *frutilla*, *verticilla*, *motacilla*; mobilitate sua adumbrare credita aestuantis amoris agitationem; quae vt etiam augeretur, illigata auis rotae circumagebatur. Est de ea aue locus praeclarus in Schol. ad h. l. quibus add. Theocr. II, 17. c. Schol. et Intpp. ad Xenoph. Memor. Socr. III, 11, 17. Verheyk. ad Anton. Lib. p. 62 sq. [Böttiger *N. Teutsch. Mercur* m. Mai. 1810. *Ex Schedis.*] *Ἴϋγγα* simpl. pro *delinimento* (vid. Salmas. ad Solin. p. 662. a.), aut potius pro *cupiditate* dixit Pindarus inf. Nem. IV, 56. vbi Scholion aliud doctum in auem mutatam narrat Iyngem, filiam Echus vel Pithus s. Suadae, quae Iouem ad Ius amorem pellexerat. Phantasma poeticum haud insuaue. [Venus tum primum Olympo hominibus attulit, inter eos vulgauit vsum iyngis, illi-

Ὄφρα Μηδείας τοκέων ἀφέλοι-
τ' αἰδῶ, ποθεινὰ δ' Ἑλλὰς αὐτὰν
Ἐν φρεσὶ καιομέναν
Δονέοι μάστιγι Πειθοῦς.
Καὶ τάχα πείρατ' ἀέ-
θλων δείκνυεν πατρωΐων·
Σὺν δ' ἐλαίῳ φαρμακώσα-
σ', ἀντίτομα στερεᾶν ὀδυνᾶν
Δῶκε, χρίεσθαι. καταί-
νησάν τε κοινὸν γάμον
Γλυκὺν ἐν ἀλλάλοισι μίξαι.

387. *Μηδείας*. Videtur legendum esse *Μήδειαν*. Nam dicitur quis *ἀφελέσθαι τινά τι*. Subiectum est *Αἰσονίδης*. 392. *πατρωΐων* a Schmidio, probante Mingarello. Vulgo: *πατρῴων*, inuito metro. 394. *ἀντίτονα*, *resistentia*, coniectura Spigelii, felix visa Schmidio, damnata Pauwio. Certe *ἀντίτομα* bene se habet, habito respectu ad *herbas sectas*, quibus in re magica vtebatur Medea, vt essent antidotum, alexipharmacum grauium dolorum ex flamma, quam tauri spirabant.

gatae rotae, edocuitque Iasonem carmen. *Ex Schedis.*]

390. In *μάστιγι Πειθοῦς* nescio an satis feliciter notionem petam a flagro, quo turbo agitur: quod in curarum animos versantium memoratione adhibuit Tibullus: *Namque agor, vt per plana citus sola verbere turbo, Quem celer adsueta versat ab arte puer*, et Virgil. Aen. VII, 378 seqq. ad quem vide. Alias dictum occurrit *μάστιξ* de terrore Panico in Rheso 37. et de *Κυδοίμῳ* ap. Tryphiod. 595.

391. *πείρατα*, *summam eorum, quae iniuncturus esset pater* Aeetes.

395. Interpunge et ordina hunc in modum: *ἀντίτομα στερεᾶν ὀδυνᾶν δῶκε, χρίεσθαι* (*vt iis se inungeret*), *σὺν ἐλαίῳ φαρμακώσασα*, *postquam oleo ea miscuerat*. *ἀντίτομα* ad Eurip. Alcest. 974. illustrat Iacobs Animaduerss. p. 36.

[396. pacti sunt nuptias in futurum tempus, in reditu. cf. 452. *Ex Schedis.*]

E. l. K. ιγ'.

Ἀλλ' ὅτ' Αἰήτας ἀδαμάντινον ἐν
Μέσσοις ἄροτρον σκίμψατο
Καὶ βόας, οἳ φλόγ' ἀπὸ
Ξανθᾶν γενύων πνέον καιομένοιο πυρὸς,
Χαλκέαις δ' ὁπλαῖς ἀράσσε-
σκον χθόν' ἀμειβόμενοι· τοὺς ἀγαγὼν
Ζεύγλᾳ πέλασσεν μοῦνος. ὀρ-
θὰς δ' αὔλακας ἐντανύσαις
Ἤλαυν', ἀναβωλακίας δ' ὀργυι-

401. Schmidius refinxerat versum: *Πνεῖον γενείων καιομένοιο πυρὸς*, vt conueniret cum antitheticis. Nihil mutabis, si videris, pro iambo esse anapaestum *γενύων*, et *πνέον* vna syllaba efferendum; bene sic sibi constat iambelegus. 403. Potest oratio continuari vsque ad v. 407. vt *ἔειπεν δ' ὧδε* apodosis sit, reliqua autem interiecta a *τοὺς* inde (pro *οὗς*) ea, quae Aeetas facere solitus sit, exponant. Sed praestat apodosin constituere *τοὺς* h. *τούτους ἀ.* vt Scholiastes quoque facit: vt Aeetes exemplo quasi arationis proposito inuitet Iasonem, aut potius ab arduo labore deterreat. Itaque v. 408. *Τοῦτ' ἔργον τελέσαις* etc. 404. *πέλασσεν*, vt in antitheticis, spondeus. Erat *πέλασσε*. 405. *ἐντανύσας* vulgari forma editum ante Oxon. 406. Pro *ὀργυιὰν* perperam Schmidius malebat *πέλεθρον*, vt spatium perarati agri, seu iugerum, exprimeretur. [*ὀρόγυιαν* Hermann. de Dial. Pind. p. IX. *Ex Schedis.*] Vocem istam *ἀναβωλακίας* cum *γᾶς* iunxit Schol.

404 sq. Aeetes *ὀρθὰς αὔλακας ἐντανύσαις ἤλαυνε* duplici modo potest dictum esse: aut *ἐντανύσας* sc. *τοὺς βόας κατ' αὔλακας ὀρθάς*. aut *ἐντανύσας τὰς αὔλακας ὀρθὰς*, *recta ducens, secans, sulcos.* vt Schol. *ἐπ' εὐθείας ἤλαυνε τὰς αὔλακας. ἀναβωλακίας γᾶς* recte Schol. *ἐν τῇ τμήσει τοὺς βώλους ἀναπεμπούσης.* Mox v. 406. *ὀργυιὰν* male olim de altitudine sulci interpretatus sum, Scholiastae fraude; est *de arationis mensura* accipiendum. Vt suo exemplo seu doceret seu deterreret, Aeetes ducit sulci speciem *ἐπ' ὀργυιὰν*, *per tres cubitos*, pro spatio quouis.

ἂν σχίζε νῶτον γᾶς. ἔει-
πεν δ' ὧδε· τοῦτ' ἔργον βασιλεὺς,
Ὅς τις ἄρχει ναὸς, ἐμοὶ τελέσαις
Ἄφθιτον στρωμνὰν ἀγέσθω,

Σ. ιά. Κ. ιδ'.

Κῶας αἰγλᾶεν χρυσέῳ θυσάνῳ.
Ὣς ἄρ' αὐδάσαντος, ἀπὸ κρόκεον
Ῥίψαις Ἰάσων εἷμα, θεῷ πίσυνος
Εἴχετ' ἔργου. πῦρ δέ νιν οὐκ αἰόλει,
Παμφαρμάκου ξείνας ἐφετμαῖς.
Σπασσάμενος δ' ἄροτρον,

τῆς ἐν τῇ τμήσει τοὺς βώλους ἄνω πεμπούσης. Schmid. et Oxon. ὀργυιὰν ἀναβωλακίας iungunt. Pauw emendat ἀναβωλακίαις vel —κίᾳ. [Heynius in textu scripsit ἀνὰ. βωλακίας.] 408. More poetae liceret hyperbaton facere et βασιλεὺς referre ad ἔειπε, ne βασιλεὺς, ὅς τις ἄρχει ναὸς, otiosam faciat orationem. Attamen necesse hoc non est; sed *rex, quisquis tandem ille est, qui naui regendae praeest.* 409. τελέσσας ante emendationem Schmid. 411. χρυσέω θυσάνω, secundo casu, an errore typographi, Ald. et Rom. 414. Legebatur αἰόλλει cum iniuria metri. vid. Not. Pauw rescribit αἰόλει ab αἰόλω. Aldus corrupte: πῦρ δέ νιν οὐ καὶ ὄλλει. 416. σπασσάμενος refinxi, vt syllaba producatur.

410. ἄφθιτον. v. Isthm. VIII, 89. 414. πῦρ δέ νιν οὐκ αἰόλει rescribendum est cum Pauwio metri caussa. Repetit ille ab αἰόλω pro αἰόλλω. Hesiod. Sc. H. 399. ὅτ' ὄμφακες αἰόλλονται, *variantur colore.* Ita ipsi fuit αἰόλει praesens pro imperfecto. Sane ab αἴολος factum esse debuit αἰόλω, et hoc αἰόλλω. Fuit tamen etiam αἰολέω, quod Etym. M. habet, et ex Platonis Cratylo laudatur. Ita αἰόλει erit pro ᾐόλει. Notio autem vocis est certa: est κινεῖν. Iam vt *mouere aliquem* vel vulgari oratione dicitur de *animi motu*, recte Schol. per ταράσσειν exposuit. Similiter στρέφειν, δονεῖν, κυκᾷν poetis. Et ἐφετμαὶ 415. sunt *praescripta a Medea medicamina.*

Βοέοις δήσαις ἀνάγκας
Ἔντεσιν αὐχένας, ἐμ-
βάλλων τ' ἐριπλεύρῳ φυᾷ
Κέντρον αἰανὲς, βιατὰς
Ἐξεπόνησ' ἐπιταϰτὸν ἀνὴρ
Μέτρον. ἴϋξεν δ' ἀφω-
νήτῳ περ ἔμπας ἄχει,
Δύνασιν Αἰήτας ἀγασθείς.

Α. ιά. Κ. ιδ'.

Πρὸς δ' ἑταῖροι ϰαρτερὸν ἄνδρα φίλας
Ὤρεγον χεῖρας, στεφάνοισί τέ μιν
Ποίας ἔρεπτον, μειλιχίοις τε λόγοις

417. *δῆσεν* inuexerat Rom. sed reuocauit *δήσας* (aut, Pindarico more, *δήσαις*) Schmidius ex Aldo et Pal. C. Pauw *δῆσέν γ'* olim lectum fuisse suspicatur. 422. *ἴϋξεν* e Pal. C. Schmidius. vulg. *ἤϋξεν*. etiam hoc vsitatum fuisse Pauw pronuntiat. 425. *ἕταροι* vulgare a Schmidio emendatum, metro poscente. 426. 7. *στεφάνοισί τέ μιν ἔρεπτον*. Probabile fit, *ἐρέφειν*, pro *στέγειν*, *ϰαλύπτειν*, (etiam de coronis et vittis, vt Lat. *velare*) aliquando fuisse *ἐρέπειν*, *ἐρέπτειν*, adeoque prisca forma decuit lyricum; nam poterat *ἔρεψαν* admittere. Pauwius conj. *ἔριπτον*. Sane Pyth. IX, 218. *δίϰειν* simili sensu: *πολλά μιν ϰεῖνοι δίϰον φύλλ' ἐπὶ ϰαὶ στεφάνους*. Et Pyth. VI, 37. vidimus *ἀπέριψεν*. 427. *ποιϰιλίοις τε λ.* Pal. C. [*ποία, flos, frons. Ex Schedis.*]

417. *βοέοις ἔντεσιν* accipiebam tanquam magis poeticum, retracto epitheto a boum collo ad iugum tauris impositum; nisi malis *ἔντεα βόεα* esse lora e bouinis coriis facta. [*ἔντεα* constringunt, *ἀνάγϰην* faciunt. *Ex Schedis.*]

419. *φυᾷ ἐμπλεύρῳ* pro *σώματι*, et hoc pro proprie dicto *πλευρᾷ*.

420. *ϰέντρον αἰανὲς*, molestum, acerbum. cf. sup. Pyth. I, 161.

422. *μέτρον* pro *ἄθλον*, ex mensura agri peraranda. *ἀφωνήτῳ περ (ἐν) ἄχει, ἔμπας ἴϋξεν Αἰ.* *etsi muto in dolore, stupens, erupit tamen exclamatione,*

Ἀγαπάζοντ'. αὐτίκα δ' Ἀελίου
Θαυμαστὸς υἱὸς δέρμα λαμπρὸν
Ἔννεπεν, ἔνθα νιν ἐκ-
τάνυσαν Φρίξου μάχαιραι.
Ἤλπετο δ' οὐκέτι οἱ
Κεῖνόν γε πράξασθαι πόνον.
Κεῖτο γὰρ λόχμᾳ, δράκοντος
Δ' εἴχετο λαβροτάταν γενύων,
Ὃς πάχει μάκει τε πεν-
τηκόντορον ναῦν κράτει,
Τέλεσαν ἂν πλαγαὶ σιδάρου. —

Ε. ιά. Κ. ιγ'.

Μακρά μοι νεῖσθαι κατ' ἀμαξιτόν· ὥ-
ρα γὰρ συνάπτει· καί τινα
Οἶμον ἴσαμι βραχύν·

432. *ἤλπετο δὲ, (τὸν Ἰάσονα) οὐκέτι πράξασθαι οἱ* (Aeetae) *κεῖνόν γε πόνον.* Poterat *πράξεσθαι* scribi. Sed iam saepe obseruatum est, in permutatione aoristi et futuri nihil constitui posse. *κεῖνα πεπράξεσθαι* olim Klotz. ad Tyrtaeum emendabat. [435. *λαβροτάταν.* Praestat, vt aliis in locis, *—τατᾶν*, etsi noui, grammaticos alterum ad Aeoles, alterum ad Dores referre. *Ex Corrigendis.*] 438. *τέλεσιν* olim scriptum fuit et *τέλεσσαν.* v. Schol. vitiose. et *πληγαὶ σιδήρου* vulgg.

439. A digressione poetam se reuocare obuium est. Facit tamen ambiguitatem in seqq. sententiarum breuitas. Possunt illae duplici modo constitui: primo, *ἐστί μοι νεῖσθαι μακρὰ κατ' ἀμαξιτόν· ὥρα γὰρ συνάπτει. Possem latius euagari; et esset mihi opportunitas, facultas, ὥρα*, vt *καιρὸς*, sc. in fabula tantum materiae praebente. Abrupte sequitur: *ἴσαμι καὶ (etiam compendium viae, viam breuiorem, noui).* Deberet esse *ἀλλὰ καὶ*, quod et Mingarellum vidisse video. Nec satis commodum *τὸ, ὥρα συνάπτει.* Alteram viam si ingrediaris, erit *μακρὸν,*

Πολλοῖσι δ' ἄγημαι σοφίας ἑτέροις.
Κτεῖνε μὲν γλαυκῶπα τέχναις
Ποικιλόνωτον ὄφιν, ὦ 'ρκεσίλα,
Κλέψεν τε Μήδειαν σὺν αὐ-
τᾷ, τὰν Πελίαο φόνον.

444. ὄφιν γ' metrum postulare, monet Pauw. At Mingarellus: ὄφιν, ὦ *Ἀρκεσίλα.* 445. 6. Corruptela versibus inest. v. Notam. 446. *Πελίαο φόνον* vsque ad Schmidium editum. Sic quoque olim Chaeris contenderat legendum esse. At alii vna voce extulerunt. cf. Schol. qui mihi deserendi esse videntur: nam coniunctim fuisset *Πελιαφόνον* efferendum. At male habet vel sic *τὰν Πελίαο φόνον* sc. *γενομένην.* Potest facile mutari *τὸν*, sed hoc tantum non otiosum erit, aut *τῶ* pro *τοῦ.* Simile est de eadem Medea apud Apollon. III, 1136. *ὄφρα κακὸν Πελίῃ — ἵκηται Αἰαίη Μήδεια.* vnde habet Apollod. I, 9, 16. vbi cf. Not. p. 175. Similiter Euripid. Troad. 815. arma Achiui extulere nauibus *Λαομέδοντι φόνον.*

nimis longum: ἔστι μοι μακρά, est mihi nimis longum, procedere in via regia, h. e. pergere in enarratione fabulae; *tempus enim adest* (finiendi cursum) *et noui breuiorem tramitem:* sc. in breue contrahendo, (conf. Pyth. IX, 134.) summatim reliqua exponendo. Conuenit sic Isthm. VI, 82. *ἐμοὶ δὲ μακρὸν* (*nimis longum,* vt h. l. *μακρά*), *πάσας ἀγήσασθαι ἀρετάς,* et *ὧραι ἐπειγόμεναι* l. c. Nem. IV, 53. Et similis locus Pyth. VIII, 40. *εἰμὶ δ' ἄσχολος ἀ-ναθέμεν πᾶσαν μακραγορίαν* etc. Tum pergit 442. *Multis aliis hoc breuitatis artificio antecello. σοφία, ars, sollertia.* In hac interpretatione non minus dura sunt nonnulla, inprimis *τὸ συνάπτει,* quod plures significatus habere potest. Schol. reddit *καιρὸς γάρ μ' ἐπείγει.*

443. *κτεῖνε μέν*, *Iason;* etsi longius repetendum subiectum. Sequi debebat 445. *κλέψεν δὲ M.*

445. *σὺν αὐτᾷ.* Manifeste corruptum; etiamsi iungas: *κλέψεν δὲ Μήδειαν, σὺν αὐτᾷ τὸν Πελίαο φόνον, et cum ea abduxit caedem futuram Peliae,* h. e. eam, quae Peliam necatura erat. [Immo, ipsa Medea adiuuante. *Ex Schedis.*] Schol. exponit *ἔχουσαν καὶ αὐτήν*, ac si *αὐτὰν* legisset, aut *κλέψεν δ' ἔχουσαν καὶ αὐτάν, τὸν Πελίαο φόνον.* Multa sunt tentata in h. l. quae iterum annumerare nolo. Vide-

Ἔν τ' ὠκεανοῦ πελάγεσσι μίγεν,
Πόντῳ τ' ἐρυθρῷ, Λαμνιᾶν
Τ' ἔθνει γυναικῶν ἀνδροφόνων.
Ἔνθα καὶ γυίων ἀέθλοις ἐπεδεί-
ξαντο κρίσιν, ἐσθᾶτος ἀμφὶς,

448. *Λαμνιᾶν* scripsi pro *Λημνιᾶν*. v. Pyth. I, 100. Ol. IV, 32. — 451. *-ξαντο κρίσιν ἐσ-* anapaestus pro spondeo in loco secundo versus trochaici; nec legi necesse est: — *ξαν κρίσιν γ', ἐ.* conf. Pauw. [Hermann. de Dial. Pind. p. VI. *ἐπέδειξαν*. et f. *κρίσις* pro *κρίσιας*. *Ex Schedis.*] *ἀμφὶς* vett. Grammatici dubitarunt, *χωρὶς*-ne *ἐσθῆτος*, an pro *ἀμφὶ*, *περὶ*, positum sit, *ἵν' ᾖ τὸ ἔπαθλον ἐσθής*, quod ex Simonide declaratur. Miratur Pauw, cur poeta non scripserit *ἀμφὶ*, quod liquidum et perspicuum erat. Sane quidem vetustatem in eo sectatus videri possit: nam vsus Homericus id probabile facere potest; nisi quod sic est *circa: μὶν ἀμφὶς ἐόν*-batur mihi omnino *vellus aureum* ipsum desiderari; itaque *ἄωτον* substituere volebam ex Apollonio IV, 176. *τόσσον ἔην πάντη χρύσεον ἐφύπερθεν ἄωτον.* et Orphic. 1333. *ἀμφ' αὐτῇ χρύσειον ἐφαπλώσαντες ἄωτον.* Debebat sic versus constitui: — *σὺν ἀ-ώτῳ, Πελίαο φόνον.*

447. Pindarus eam rationem sequutus esse videtur, vt Argonautas et ipse in reditu in Oceanum deductos esse crederet, sed ab oriente Asiae, secundum notiones geographicas prauas priscorum hominum constituto. Inde et *πόντος ἐρυθρὸς* est Oceanus Indicus; e quo Africam ab oriente circumvecti, vbi in australe eius latus flexerant, escensu in littus facto per mediam Africam versus septentrionem portarunt humeris nauigium, donec in Tritonide palude iterum nauigarent. cf. sup. ad 47.

448. 9. Non nisi in reditu secundum Pindarum adiere Lemnum Argonautae; cum e Tritonide palude in mare mediterraneum illati, peruenissent Theram: relicta ea, versus septentrionem, per mare Aegaeum, versus Thessaliam tendebant; ita in Lemnum eos incidisse nil mirum, forte ab austro abreptos; vnde, mutatis ventis, ad Iolcum in Thessalia expedita erat nauigatio.

450. Certamina in Lemno habita magnam famam in Argonauticis habuere. Pindarus gymnica memorat. Vidimus sup. Ol. IV, 31 sq.

Σ. ιβ'. Κ. ιδ'.

Καὶ συνεύνασθεν. καὶ ἐν ἀλλοδαπαῖς
Περ ἀρούραις τουτάκις ὑμετέρας
Ἀκτῖνας ὄλβου δέξατο μοιρίδιον
Ἆμαρ, ἢ νύκτες. τόθι γὰρ γένος Εὐ-
φάμου φυτευθὲν λοιπὸν αἰεὶ
Τέλλετο. καὶ, Λακεδαι-
μονίων μιχθέντες ἀνδρῶν
Ἤθεσιν, ἔν ποτε Καλ-
λίσταν ἀπῴκησαν χρόνῳ

τες. Sed non dubito, ἀμφὶς h. l. esse ex sollenni suo significatu positum, pro *absque*, *sine*, vt poeta ludos *gymnicos* actos fuisse declaret. 453. παρ' alii ap. Schmid. vitiose. Debebat prior pes trochaeus esse; itaque Pauw emendat: ἀλλοδαπαῖ-σι περ ἀρούραις. Nunc a Beckio editum video, περ ἀρούραισιν τ. nescio, qua lege. Mihi probabile videbatur fuisse: ἀλλοδαπαῖς ταῖσδ' ἀρούραις. Cum medela tam ambigua sit, non ausim aliquid mutare. [Hermann. de Dial. Pind. p. VI. καὶ ἐν ἀλλοδαπαῖς σπέρμ' ἀρούραις τουτάκις ὑμετέρας ἀκτῖνος ὄλβου δέξατο μοιρίδιον ἆμαρ. *Ex Schedis.*] Mox ὑμετέρας ἀ. ὄ. exquisitius puta, quam ὑμετέρου ὄλβου. Intelligit autem scintillas, fomitem, semina, originem. 455. νύκτας vett. edd. ante Steph. qui bene emendauit, cum alioqui subiectum desit. Poterat vel Scholiastes docere. 459. ἔν ποτε a Chaeri grammatico est emendatio, vt ἐν pro εἰς sit positum. Atque hoc receperunt Crat. et Steph. vnde alii. Vett. codd. et edd. Ald. et Rom. cum Bodl. γ. ἂν ποτε exhibent, sine sensu. Putabam, si ἀν' scriberetur, pro ἀνὰ Καλλίσταν, nihil desiderari posse: sed dubito nunc, an graece dictum hoc occurrat. Sollenne est εἰς.

455. ἆμαρ ἢ νύκτες (pro νύξ) friget ad nostrum sensum. Ita tamen et Nem. VI, 10. 11. ἐφαμερίαν — οὐδὲ μετὰ νύκτας —. Dictum ergo pro vulgari: *die illo susceptus est primus stirpis auctor*, vt tribuatur diei, quod in eo factum est: *dies aut nox illa fatalis excepit primas scintillas gentis tuae.* — γένος Εὐφήμου φυτευθὲν τέλλετο (pro ἐφυτεύθη εἰς τὸ) λοιπὸν αἰεί. *satum est, vt perennet.* τέλλεσθαι ab ortu siderum lyrice translatum.

Νᾶσον. ἔνθεν δ' ὔμμι Λατοί-
δας ἔπορεν Λιβύας πεδίον
Σὺν θεῶν τιμαῖς ὀφέλ-

461. ὔμμι vel ὕμμι Schmid. emendauit cum Pal. C. Vulgo editum ὔμμιν aduerso metro. Etiam Λατοΐδας editum ante Schmid. quod tuetur Pauwius. 463. σὺν θεῷ legisse videtur Schol. v. Not.

461. ἔνθεν δ' ὔμμι Λατοίδας ἔπορεν — *Ex hac insula Apollo sua sorte vestrae genti, singulari aliquo diuino beneficio, dedit Libyam colendam, et rectis consiliis initis vrbem praeclaram Cyrenen regere*, vt statim de singulis videbimus. Paullo ante ἀπῴκησαν est pro ἀπῳκίσθησαν.

463. σὺν θεῶν τιμαῖς. Dawes Misc. crit. pag. 60. recte quaerit: quid sit *Libyae campum cum deorum honoribus augere?* et emendat σὺν θεῷ (quod et e Schol. memorauimus) laudato Iliad. α, 510. ὀφέλλωσίν τέ ἑ τιμῇ. Bene, sed debebat vir doctus etiam docere, quem sensum verba hic habeant, cum Battiadae *honoribus augere Libyam* dicantur. Hoc est illud, quod toties inique feras in virorum doctorum emendationibus, quod ipsi interpretationem non apposuere. Hoc si fecissent, intellexissent interdum extemplo, emendationem locum non habere. Vidit quoque Vauvilliers ad Sophocl. Tom. II. pag. 18. iam supra fuisse v. 91. σὺν τιμᾷ θεῶν, et vertit: *amplificare Libyam prosequentibus eos honoribus a diis concessis*, quod nec ipsum satis perspicuum est. Cogitandum est de *fatali honore eius gentis*, quod regno Libyae condendo a diis illa destinata fuit: ita v. 94. οἵ κεν τάνδε σὺν τιμᾷ θεῶν νᾶσον ἐλθόντες. vbi est *honor a diis profectus.* vnde v. 122. inter nauigationem Minyarum θεόπομποί σφισι τιμαὶ φύτευθεν, *honor ille diuinus* (regiae dignitatis destinatae) *originem nactus est*, sc. per Euphemum. ὀφέλλειν autem adhibuisse videtur poeta, sicut sollenne suum αὔξειν, quod est generale ideoque phantasmati poetico liberiori aptum vocabulum, de *omni cultu, ornatu, splendore, felicitate, quam aliquis seu res aliqua consequitur.* Est adeo h. l. *Libyam fortunare et illustrare:* vt Pyth. VIII, 53. αὔξων πάτραν: pro simplici ἔχειν, *tenere.*

λειν, ἄστυ χρυσοθρόνου
Διανέμειν θεῖον Κυράνας

Α. ιβ'. Κ. ιδ'.

Ὀρθόβουλον μῆτιν ἐφευρομένοις.
Γνῶθι νῦν τὰν Οἰδιπόδα σοφίαν.
Εἰ γάρ τις ὄζους ὀξυτόμῳ πελέκει
Ἐξερείψαι κεν μεγάλας δρυὸς, αἰ-
σχύνοι δέ οἱ θαητὸν εἶδος·
Καὶ φθινόκαρπος ἐοῖ-
σα διδοῖ ψᾶφόν περ αὐτᾶς,

464. Desideratur copula. f. *κἄστυ*. quod et Dawes suspicatus est. 465. Interpunctionem sustuli post *Κυράνας*, est enim *ἐφευρομένοις μῆτιν* (*ὥστε*) *διανέμειν* etc. 467. Mingarell. supplet (*κατὰ*) *τὰν Οἰ. iuxta, pro.* 468. *ὀξυτάτῳ* Pal. C. [468. sq. an seqq. ante oculos Horatio IV, 4, 57? *Ex Schedis.*] 472. *περ'*, vt pro *περὶ* sit, reuocauerat Schmidius ex Ald. et Pal. C. inuito Pauwio. cf. ad Pyth. III, 94. Ol. VI, 65. Praestat haud dubie *περ*, vt vel retrahatur ad *καὶ*, *καί περ*, vel, si hoc longius abest, *διδοῖ περ*. Recte quoque *δοῦναι ψῆφον ἑαυτῆς, indicium sui.* cf. Pauw. Sed grauius est de tota sententia monere. A v. 471. apodosis est constituenda.

464-7. *Κυρήνη χρυσόθρονος*, a qua vrbs Cyrene, est quasi Genius vrbis, nympha vel dea. [Delphis Battus stabat in curru, aurigante Cyrene et Libye eum coronante. Pausan. X, 15. fin. *Ex Schedis.*] *διανέμειν* est pro *διοικεῖν*. et pro *δικαίως* ornate *ἐφευρομένοις μῆτιν ὀρθόβουλον* pro *μήτιας ὀρθὰς, prosequendo recta consilia.*

468. Decurrerat nunc spatia sua spiritus lyricus; vt mireris, nunc eum residere in praeceptis ethicis, quae cum ipso carminis argumento et spiritu nil commune habent. *Nunc tene,* ad haec, quae dicturus sum, adhibe, *Oedipi sagacitatem.* Nam per aenigma declarata sunt haec: noli acerbe vti Cyrenaeis, ad libertatem procliuioribus, et putare, depressos ita animos patienter esse iugum laturos. *εἰ γάρ τις κεν*, pro *κἄν*.

471. Ab hoc versu apodosis est constituenda: *tamen illa, etiam vi fruges ferendi priuata,*

Εἴ ποτε χειμέριον
Πῦρ ἐξίκηται λοίσθιον,
475 *Ἢ σὺν ὀρθαῖς κιόνεσσι*
Δεσποσύναισιν ἐρειδομένα
Μόχθον ἄλλοις ἀμφέπει
Δύστανον ἐν τείχεσιν,
Ἑὸν ἐρημώσασα χῶρον.

v. Not. Vsque ad 479. procedit apologus, *αἴνιγμα*, cuius solutionem veteres et recentes interpretes inde petunt, vt ad Damophilum exulem transferant: satis incommode, ad meum certe sensum. Equidem latius totam Cyrenaeorum fortunam respici arbitror. Acerbe in eos saeuierat Arcesilaus, res nouas molitos. Nunc eo poeta alludit, ne nimis in ciues saeuire pergat, tanquam patientes adeo iugi et iniuriae semper futuros: etiam accisas eorum et depressas vires habere, quod tyranno timendum sit. Sic bene cohaeret oratio v. 480 sqq. qua monet, vt mitia remedia adhibeat ad animos ciuium exulceratos sanandos. De Damophilo, meo iudicio, non agitur nisi a v. 493. cf. Not. 474. *λοίσθιον.* siue vt sit aduerb. *vltimum, denique;* siue adiectiue, *λοίσθιον πῦρ*, vt Latine, *nouissimus ignis* cum inuadit. Coniicit *λοίγιον* Gedike. [Heynius in textu post *λοίσθιον* plene interpunxit.] 477. *ἀμφέπει.* potest videri scribendum esse *ἀμφέπῃ.* nam *εἴποτε — ἐξίκηται ἢ ἀμφέπει* se excipiunt. In Homero tamen saepe sic variatur.

sui dat argumentum; se quercum probat, etsi accisa. — 473. *εἴποτε πῦρ ἐξίκηται* sc. *ἐπ' αὐτὴν*, — *ἢ εἰ ἐρειδομένα σὺν κιόνεσσι δεσποσύναισι* pro *διὰ κιόνων δεσπότου.* Agit de *architrabe*, suffulta et sustentata per suppositas ei columnas. — 477. *μόχθον ἀμφέπει*, *μοχθεῖ*, *laborat, luctatur;* nam *ἀμφέπει τι* is, qui in eo est occupatus, laborat; *ἐν τείχεσιν ἄλλοις*, *ἐν ἀλλοτρίοις οἴκοις*, respectu loci sui, in quo nata arbos erat.

479. Mihi tota vis *apologi*, quem vidimus, versari videbatur in *indole* Cyrenaeorum *ad libertatem procliuiore* nulla asperitate et saeuitia Arcesilai (per supplicia et exilia) extirpanda: vt *ilicis natura*, etsi ramis ac frondibus accisae, manet eadem; nam vel sic vsibus, quibus de-

E. ιβ'. K. ιγ'.

Ἐσσὶ δ' ἰατὴρ ἐπικαιρότατος,
Παιάν τέ σοι τιμᾷ φάος.
Χρὴ μαλακὰν χέρα προσ-
βάλλοντα τρώμαν ἕλκεος ἀμφιπολεῖν.
Ῥάδιον μὲν γὰρ πόλιν σεῖ-
σαι καὶ ἀφαυροτέροις· ἀλλ' ἐπὶ χώ-
ρας αὖθις ἔσσαι δυσπαλὲς
Δὴ γίνεται, ἐξαπίνας

481. Impedita iunctura et sententia. v. Not. 482. χέρα ex Schmidii emendatione. Al. χεῖρα. 485. ἀφαυροτέροις idem ex Pal. C. improbante Pauwio, qui retinere iubet vulgatum: φαυροτέροις. esse enim φαῦρος, φαῦλος, φλαῦρος, et cum α ἄφαυρος. 487. Vulgo distinguebatur post ἐξαπίνας. At sententia est: —γι-

stinata erat, inseruiendo, se probat ilicem, vel igni materiam praebendo, vel vt in trabem edolata tectum sustineat. Fugerat Arcesilaus Samum, vnde copiis coactis rediit. Deo consulto iussus erat clementer vti Cyrenensibus. Quod in poeta reprehendas, est nimius et partim alienus ornatus, quem, seu quod ambages apologum decere putauit, seu mensura strophae coactus, adhibuit.

480. *Tu potes malis reip. mederi, modo molliora remedia adhibueris.* — 481. *Παιάν τε* (ἐστὶ) σοὶ φάος τιμᾷ, pro, τῇ τιμῇ σου, *tuae gloriae lux est*, h. *te illustrat*, vel *Παιάν τε* ἐστὶ φάος σοι, (σὺν) τιμᾷ σου. Parum his confido: quamcunque tamen viam inieris, molesta est verborum structura. Sententia tamen per se non est obscura: *fauet tibi Paean*, *est propitius.* Aeschyl. Agam. 99. 100. *Παιάν* τε γενοῦ τῆσδε μερίμνης, ἣ νῦν κακόφρων τελέθει.

[483. ἀμφιπολεῖν, ἀμφέπειν. *Ex Schedis.*]

484. Egregia sententia: Levissimus quisque, s. etiam tenuissimi e plebe possunt remp., statum reip., mouere; at remp. concussam iterum in tuto collocare difficile est, nisi numen ipsis regibus inopinato gubernator sit, nisi euentus, quos nemo expectauerit, prosperi inciderint.

Εἰ μὴ θεὸς ἁγεμόνεσσι κυβερ-
νατὴρ γένηται. τὶν δὲ τού-
των ἐξυφαίνονται χάριτες.
Τλᾶθι τᾶς εὐδαίμονος ἀμφὶ Κυρά-
νας θέμεν σπουδὰν ἅπασαν.

Σ. ιγ΄. Κ. ιδ΄.

Τῶν δ' Ὁμήρου καὶ τόδε συνθέμενος
Ῥῆμα πόρσυν'· ἄγγελον ἐσλὸν ἔφα
Τιμὰν μεγίσταν πράγματι παντὶ φέρειν.
Αὔξεται καὶ Μοῖσα δι' ἀγγελίας

νεται, ἐξαπίνας εἰ μὴ θ. *nisi repente, improuiso, deus principibus vias et consilia suggerat. Tibi autem praeclara haec felicitas deorum aliquo munere contingit* etc. 493. vid. Homer. Iliad. O, 207. ἐσθλὸν καὶ τὸ τέτυκται, ὅτ' ἄγγελος αἴσιμα εἰδῇ.

489. *Χάριτες τούτων ἐξυφαίνονταί σοι* valde ornate: *praeclara haec laus* (sanandi remp. laborantem) *tibi relicta est:* pro *χάρις τούτου, decus hoc paratum tibi.*

493. Nunc demum de Damophilo exule memorat et partes deprecatoris agit. Sensus fere huc redit: *Cum mei intercedentis honos versetur in hoc, vt tu te exorari patiaris, multo magis cum faciam hoc carmine: sine exorari te.* Iam vide dignitatem poeticam. *συνθέμενος, animum aduertens* et percipiens dicta: vt ap. Homerum, *σὺ δὲ σύνθεο θυμῷ. πόρσυνε ῥῆμα, dictum, versum, considera, expende.* proprie: cura. Dixit ille: *idoneum nuntium omni mandato optimum successum afferre.* Nos ita diceremus: vt mandata feliciter peragantur, multum facit, qualis ille sit, qui ea peragit. *Auctoritatem quoque Musae affert, si ea perficit id, quod in se recepit.* Vulgo haec ita enarrares: Cum ego tanquam hospes et amicus pro Damophilo intercedam: spero, me tantum apud te valere gratia, vt consequuturus sim quod peto, secundum dictum Homeri: omni mandato successum ferre personam et auctoritatem eius, cui mandata res est.

Ὀρθᾶς. ἐπέγνω μὲν Κυράνα
Καὶ τὸ κλεεννότατον
Μέγαρον Βάττου δικαίαν
Δαμοφίλου πραπίδων.
Κεῖνος γὰρ ἐν παισὶν νέος,
Ἐν δὲ βουλαῖς πρέσβυς ἐγκύρ-
σαις ἑκατονταετεῖ βιοτᾷ.
Ὀρφανίζει μὲν κακὰν
Γλῶσσαν φαεννᾶς ὀπός.
Ἔμαθε δ' ὑβρίζοντα μισεῖν,

498. *κλεινότατον* Rom. cum ceteris ante Schmidium, vt spondeus pro dactylo sit. *κλεεννότατον* Aldus habebat. 499. Erat *Βάττου μέγαρον.* Recte, metro poscente, cum Ionicus a minore esse debeat, Schmidius transpositis vocibus *Μέγαρον Βάττου* legit. *δικαίαν* pro *δίκην*, h. *δικαιοσύνην*, vt apud Homerum *ἀναγκαία* pro *ἀνάγκη*, et supra v. 188. *ἀρχαίαν* pro *ἀρχὴν*, dictum esse volunt. [*τροπαίαν* pro *τροπὴν* Aeschyl. Choeph. 773. *ἀνατροπαία* VII ad Theb. 708. *ἀραία* pro *ἀρὰ* 787. *Ex Schedis.*] Equidem malim ellipsin statuere, *δικαίαν μοῖραν*, *αἶσαν*, aut simile quid. Ex Schol. etiam *δικαιᾶν — πραπίδων* lectum fuisse constat: sed *ἐπέγνω* alterum casum vix admittit, essetque adeo scribendum: *Δαμόφιλον.* et tum *πραπίδων δικαιᾶν* (vel aeolice *δικαίαν*) subint. *ἕνεκα.* — 501. *παισὶν* iambicum metrum postulat; Pauw iam monuit. — 505. In summa interpretum discordia *φαεννᾷ ὀπὶ* emendat Pauwius, inanem, vt mihi videtur, operam nauans, vt sit: *serena*

499. *Et ciuitas et regia domus nouit probitatem Damophili.* v. Var. Lect.

501. *ἐν παισὶν νέος* pro *ἐν νέοις νέος*, *inter iuuenes iuuenili robore praestans*, at *prudentia seni 'C annorum par.* Damophilum adhuc iuuenili aetate fuisse necesse est. Laudat locum Macarius in Diatribe Villoisoni pag. 19. a quo verba accipiuntur sic, ac si Damophilus inter pueros iuuenis, inter iuuenes vir, inter viros senex fuerit. Haberet hoc locum in altero versu Pyth. V, 146. *κρέσσονα μὲν ἁλικίας νόον φέρβεται.*

504. 5. *Facit obmutescere calumniatorem.* v. V. L.

Α. ιγ΄. Κ. ιδ΄.

Οὐκ ἐρίζων ἀντία τοῖς ἀγαθοῖς,
Οὐδὲ μακύνων τέλος οὐδέν. ὁ γὰρ
Καιρὸς πρὸς ἀνθρώπων βραχὺ μέτρον ἔχει.
Εὖ νιν ἔγνωκεν. θεράπων δέ οἱ, οὐ
Δράστας, ὀπάδεῖ. Φαντὶ δ' ἔμμεν

fronte maledicentiam contemnit et omni vi sua priuat. Immo vero *φαεννὰ* simpl. est epitheton ornans vocis *ὄψ*, vt *clara*, *arguta* et similia. Auersus est Damophilus a maledicorum malitia, eorum conuiciis aures non praebet, *τὴν κακὰν (κακηγόρον) γλῶσσαν ὀρφανίζει ὀπὸς φαεννᾶς*, *priuat voce*, *obmutescere facit*, *ad silentium redigit.* 509. *ἔχων* perperam emendauerat Schmidius, vt esset: *ὁ γὰρ καιρὸς — εὖ νιν ἔγνωκε.* fere vt Ol. VI, 163. VII, 152. 3. Sed recte se habet: *πρὸς ἀνθρώπων γὰρ (ἐν ἀνθρώποις) ὁ καιρὸς ἔχει βραχὺ μέτρον*, h. *βραχύς ἐστι*, *statim praeterit*, *elabitur.* *Εὖ νιν ἔγνωκε* Damophilus. 510. *ἔγνωκε* erat. *ἔγνωκεν* ad metri normam. v. Pauw. 511. *φαντὶ δέ.* Haec iam ad exilii calamitatem spectant Damophili.

506. 7. *Malos odit*, *bonos amat.* *οὐκ ἐρίζων ἀντία* pro *φιλῶν*, *fauens.*

508. *μακύνων* iunxit cum antecedentibus. Est tamen propositio seiuncta. *Nullam rem procrastinat.* *τέλος*, *πρᾶγμα.* Nam *occasio celeriter praeterit*, h. momentum temporis idoneum. *πρὸς ἀνθρώπων*, *παρ' ἀνθρώποις.* Nos dicimus, *in rebus humanis.*

510. *θεράπων δέ οἱ, οὐ δράστας, ὀπαδεῖ.* Obscurat sententiam breuitas. Subiectum fuerat mihi: *ὁ καιρὸς ὀπηδεῖ οἱ, ὡς θεράπων*, *qui praesto est hero*, *non autem tanquam fugitiuus vagatur.* Si tamen exigas sententiam subtilius, vix illa satis se probat. Ergo ipse Damophilus esto subiectum, qui *θεράπων ἐστὶ τῷ καιρῷ*, bene; *obseruat*, *speculatur*, *θεραπεύει καιρόν.* At laborat alterum: *non ille ei est fugitiuus.* *δράστας*, puto, est simpliciter h. l. *famulus*, *seruus*: inter hunc et *θεράποντα* multum interest. Damophilus, si vir prudens erat, *captabat occasiones opportunas consiliis*, non autem seruili more *ex iis pendebat*, tanquam *ex herili nutu.* Nam prudentis est,

Τοῦτ᾽ ἀνιαρότατον,
Καλὰ γινώσκοντ᾽ ἀνάγκᾳ
Ἐκτὸς ἔχειν πόδα. καὶ
Μὰν κεῖνος Ἄτλας οὐρανῷ
Προσπαλαίει νῦν γε πατρώ-
ας ἄπο γᾶς ἄπο τε κτεάνων.

515. 6. Exagitandum se hic praebet bonus Pauwius, dum emendat: *καὶ μὰν κεῖνος* vel *κλεινὸς Ἄτλας οὐρανῷ Προσπαλαιοῖ νοῦν γε, π. veterascit ad coelum animo.* Ita tamen se res habet, vt Interpretes locum obscurum obscurauerint multo magis. v. Notam.

res ita disponere et ordinare, vt opportunitas rebus gerendis enascatur.

512. *τὰ καλὰ* sunt *res iucundae et gratae, quarum fructus est in aula vel in magna ciuitate.* cf. inf. 522 sqq. *ἔχειν πόδα ἐκτὸς*, sc. *τῶν καλῶν*, *iis, quae vitam iucundam et beatam faciunt, carere.* Aeschyl. Prom. 263. *πημάτων δ᾽ ἔξω ἔχει πόδα.* pro *ἐκτὸς εἶναι.* [Sophocl. Philoct. 1260. *ἴσως ἂν ἐκτὸς κλαυμάτων ἔχοις πόδα. Ex Schedis.*]

515. *προσπαλαίει*, [*ἐρείδει. Ex Schedis.*] *obnititur*, luctatur. Sententiam sic habe: Luctatur Damophilus cum exilii calamitatibus, et sub iis, tanquam sub onere improbo imposito, gemit; similis in hoc Atlanti, qui coelum impositum sustinet. Tenendum autem ex reconditiore mythologia, Atlantem esse vnum ex Titanibus, nec intactum mansisse fortuna ceterorum Titanum a Ioue victorum. Res ex Aeschyli Prometheo vincto patet. cf. Hygin. fab. CL. Fuerunt autem olim plures de Titanibus frequentatae fabulae, cum essent prisca carmina, *Titanomachiae* inscripta. Inter alia traditum et hoc, liberatos aliquando fuisse ex Tartari vinculis Titanas, et cum ipsis etiam Atlantem onere leuatum respirasse. Comparatum et comparans poeta, sollenni more, commiscet et contexit in vnam tramam: *Sane Damophilus, ille alter Atlas, cum coeli impositi onere luctatur, exul a patria et fortunis suis. Verum etiam Iupiter soluit vinculis Titanas.* Scilicet quidni et hic aerumnarum baiulator, tanquam Atlas coeli, expectare possit, fore, vt et ipse onere suo exilii liberetur et in patriam a te, Arcesilae, reducatur?

Λῦσε δὲ Ζεὺς ἄφθιτος
Τιτᾶνας. ἐν δὲ χρόνῳ
Μεταβολαὶ, λήξαντος οὔρου,

E. ιγ. K. ιγ.

Ἱστίων. ἀλλ' εὔχεται οὐλομέναν
Νοῦσον διαντλήσαις ποτὲ
Οἶκον ἰδεῖν, ἐπ' Ἀπόλ-
λωνός τε κράνᾳ συμποσίας ἐφέπων
Θυμὸν ἐκδόσθαι πρὸς ἥβαν
Πολλάκις, ἔν τε σοφοῖς δαιδαλέαν
Φόρμιγγα βαστάζων πολί-
ταις ἁσυχίᾳ θιγέμεν,
Μήτ' ὦν τινι πῆμα πορὼν, ἀπαθὴς
Δ' αὐτὸς πρὸς ἀστῶν. καί κε μυ-
θήσαιθ', ὁποίαν Ἀρκεσίλᾳ

[525. Heynius in textu post *ἥβαν* comma posuit, et 526. post *πολλάκις* deleuit.] 526. *πολλάκις ἔνθε* Ald. 528. *ἁσυχίᾳ* haud dubie, vt Ol. II, 58. 529. *ὦν* aliqui ap. Schmid. 530. 1. Vnus ex Schol. legisse videtur *μυθήσασθ'* pro *μυθήσασθαι*, vt ab *εὔχεται* cum ceteris pendeat. 531. *μυθήσαιτο, ποίαν* Gott. *Ἀρκεσίλα*

520. Vento cessante, vela laxantur: pro hoc dixit, *mutantur*, vt Isthm. II, 59.

522. *νοῦσον* de *exilio:* vt vulgo *νόσος* de *seditione et turbis civilibus*, et *νοσεῖ* vrbs, primo, qua turbatur, tum, qua laborat; hinc omnino nunc de conditione et fortuna labefactata et afflicta. Opp. *τὸ ὑγιὲς* de rerum incolumitate. Sic *ὑγίεντα ὄλβον* Ol. V, 54. *inconcussas, incolumes, in tuto positas opes* forte dixit.

524. *συμποσίας* refero ad Carnea, quae ad Cyren fontem celebrata fuisse videntur. v. Not. ad Pyth. V, 106. Fontem memorat quoque Herodot. IV, 158.

525. *ἥβαν* audacius dixisse videri debet pro *laetitia et hilaritate*. *πρὸς ἥβαν πολλάκις*, interpungo.

[527. sumere lyram et pulsare. *Ex Schedis.*]

Εὗρε παγὰν ἀμβροσίων ἐπέων
Πρόσφατον, Θήβᾳ ξενωθείς.

vett. edd. vt vocatiuus sit, (aut etiam genitiuus Doricae formae). Morell. et Steph. Ἀρκεσίλᾳ sc. μυθήσαιτο, aut, quod praestat, εὗρε παγὰν ἀ. ἐ. Ἀρκεσίλᾳ.

533. Interpungo post πρόσφατον, vt sit ὁποίαν Ἀρκεσίλᾳ εὗρε παγὰν ἀμβροσίων ἐπέων πρόσφατον, *nouum fontem dulcium carminum in Arcesilai honorem parauit, aperuit*, sc. commemoratione virtutum ac laudum Arcesilai coram poeta facta, nouorum hymnorum argumento. [l. reperit apud poëtam paratas ac destinatas laudes. *Ex Schedis.*]

ΠΥΘΙΑ

εἶδος έ.

ΑΡΚΕΣΙΛΑΩι ΚΥΡΗΝΑΙΩι

ἅρματι.

Argumentum.

Praedicat felicitatem Arcesilai, etiam ex victoria Pythica, pro qua meritam gratiam referre iubet diis et aurigae Carrhoto — 70. Nec tamen esse perpetuam ac sinceram felicitatem expectandam; (erant enim tum dissidia inter principem et populum;) adfore tamen domui regiae fortunam Batti, Apollinis beneficio — 85. Ab hoc transit ad Apollinis vaticinia, quibus confisi Heraclidae Peloponnesum migrarunt, cumque iis Aegidae Thebis oriundi; qui et ipsi cum iisdem Theram, inde Cyrenen, occupauerunt — 107. Inde ad laudes Batti, eiusque posteritatis, tandem Arcesilai, progreditur; et a v. 159. pro eo facit bona vota. [Theodori Metochitae de republ. Cyrenens. ed. a Blochio. Et in Supplem. Nicolai Damasc. ab Orellio 1811. ad fin. *Ex Schedis.*]

Σ. ά. Κ. ιδ'.

Ὁ πλοῦτος εὐρυσθενής,
Ὅταν τὶς ἀρετᾷ κεκρα-

2. Diuersam metri rationem sequi videtur vetus Metricus, de quo v. Pauw. ad hunc et vers. antitheticum, et sic porro in stro-

1. ὁ Πλοῦτος h. l. vt persona inducitur. *Opes regiae.* In εὐρυσθενής. oratio tamen mi- promtu est substituere (ἐστίν)

μένον καθαρᾷ βροτήσιος ἀνὴρ,
Πότμου παραδόντος, αὐτὸν ἀνάγῃ
Πολύφιλον ἑπέταν·
Ὦ θεόμορ' Ἀρκεσίλα,
Σύ τοί νιν, κλυτᾶς
Αἰῶνος ἀκρᾶν βαθμίδων
Ἄπο, ξὺν εὐδοξίᾳ
Μετανίσσεαι ἕκατι χρυ-
σαρμάτου Κάστορος·

phis et antistrophis. In Gotting. sunt strophe et antistrophe ιx κώλων. Varia tentauit Mingarell. 4. 5. Distinguo: ὅταν τὶς — ἀνὴρ, Πότμου παραδόντος, αὐτὸν ἀνάγῃ Π. ἑπέταν. cum vulgo sit: παραδόντος αὐτὸν, ἀ. Pro vulgari: ὅταν τὶς ἔχῃ αὐτὸν, sc. τὸν πλοῦτον, dicit: ὅταν τὶς — αὐτὸν ἀνάγῃ, *ducat*, *abducat*, *deducat*, idque ornat ἀνάγῃ ἑπέταν, quatenus enim ducitur, *sequitur*. tum ornat et hoc ipsum ἑπέταν πολύφιλον, quod magnus clientum comitatus ei adesse, praesto esse, solet. Aristarchus olim disiungebat πολύφιλον, ἑπέταν. v. Schol. minus commode. ἀνάγκῃ Bodl. γ. — 6. Erat θεόμοιρ'. cf. ad 48. θεόμορ' Schmidius emendauerat, recte, et metro iubente. 9. Erat σὺν. ξὺν Schmid. ἀπαὶ, σὺν Pauw. vt metrico pareant. Mox Schmid. conj. ῥυσαρμάτου. In vulgata tamen nihil est quod displiceat. Turbatum est metrum vs. 8. 9. 10.

nus lyrica fit. Habere licet pro exclamatione: *heu opes regias! quam potentes sunt!* cum alias secunda persona exclamationes fiant. Μέλαινά τ' Ἐρινύς, ἢ μεγασθενής τις εἶ. etiam Aeschyl. VII ad Theb. 991. Verior tamen et magis lyrica ratio est, vt iungantur cum σύ τοί νιν, vt sit sollenni figura orsus a primo casu pro quarto, qui subiungitur: Τὸν πλοῦτον τοῦτον ἔχεις σύ. Seqq. ornant simplex illud: εἰ ἕπεται (πάρεστι) τῇ ἀρετῇ. Fortuna regum sic declaratur, vt sit πότμος σὺν ἀρετῇ. In ea fortuna ille natus erat, v. 7. 8. conf. Ol. II, 96 sq. καθαρὰ ἀρετὴ, forte, *nulla ὕβρεως*, *iniustitiae*, *rapinae*, *macula contaminata.*

10. μετανίσσεσθαι πλοῦτον dicitur rex ab *imis* inde vitae

Εὐδίαν ὃς μετὰ χειμέριον
Ὄμβρον τεὰν καταιθύσ-
σει μάκαιραν ἑστίαν.

Α. ά. Κ. ιδ'.

15 Σοφοὶ δέ τοι κάλλιον
Φέροντι καὶ τὰν θεόσ-
δοτον δύναμιν. σὲ δ' ἐρχόμενον ἐν
Δίκᾳ πολὺς ὄλβος ἀμφινέμεται·

12. εὐδίαν, adiectiue, ἑστίαν iungere maluit Schmidius. *collustrat tuam tranquillam domum.* Mihi dignior poeta videtur altera ratio, iam in Schol. secundum istam proposita, vt εὐδίαν substantiua vox sit; modo recte iungantur verba: ὅς, μετὰ χειμέριον ὄμβρον, αἰθύσσει εὐδίαν κατὰ τεὰν μάκαιραν ἑστίαν, et exquisitius, καταιθύσσει. qs. *radiat serenitatem, emittit, facit*, in tua domo, h. regno. Sic παραιθύσσειν positum supra vidimus Ol. X, 89. et αὖραι διαιθύσσουσι Ol. VII, 175. [εὐδιανὸς Hermann. cum Schneidero, sc. πλοῦτος. at quo nexu? *Ex Schedis.*] 15. Erat δ' ἔτι. Ald. δέ τι. σοφοὶ δέ τοι κ. legendum haud dubie, sensu et metro monente. v. Pauw. 17. Mingarellus, hebraismum ferendum esse negans, varie tentabat: ἀρχόμενον, *regnantem*, vel, *incipientem regradibus* (h. e. ἀπ' ἀκρᾶν (pro ἀκρῶν) βαθμίδων αἰῶνος); debet adeo esse pro ἔχειν, at qua analogia? Scilicet dicemus, μετανίσσεσθαι esse idem ac μετέρχεσθαι, nec modo *persequi*, sed et *assequi ac tenere*, μετειληφέναι. ἕκατι χρ. Κάστορος iungenda sunt cum verbis σὺν εὐδοξίᾳ, *cum gloria ex victoriis curulibus*: quandoquidem Dioscuri erant inter praesides certaminum. Tum debuere ii esse dii patrii Arcesilai, cuius maiores e Laconica Theram erant profecti.

12. ὃς αἰθύσσει εὐδίαν κατὰ τεὰν ἑστίαν, v. Var. Lect. pro simpl. *dispergit, affert.* Contigisse victoria videtur Arcesilao inter motus ciuiles, quibus tum Cyrene agitabatur, regum, vt fit, cupiditate et imprudentia.

15. Vir prudens vtique etiam opibus a diis acceptis, h. e. fortunis, moderate vtitur. κάλλιον pro καλῶς.

17. Iustitiam seruantem ait

Τὸ μὲν, ὅτι βασιλεὺς
Ἐσσὶ μεγάλαν πολίων,
Ἔχει συγγενὴς
Δ' ὀφθαλμὸς αἰδοιέστατον
Γέρας τεᾷ τοῦτο μι-
γνύμενον φρενί· μάκαρ δὲ καὶ
Νῦν, κλεεννᾶς ὅτι
Εὖχος ἤδη παρὰ Πυθιάδος
Ἵπποις ἑλὼν, δέδεξαι
Τόνδε κῶμον ἀνέρων,

gnare. Non meminerat vir doctus, frequentari hanc rationem Pindaro ex antiquo sermone: v. c. Nem. I, 37. *χρὴ δ' ἐν εὐθείαις ὁδοῖς στείχοντα.* — 22. δ' abest Ald. Rom. Brub. et primum illatum emendatione Ceporini in Crat. hinc in Morell. Steph. Recte puto receptum, sed minus bene eo adductum Schmidium, vt nouum partitionis membrum hic constitueret. Immo vero sibi respondent v. 19. *τὸ μὲν* et v. 24. *μάκαρ δὲ*, et *ἔχει δὲ* est pro *καὶ ἔχει.* *ὀφθαλμὸς συγγενὴς*, h. *ἴδιος, ὁ ὀφθαλμὸς αὐτοῦ*, quod alias esse posset *συγγενὲς* — *αἰδοιέστατον γέρας* (h. *αἰδῶ*, *dignitatem, maiestatem*). Taudem *αἰδοιόιατον* choriambicum metrum postulat: et sic refinxit Schmidius, probante quoque Pauwio. Respicit h. v. Eustath. ad Dionys. Perieg. 172. *τοῦ δ' ἂν γεραρὸς καὶ αἰδοιέστερος εἴης — κεῖται δὲ ἡ λέξις καὶ παρὰ Πινδάρῳ.* 24. *φρενὶ* vltima producta, quod fieri recte posse non dubito. Sed Pauwius emendat *τεαῖς φρεσίν· μ.*

Arcesilaum magna felicitate frui: *τὸ μὲν*, *partim, quod potens rex sit*, debebat sequi *τὸ δὲ, ὅτι*, quod mutatum in: *ἔχει δὲ ὀφθ.* *quod maiestate oris insignis es.* Tertium 24. *μάκαρ δὲ καὶ νῦν.*

21. *ἔχει συγγενὴς δ' ὀφθαλμὸς* —. Proprium erat: *ἔχει δὲ ὀφθαλμός (σου) συγγενὲς γέρας αἰδοιέστατον, μιγνύμενον τοῦτο φρενὶ τεᾷ.* Et ambigo adhuc, annon *συγγενὲς* verum sit. Quod nisi est, dicendum, poetam epitheton transtulisse ad *ὀφθαλμὸς* exquisitiore modo. Vt *τοῦτο* autem vim habeat, sic collocandum esse videtur, vt sit *illud quidem*: nisi est *δεικτικῶς* dictum: *hoc tuum. haec maiestas, dignitas coniuncta cum grauitate, prudentia animi.*

Ε. ά. Κ. ιδ'.

Ἀπολλώνιον ἄθυρμα. Τῷ σε
Μὴ λαθέτω Κυράνᾳ
Γλυκὺν ἀμφὶ κᾶπον
Ἀφροδίτας ἀειδόμενον·
Παντὶ μὲν θεὸν αἴτιον ὑπερτιθέμεν.

29. 30. Vulgo legitur: *Τῷ μὴ σε λαθέτω Κ.* sc. *τὸ ἀειδόμενον.* Cum tamen v. 30. choriambum in capite desideret, refinxerat Schmidius non male: *Τῷ σε μὴ λαθέτω.* Oxonienses ex Bodl. *γ.* refinxerunt *μὶν λ.* quo sensu, equidem non satis assequor. Pauw *Νῦν λαθέτω.* Praefero Schmidianum acumen; scilicet, cum continua serie scriptum esset: *τῷ σε μὴ λ.*, facile potuit descriptis ad metrum verbis permutatio inferri. Porro *Κυράνα* primo casu Schol. accepit. perperam. Possit esse *τὸ ἀειδόμενον τῇ Κυράνῃ:* in hymno in Cyrenen. Verum *Κυράνᾳ* est pro *ἐν Κυράνᾳ:* hoc idem statim exponit *γλυκὺν ἀμφὶ κᾶπον Ἀ.* est enim haec ipsa vrbs, vt bene Schol. primo loco accipit.

29–33. *Itaque memor sis istius carminis vulgo cani soliti: omnia referenda sunt ad deum. τῷ σε μὴ λαθέτω* —. Si, vt vulgo fit, *ἀειδόμενον* accipitur *τὸ ἀειδόμενον:* dura omissio fit Pindarico more. Potest tamen h. l. bene scribi *τ' ἀειδόμενον.* Ingeniose Gedik. iungit *μὴ λαθέτω σὲ ἀειδόμενον ὑπερτιθέμεν. φιλεῖν δέ, memor sis, dum tu celebraris victor, deum auctorem omnium habere.* Sequentia accipio tanquam ornantia verba: *ἐν Κυράνᾳ, ἀμφὶ κᾶπον γλυκὺν Ἀφροδίτας:* vti Libya respectu huius ipsius Cyrenes est *Διὸς κᾶπος* inf. IX, 90. 1. Nam vt sit locus, *λόφος Χαρίτων*, quo ducebatur chorus, (etsi Cyrene vrbs in colle sita erat, v. Pyth. IX, 94. 95. et IV, 14.) non bene firmat Schol. dum laudat Callimachi: *ἢ ὑπὲρ αὐσταλέον Χαρίτων λόφον·* de quo videndum in fragmentis Callimacheis p. 361. et 534. Nam non magis ex hoc constat, vbi ille collis fuerit. Male autem confunditur alius Collis Gratiarum, quem memorat Herodot. IV, 175. De voc. *ὑπερτίθεσθαι* est disputatio viri docti Miscell. Obss. VIII. pag. 365. quae tamen nil ad h. l. facit. *θεὸν τιθέναι αἴτιον παντὶ πράγματι*, quod alias *ἐπιτιθέναι, προστιθέναι, ἀνατιθέναι.*

Φιλεῖν δὲ Κάῤῥωτον ἔξοχ' ἑταίρων.
Ὃς οὐ τὰν Ἐπιμαθέος
Ἄγων ὀψινόου θυγατέρα Πρό-
φασιν Βαττιδᾶν
Ἀφίκετο δόμους θεμισκρεόντων·
Ἀλλ' ἀρισθάρματον,
Ὕδατι Κασταλίας
Ξενωθεὶς, γέρας ἀμφ'
ἔβαλε τεαῖσιν κόμαις,

34. Noua prorsus sententia hinc ingreditur. Etsi iungi potest cum μή σε λαθέτω. φιλεῖν emendauit Aristarchus, e libris, puto, cum olim φίλει lectum esset. v. Schol. eadem vi. Nam φιλεῖν est pro imperatiuo. [An ex Scolio Admeti ap. Eustath. pag. 326. *Ex Schedis.*] 35. Scripsi Ἐπιμαθέος pro Ἐπιμηθέος, vt fuit Προμαθέος Ol. VII, 81. 36. ὀψίνοον legerat, nec male, Schol. etiam Pal. C. ὀψινόον. sed is voluit —όου scribere. 37. Βαττιδᾶν emendatum a Schmid. metri caussa. Sic quoque Bodl. γ. Vulgg. Βαττιαδῶν. 38. θεμισκερόντων. haud dubie vitiosa lectio ex edit. Rom. sphalmate propagata, pro θεμισκρεόντων, vt etiam Ald. Gott. et Pal. C. in quo scholion: δικαίως βασιλευόντων. 42. τεαῖσιν pro vulgato τεαῖσι. v. Pauw.

34-39. *Porro inprimis grato esto animo erga Carrhotum aurigam* (Alexibii f. v. 59.), *cuius arti victoriam debes.* φιλεῖν ad gratum animum refer. De Carrhoto Arcesilai auriga v. doctum Scholion cum loco ex primo libro Theotimi de pace. (ἐκ τοῦ πρώτου περὶ εἰρήνης. Nescio an idem sit, qui inter rerum Italicarum auctores laudatur in Parallelis quae in Plutarchi Opp. habentur.) Fuit autem Carrhotus vnus e viris principibus; vt adeo vel hoc exemplo constet, non infimi ordinis homines operam hanc aurigationis victoribus locasse.

40. ὕδατι Κασταλίας ξενωθεὶς, pro παρὰ Κασταλίᾳ, Delphis.

[41. γέρας. κόσμον. Od. III, 23. *Ex Schedis.*]

Σ. β΄. Κ. ιδ΄.

Ἀκηράτοις ἁνίαις
Ποδαρκέων δώδεκα
Δρόμων τέμενος. κατέκλασε γὰρ ἐν-
τέων σθένος οὐδέν· ἀλλὰ κρέμαται,
Ὁπόσα χεριαρᾶν
Τεκτόνων δαιδάλματ᾽ ἄγων

44. Erat *δυωδεκαδρόμων*. *δωδεκαδρόμων* metro iubente emendauerat Schmidius; firmat Bodl. *γ*. et, vt nunc video, Aldina quoque. Ceterum locus varie interpungi potest. Scholiastes, qui exponit: *κατὰ τὸ τέμενος τῶν δυωδεκαδρόμων ἁρμάτων* (cf. Ol. VI, 126. III, 59.) *ἐπαρκῶν*, accepit: *ἀμφέβαλε — ποδαρκέων* (a *ποδαρκέω*) *κατὰ τὸ τέμενος τῶν δ.* Eum sequuntur Schmid. et Benedictus. Pauwius a *ποδαρκὴς* mauult esse *ποδαρκέων*, scil. *ἵππων*: *κατὰ τὸ τέμενος ποδαρκέων δώδεκα ἵππων*. Possunt et iungi: *κατὰ τὸ τέμενος τῶν δώδεκα δρόμων ποδαρκῶν*. etiam: *γέρας ποδαρκέων δωδεκαδρόμων*. Quid? quod et distinguere licet *δωδεκαδρόμων τε μένος*. vt iungas *γέρας καὶ μένος*. Praeferrem tamen, tanquam magis poeticum, epitheton: *δωδεκαδρόμον τέμενος*, in quo XII curricula sunt vel habentur. 47. *χεριάρα τέκτονος* mutauit Schmidius. v. ad v. seq. Idem ab *ἄρης* repetiuit. Immo vero *χεριάρας*, *ου*, pro *χερήρης*, vt *χαλκήρης*, *χαλκοάρας*, est ab *ἄρω*, *ἁρμόζω*, *compingo, fabricor*: vt sit adeo, *qui manu ἁρμόζει, fabricatur*, actiue; sin passiue, *qui manu aptus est*, sollers. 48. Vt nunc est versus, a metro ceterorum recedit: siue antispasticum esse dixeris cum grammatico, siue Paeonicum. Pro Paeone primo est Epitritus secundus: *Τεκτόνων δαι—*. Schmidius emendauerat *χεριάρα*

44. Ipse *ποδαρκέων* (*valens, superans cursu*) *σὺν ἡνίαις ἀκηράτοις κατὰ τὸ τέμενος τῶν δώδεκα δρόμων*, loco sacro, circo, quo duodecim curricula (quadrigarum) fiunt.

46. Dedicarunt victores victrices quadrigas in templo Delphico. Carrhotus ibi suspendit currum suum integrum et illaesum. *κρέμαται ἐν* (*ἐς*) *κοιλόπεδον νάπος θεοῦ*, *ὁπόσα ἄγων ἄμειψε λόφον Κρισαῖον*, pro *ὅσα ἦγεν*. tum, pro *totus currus integer*, *ὁπόσα χεριαρᾶν τεκτόνων δαιδάλματα*, h. e. *τὸ ἅρμα τὸ δεδαιδαλμένον*, *affabre factum*.

Κρισαῖον λόφον
Ἄμειψεν, ἐν κοιλόπεδον
Νάπος θεοῦ. τόσσ' ἔχει
Κυπαρίσσινον μέλαθρον ἀμ-
φ' ἀνδριάντι σχεδὸν,
Κρῆτες ὃν τοξοφόροι τέγεϊ
Παρνασσίῳ καθέσσαν-
το, μονόδροπον φυτόν.

Τέκτονος ἀγάλματ' ἄγων. Pauwius *Τεκτόνων δαίδαλ' ἄγων.* 50. *ἀν'* conj. Rittersh. et sic *κρέμαται ἀνὰ νάπος.* 51. *τό σφ' ἔχει* edd. ante Schmidium ex Rom. At Ald. *τόσ' ἔχε*, vnde in marg. Brubach. *τόσσ'*, quod Schmidius recepit. Est quod me teneat in his inde a v. 46. *ἀλλὰ κρέμαται* (scil. *τόσα*) *ὁπόσα χ.* Et sequitur tamen v. 51. *τόσσ' ἔχει.* Quod si interpungas post *ἀλλὰ* (sc. *τὰ ἔντεα*) *κρέμαται· ὁπόσα — νάπος θεοῦ· τόσσ' ἔχει*, defit copula, *ὁπόσα γὰρ* vel *δὲ*, aut, si medearis, *ὅσα δὲ*, parum suaue est illud conciso dictum: *ἀλλὰ κρέμαται.* Possis interpungere: *ἀλλὰ κρέμαται ὁπόσα — ἄμειψεν. ἀν' κοιλόπεδον νάπος θεοῦ τόσσ' ἔχει κυπαρίσσινον μέλαθρον —.* Videndum tamen, an non praestet redire ad pristinam lectionem: *τό σφ' ἔχει.* Est scilicet *σφὲ* pro *αὐτὰ*, et *τὸ* vel *καθ' ὃ*, vel vt *τὸ* sit *ὃ* (*νάπος*) *ἔχει αὐτὰ κατὰ τὸ μέλαθρον.* 55. 56. *καθέσσαν-το τὸ μ.* vel *- θ' οἱ μονόδροπον φυτόν*, vtpote in trochaico dimetro, emendat Pauw, vt metro subveniat. *Π. κάθεσσαν* 56. *τῷ μ. φυτόν* Mingarell. Sic et *ἔσσαι*

51. *κοιλόπεδον νάπος θεοῦ* videri potest esse lucus in campo Cirrhaeo. Pausan. tamen X, 37. pag. 893. diserte ait, nullam arborem esse in illo campo. Potuit hoc aliter se habere ante cladem Cirrhaeis Amphictyonum decreto illatam. Verum res ipsa loquitur, de templo Delphico hic agi; ergo iungenda sunt: *ἀλλὰ κρέμαται, ὁπόσα — ἄμειψεν, ἐν* (vel *ἐς*) *κοιλόπεδον νάπος θεοῦ*, pro *ἐν νάπει.* Necesse adeo est *κοιλόπεδον νάπος*, pro *κοῖλον*, simpliciter dici lucum *in conualle* Parnassi. [in quo cursus fiebat. *Ex Schedis.*] Declaratur nunc locus in templo, in quo quadriga, quam exiguae molis fuisse facile intelligitur, fuit suspensa ac dedicata deo; scilicet *suspensa fuit ex tholo iuxta signum Apollinis e ligno a Cretensibus dedi-*

Α. β'. Κ. ιδ'.

Ἑκόντι τοίνυν πρέπει
Νόῳ τὸν εὐεργέταν
Ὑπαντιάσαι. Ἀλεξιβιάδα,
Σὲ δ' ἠΰκομοι φλέγοντι Χάριτες.
Μακάριος, ὃς ἔχεις
Καὶ πεδὰ μέγαν κάματον
Λόγων φερτάτων
Μναμήϊον. ἐν τεσσαράκον-
τα γὰρ πετόντεσσιν ἀ-
νιόχοις ὅλον δίφρον κομί-
ξαις, ἀταρβεῖ φρενὶ
Ἦλθες ἤδη Λιβύας πεδίον
Ἐξ ἀγλαῶν ἀέθλων
Καὶ πατρωΐαν πόλιν.

Pyth. IV, 486. Ipso tono pronuntiatum fuit *τομμο —*. *ἕσσαντο* de ara exstructa iam vidimus Pyth. IV, 363. Fuit autem Pindari aetate in aede Delphica statua lignea, tota quidem ex vna arbore sculpta, a Cretensibus posita: ad quam nunc pro donario quadrigae Arcesilae a Carrhoto dedicatae sunt. 62. *πεδὰ* Schmid. ex Pal. C. Vulgo *μετὰ*. 64. *μναμήιον* trisyllabum erit: nisi, Mingarello monente, velis in versu choriambico opponere iambo in oppositis anapaestum. 66. *-νιόχοισιν* ante Schmid. qui emendauit ad metrum ex Pal. C. adde Bodl. *γ*. 68. *ἦλθεν*, sc. Carrhotus, Pal. C. 69. *ἐξ ἀγαθῶν* idem Pal. C. 70. *πατρῴαν* scribebatur ante Schmid.

catum. Tholum autem e cupressinis trabibus constitisse, nihil est quod dubitemus, cum huius arboris vsus esset frequens in aedificiis et in signis. Non autem haec putanda fuisse *ἐν τῷ ναῷ* vel *ἀδύτῳ*: sed intra septa *ἐν τῷ τεμένει* multae erant aediculae. Mox v. 59. *ὑπαντιάσαι τὸν* — notatum a vetere grammatico, quod et de occursu amico cum animo, et cum quarto casu, dicitur, ap. Wassenbergh. ad Iliad. I. p. 22.

E. β'. K. ιδ'.

Πόνων δ' οὔ τις ἀπόκλαρός ἐστιν,
Οὔτ' ἔσεται. ὁ Βάττου
Δ' ἕπεται παλαιὸς
Ὄλβος ἔμπας τὰ καὶ τὰ νέμων,
Πύργος ἄστεος ὄμμα τε φαεννότατον
Ξένοισι. κεῖνόν γε καὶ βαρύκομποι
Λέοντες περὶ δείματι
Φύγον, γλῶσσαν ἐπεί σφιν ἀπένεικεν
Ὑπερποντίαν.

74. Sustuli interpunctionem. Primum cum Batti progenies dicenda esset, ὄλβος Battiadarum est πύργος ἄ. *praesidium ciuium et hospitum salus.* tum ἔμπης, quod Schol. per ὁμῶς, ὁμοίως exponit, est pro *vtique*, vt saepe; etsi insidet aduersatiua vis: *in vtraque fortuna tamen Battiadarum domestica fortuna obtinet.* 77. περὶ δείματι. notabilis vsus voc. περὶ pro διά. [Ilgen. ad Hymn. in Cerer. 429. *Ex Schedis.*] Nam περιέφυγον vix vim haberet. 78. φύγον emendauit Schmid. suffragante Schol. Vulgo φεῦγον. In verbis argutantur interpretes. γλῶσσαν ἐπεί σφιν ἀπένεικεν nihil aliud est quam, *cum in verba erumperet*, qui adhuc linguae vsu

71. Noua sententia. Iterum attingit calamitatem temporum; v. ad v. 12.

72. *Fortuna domus*, quam dicit *Fortunam Batti*: ὁ Βάττου δ' ἕπεται (πάρεστι, παραμένει) παλαιὸς Ὄλβος ἔμπας τὰ καὶ τὰ νέμων (*moderans secunda et adversa* [refer. ad πόνους 71. τὰ καὶ τὰ esse *varia* monet Gurlitt. vt Ol. II, 93. P. VII, 23. *Ex Schedis.*]: v. ad Olymp. II, 98.) πύργος ἄστεος, ὄμμα τε φαεννότατον ξένοισι, *ciuium praesidium, hospitibus gratum inuitamentum.* ὄμμα φαεννὸν pro φῶς. [I. liberalitas. I. splendor conspicuus. *Ex Schedis.*] κεῖνον (τὸν Ὄλβον) etc. Locus est simillimus obscuro illi Ol. II, 96. 101. vbi Πλοῦτος — ἀστὴρ ἀρίζηλος, ἀλαθινὸν ἀνδρὶ φέγγος. Est autem τοῦ Ὄλβου eadem notio, quae Romanis: *Fortuna domus Augustae.* Supra Pyth. III, 150-153. erat Πότμος simili in loco. Multa autem adversa euenerant Arcesilao, qui ciuium suorum odia in se concitauerat.

76. κεῖνόν γε — paullo abruptior transitus ad Batti fortunam.

Ὁ δ' ἀρχαγέτας ἔδωκ' Ἀπόλλων
Θῆρας αἰνῷ φόβῳ,
Ὄφρα μὴ ταμίᾳ
Κυράνας ἀτελὴς
Γένοιτο μαντεύμασιν.

Σ. γ΄. Κ. ιδ΄.

Ὃ καὶ βαρειᾶν νόσων
Ἀκέσματ' ἄνδρεσσι καὶ
Γυναιξὶ νέμει, πόρεν τε κίθαριν,
Δίδωσί τε Μοῖσαν οἷς ἂν ἐθέλῃ,
Ἀπόλεμον ἀγαγὼν
Ἐς πραπίδας εὐνομίαν,
Μυχόν τ' ἀμφέπει
Μαντήϊον· τῷ καὶ Λακε-
δαίμονι ἔν τ' Ἄργεϊ καὶ
Ζαθέᾳ Πύλῳ ἔνασσεν ἀλ-
κᾶντας Ἡρακλέος

caruerat. Forte fuit *ἐπένειμεν*. Res illustranda ex Pausan. X, 15 f. [Heynius in textu correxit *γλῶσσαν*.] 80. *ἔδωκ' Ἀ.* emendauit metro et Pal. B. obtemperans Schmidius pro vulgari *δῶκεν Ἀ.* 82. *ὄφρα* habere locum, seu trochaeus sit, seu pyrrhichius, monet Mingarellus. 92. Laborat metrum in Choriambo; itaque Schmid. edidit *τῷ κε Λακε-*. Sed et sequens, quod Schmidius quoque monuit, versus deficit: itaque Pauwius emendabat: *τῷ Λακεδαί- μον' ἔν τε καὶ Ἄργεϊ, Ζαθέᾳ τε Πύλῳ, ἔ.*

85. ὃ vel ὅ pro ὅς. Moratur in Apollinis laudibus, forte respectu ad vitium linguae Batti sublatum, paratque transitum ad oraculum memorandum. Mox 87. *πόρεν* pro *πορεῖ*. Et v. 90. *εὐνομία* ad *tranquillitatem* spectat *et otii amorem rectis studiis paratum:* vt opponatur *ferocia animi, et immanitas rudis et barbarae mentis,* quae ad arma et caedes fertur.

92. *τῷ. ἐν ᾧ μαντείῳ, sorte data,* fecit habitare.

Ἐκγόνους Αἰγιμιοῦ τε. τὸ δ' ἐ-
μὸν, γαρύεν τ' ἀπὸ Σπάρ-
τας ἐπήρατον κλέος·
Α. γ'. Κ. ιδ'.
Ὅθεν γεγενναμένοι
Ἵκοντο Θήρανδε φῶ-
τες Αἰγεΐδαι, ἐμοὶ πατέρες, οὐ

96. Lectio Ed. Rom. et hinc Brubach. ac Morell. est: *τὸ δ' ἐ-μὸν (ἐστὶν,) γαρύεν τ' (γαρύειν τὸ) ἀπὸ Σπάρτας κλέος*; *decus quod mihi venit ex Sparta*, quatenus, qui eo venerunt cum Heraclidis (moxque hinc Theram migrarunt) Aegidae, coniuncti fuere genere cum meis maioribus, vel tribulibus Aegidis, qui Thebis sunt. Similem sententiam ex abrupto orditur Ol. VI, 140 sq. vt Thebarum laudes interponat. Deseruerunt hoc Crat. Steph. et hinc alii, qui ex Aldo, quod et habet Gotting., repetierunt: *γαρύετ'*, quod Scholiastes quoque interpretatur, metro tamen repugnans; vnde Schmidius refinxit *γαρύοιτ'*, quod inde seruarunt editores. Etiam Pal. C. *γαρύεντ'*, scholio apposito: *λέγουσι*, quasi esset *γαρύοντι* scriptum. Forte *γάρυεν* est pro *ἐγήρυε*, scil. Apollo: *et praedixit ille.* v. mox ad 103. sc. monitu, vt se adiungerent Heraclidis. [Heynius textui adscripsit: *f. ὑμὸν.* et v. 101. *ὑμοὶ.* praeterea v. 97. *γαρύοντ'.* addita hac interpretatione: *Narrant vestram famam a Sparta ortam, vnde Aegidae Theram venere, vestri maiores, sacra inde* (Sparta) *absportantes Carnea, ita vt Cyrene nunc ea celebret.*] 99. Ante Schmid. *γεγεναμένοι.* praue.

96 seq. *Conuenit mihi*, tanquam Thebano, *gloriam*, *quae a Spartanis in nos redundat*, *memorare.* Rem attigerat sup. Pyth. I, 124. Heraclidarum *καθόδῳ* in Peloponnesum interfuerant Aegimii posteri. Fuere ex Aegidarum tribu, quos maiores suos profitetur fuisse poeta, qui se iis adiunxerunt et Carnea sacra in Laconicam propagarunt; ex eorum posteris fuere qui inter colonos Therae et mox inter conditores Cyrenes adscripti erant. [V. Apollodor. Excurs. 2. ad Virgil. Aeneid. X. *Antiquar. Aufs.* pag. 77. *Ex Schedis.*] At in *Aegidis* v. 101. cum Pindaro Herodotus non conuenit, qui lib. IV, 149. Aegidas ducit a Therae nepote, Aegeo. Habuit quoque Aegeus Spartae heroum: Pausan. III, 15. p. 245 f. Suspicor esse hoc illud ipsum, quod Herodot. l. l. narrat *τοῖς ἐν φυλῇ ταύτῃ ἀν-*

Θεῶν ἄτερ· ἀλλὰ μοῖρά τις ἄγεν
Πολύθυτον [ἐς] ἔρανον.

102. ἄγεν ex emendat. Schmidii. vulgo ἄγεν a Rom. inde. Aldus ἀγὲν. 103. Est in metro vitium, abundante syllaba. ἐς ἔραν reposuerat Schmidius, vt metro satisfaceret, Theram intelligens. Sed vir doctus alienam plane fabulam, alienumque Aegeum, Oeolyci f. Therae nepotem, (quem Pausan. IV, 7. pag. 296. laudat) h. l. immiscuit, omniaque turbauit. Agnoscit duplicem proceleusmaticum Pauw. Mingarell. conj. ἀλλὰ μοῖρά τις ἄγ' ἐς (vel ἐν, vt alibi,) πολύθυτον ἔρανον. Sensus tamen multo magis laborat, quam metrum: si Aegidae Sparta Theram venerunt *ad sacrum sollenne*, ἐς πολύθυτον ἔρανον, sc. Carnea. At nec in Thera sacrum primum fuit institutum, et dudum Spartae Aegidae id celebrauerant, et, quod probabile fit, ipsi Aegidae sacrum Apollinis Carnei attulerant domo. Saltem sic eloquenda esset res: ἀλλὰ μοῖρά τις ἄγεν ἐς ἔρανον, sc. αὐτῶν, τοὺς ἐγγόνους Ἡρακλέους. nam est narratio, hos praeter Thebas proficiscentes incidisse in sacrum facientes Aegidas. Enimuero facilis medicina. Dele modo ἐς, quod toties Poeta excludit. Nunc ordo verborum et sententiarum, eiecta vocula ἐς, exsurgit multo commodior, si sic interpungas et dirimas: Ὅθεν γεγ. ἵκοντο Θήρανδε φῶτες Αἰγεΐδαι, ἐμοὶ πατέρες, οὐ θεῶν ἄτερ, ἀλλὰ μοῖρά τις ἄγεν· πολύθυτον ἔρανον ἔνθεν ἀναδεξάμενοι, Ἄπολλον, τεᾷ Καρνεῖα, etc. Ita ipsa Carnea sunt ἔρανος πολύθυτος: agebatur enim multis victimis caesis et inter frequentes epulas domesticum hoc Lacedaemoniorum, et vero omnino Dorum, sacrum sollenne, de quo videnda primo loco Scholia Theocrit. ad Idyll. V, 83. etc. Καρνεῖα νομίζουσι παρὰ Σπαρτιάταις ἑορτὴν, et prouerbialis erat locutio: Καρνεῖος ὥδε δρᾶσι positum esse. Eiusdem Aegei meminit Pausan. IV, 7. p. 296. med. Magis conuenerant cum Pindaro narrata ab Ephoro: quae commemorat Schol. ad h. l. Ceterum ante omnia cf. Isthm. VII, 18 sq. et ibi Schol. e quo patet, variam fuisse et incertam famam. De cognatione Thebanorum, Spartanorum, et hinc Cyrenaeorum, docte disputat Gedik. in Select. Carm. ad Pyth. IX, 135. et iam olim Simson. ad ann. 2907.

103 sq. Locus salebrosus; quem si eo modo, vt in V. L. feci, expediendum putes, extrito ἐς, nexus sententiarum erit hic: ἔνθεν πολύθυτον ἔρανον, τεὰ Καρνεῖα, ἀναδεξάμενοι Aegidae ἵκοντο (quod ex v. 100. repetendum) ἐς Κυράνας πόλιν, *inde, Thera, susceptis sacris Carneis,*

Ἔνθεν ἀναδεξάμενοι,
Ἄπολλον, τεὰ
Καρνεῖα, ἐν δαιτὶ σεβί-
ζομεν Κυράνας ἀγα-

criti ad Idyll. V, 83. Pausan. III, 13. et classicus locus Callimachi in Apoll. 72 sqq. et ibi VV. DD. Ea Carnea ex Lacedaemone Aegidae Theram secum transtulerunt, inde Cyrenen. [Indicebant ea Archiui: et in eo mense ἐκεχειρία Xenoph. H. Gr. IV, 7, 2. Cf. Clavier *Hist. d. pr. tems de la Grece* I. p. 16. *Ex Schedis.*] 104. *ἔνθεν* non potest ad *Spartam*, quod remotius est, spectare, vt olim statuebam, sed ad *Theram* v. 100. vnde sacra Apollinis translata sunt *Κυράνας ἀγακτιμέναν πόλιν.* Vnde perspectum quoque habeo, pendere haec vltima ab *ἵκοντο*, vt iuncta sint omnia hunc in modum: *ἵκοντο Θήρανδε — πολύθυτον ἔρανον ἔνθεν ἀναδεξάμενοι Κυράνας ἀ. πόλιν.* cumque sic copula desit, videtur *τ'* excidisse post *ἔρανον*, vt esset *πολύθ. ἔρανόν τ' ἔνθεν ἀ. — πόλιν* (scil. *ἵκοντο*). 106. 7. 8. Nullus sensus commodus his versibus inest, quod etiam Pauw. vidit. *ἐν δαιτὶ σεβίζομεν.* Ita Pindarus se vel Aegidas diceret *Carnea ex insula Thera suscepta Cyrenae celebrare.* Atqui nec poeta Cyrenae degit, nec se vllo modo cum Cyrenensibus confundere potest, nec procedit, si cum viro docto *du Theil* in Comment. de Carneis (*Hist. de l'Acad. des Inscript.* Tom. XXIX. pag. 194.) interpreteris: *nos celebramus in sacris Cyrenen:* quod nec graece dici arbitror: *σεβίζειν τινὰ hymnis;* nec si scriptum erat: *τεὰ Καρνεῖ', ἅ σ' ἐν δαιτὶ σεβί-ζομεν,* pro (*καθ'*) *ἃ σεβίζομέν σε ἐν δαιτί. in quibus nos Thebani te sacris factis colimus, o Apollo.* Locum corruptum esse patet ex metro. Pauw emendabat *σεβιζέμεν* pro *σεβίζειν*, docte quidem; sed durior inde oritur iunctura: *ἀναδεξάμενοι τεὰ Καρνεῖα,* (*ὥστε*) *σεβίζειν* (scil. *αὐτὰ*) *ἐν δαιτὶ* (*κατὰ*) *Κυράνας ἀ. πόλιν.* 106. *Καρνεῖα, ἐν.* hiatus est poeta indignus. *Καρνεῖ' ἐν* Schol. habet. Metrum laborat, del. tamen *ἐν.* 107. *Κυράνας ἀγα-κτιμέναν πόλιν* retraho, vt modo dixi, ad *ἵκοντο.* quod omisso *ἐς* sollenne est. Mingarell. conj. *Κυράνας κατ' εὐκτιμέναν πόλιν.*

venerunt Cyrenen. [Potest iungi: *ἵκοντο — (οὐ θεῶν ἄτερ — ἔνθεν ἀναδεξάμενοι — σεβιζέμεν) (εἰς) Κυρ. —.* Mira tentat Gurlitt. *Ex Schedis.*]

κτιμέναν πόλιν· ἔχοντι τὰν
Χαλκοχάρμαι ξένοι
Τρῶες Ἀντανορίδαι. σὺν Ἑλέ-
νᾳ γὰρ μόλον, καπνωθεῖ-
σαν πάτραν ἐπεὶ ἴδον

Ε. γ'. Κ. ιδ'.

Ἐν ἄρει. τὸ δ' ἐλάσιππον ἔθνος
Ἐνδυκέως δέκονται
Θυσίαισιν ἄνδρες

108. Post πόλιν interpunxi. Sacris Carneis subiungit inferias vel sacra Antenoridarum heroum. Fuit ad vrbem Cyrenen locus, qui secundum Scholia Ἀντηνοριδῶν λόφος appellatus fuit, luco consitus, ad quem viam duxerat Battus lapide stratam. v. sqq. Circa fontem Cyren acta Carnea fuisse, apparet ex Callim. in Apoll. 88. Montem eo nomine habet Iustin. XIII. 7. πόλιν γ', vt versum fulciat, Pauw scribit. 113. Scholiastae obtemperandum arbitror, vt Antenoridas καθαγίσμασι, inferiis, honorauerint noui coloni. δέχεσθαί τινα θυσίαις, *ad sacra sua admittere*, quod Pauw vult, graece vix dicitur. δῶρα de sacris nota. Heroes ἵππιοι, ἱππόται, ἱπποχάρμαι, nunc ἐλάσιππον ἔθνος. 114. δέκονται verius Ald. quam δέχονται. δέχοντο emendauit Schmidius, qui totum locum minus bene expedit. Atqui et v. 108. ἔχοντι pro εἶχον τότε.

108. Apparet, fuisse antiquam fabulam Cyrenensium [V. Scaliger. ad Euseb. Animaduerss. p. 54. f. 55. *Ex Schedis.*]: Antenoridas cum Helena Troia profugos ad Libyam appulisse et collem in littore obsedisse; quo factum, vt pro heroibus illi a Cyrenensibus colerentur. [Gedik. simplicius: Antenoridas advenae Batti admittunt suis sacris; vt simul habitauerint vrbem. *Ex Schedis.*] Variis modis haec tractata fuere in Νόστοις. Ita Lysimachus narrarat, Menelaum in Libyam venisse, apud Schol. Lycophr. 874. alii, Locros Aiace Oilei orbatos, vnde Virgil. Aen. XI, 265. illustratur. Itaque: ἔχοντι τὰν pro ἣν ἔχουσιν Ἀντηνορίδαι, *tenent*, scil. tanquam heroes indigenae, qui praesunt vrbi, eam tuentur. Iam 115. τὸ δὲ ἐλάσιππον ἔθνος,

Ἰχνέοντές σφε δωροφόροι,
Τοὺς Ἀριστοτέλης ἄγαγε, ναυσὶ θοαῖς
Ἁλὸς βαθεῖαν κέλευθον ἀνοίγων.
Κτίσεν δ' ἄλσεα μείζονα
Θεῶν, εὐθύτομόν τε κατέθηκεν
Ἀπολλωνίαις
Ἀλεξιμβρότοις πεδιάδα πομπαῖς
Ἔμμεν ἱππόκροτον
Σκυρωτὰν ὁδὸν, ἔν-
θα, πρυμνοῖς ἀγορᾶς
Ἔπι, δίχα κεῖται θανών.

Σ. δ'. Κ. ιδ'.

Μάκαρ μὲν ἀνδρῶν μέτα
Ἔναιεν· ἥρως δ' ἔπει-

116. *οἰχνέοντες* Ald. cum Bodl. *γ.* et hoc verum arbitror. et Schol. id exponit: *ἐρχόμενοι πρὸς αὐτούς.* et alter: *παραγίνονται μετὰ δώρων καὶ ἐναγισμάτων.* 120. Schmid. conj. *εὐθύτονον.* Sane Schol. *εὐθυτενῆ καὶ λείαν.* Nec tamen necesse. 124. Post *ὁδὸν* minore stigmate interpunxi; nam iungenda sunt cum antecedentibus: *strauit viam eo loco, quo.* pro, *ab eo loco.* 126. *ἐπὶ δίχα* Schmidius disiunxit, Rittershusio auctore. Idem Grammatici veteres et ratio suadent. Accedit Mingarellus; ita seiunxi. Vulgo *ἐπίδιχα.*

hos Antenoridas, tanquam *ἥρωας ἐγχωρίους*, *colunt coloni cum Batto Thera profecti.* — 116. *οἰχνέοντες (ἐπὶ) σφε*, pro vulgari, *προσερχόμενοι πρὸς αὐτοὺς*, *adeuntes eos σὺν δώροις:* pro quo *δωροφόροι*, *quatenus munera*, h. e. *sacra*, *ferunt.*

119. Iam a Batto, conditore Cyrenes, debuit exstructum esse templum Apollinis, in quo Carnea celebrata fuisse videntur, extra vrbem in luco, et via, lapidibus strata, quae, inde a foro, quo loco Batti *ἡρῷον* erat, ad illud templum duceret; qua pompa sacra incedebat. [Similis via Alabandensis ad Mylasa. Strab. XIV. p. 974. A. *Ex Schedis.*]

124. Viam duxit *inde a capite fori;* ab eo loco, quo *ἐπὶ τοῖς πρυμνοῖς*, *τοῖς ἐσχάτοις*, *ἀγορᾶς κεῖται* (Battus) *θανών.*

τα λαοσεβής. ἄτερθε δὲ, προ δω-
μάτων, ἕτεροι λαχόντες ἀΐδαν
Βασιλέες ἱεροὶ
Ἐντί. μεγάλαν δ' ἀρετὰν,
Δρόσῳ μαλθακᾷ
Ῥανθεῖσαν ὕμνων θ' ὑποχεύ-
μασιν, ἀκούοντί ποι
Χθονίᾳ φρενὶ, σφὸν ὄλβον υἱ-

132. *μεγαλᾶν δ' ἀρετᾶν* et mox v. 134. *ῥανθεῖσαν* (deb. *ῥανθεισᾶν*) *κώμων* cum Pal. C. Ald. et Rom. haec quoque *κώμων θ'*. sed metrum sic iugulatur, etsi alter quoque ex Schol. ita legit. Ceporinus statim emendauit: *μεγάλαν ἀρετὰν* — *ῥανθεῖσαν κῶμόν θ'*. Hinc ceterae edd. interpolatae diuersis modis. 134. *ῥανθεῖσαν κώμων* et *κώμων θ'* ac *κῶμόν θ'* metro claudicante legi, modo dictum est. At Schol. *ἀκούοντες τῶν ὕμνων τῶν εἰς Ἀρκεσίλαον, κοινὴν ἔχουσι τὴν χάριν οἱ πρόγονοι.* Subiicitur aliud Scholion haud dissimile. Vnde Schmidius metro non consulens, sed metro et sententia aberrans, *ὕμνον θ' ὑπὸ χευ-μάτων* scripsit: *hymnum audiunt sub terra infusa.* Oxonienses retinuerunt, quod supra legitur; hoc scilicet sensu: *ἀκούοντί ποι χθονίᾳ φρενὶ* (ipsi *χθόνιοι*, illi reges sepulti) *μεγάλαν ἀρετὰν ῥανθεῖσαν ὕμνων δρόσῳ μαλθακᾷ ὑποχεύμασίν τε,* (*hymnis celebratam*) *σφὸν ὄλβον χάριν τε* (*decus*) *κοινὰν ἔνδικόν τε υἱῷ Ἀρκεσίλᾳ.* [Sunt tria: *ἀρετὰν*, *ὄλβον*, *χάριν*, *σφῶν καὶ Ἀρκεσιλάου.* vnde *κοινὰ* sunt ea. *Ex Schedis.*] 135. *-μασὶν γ'*, inserto fulcro, Pauw. Sed totum metrum aliter est constituendum.

130. Ceteri reges sepulcra habent ante regiam, seorsum a Batti monumento. *λαχόντες ἀΐδαν*, quasi sepulcrum Hades esset; fere ad Hebraeorum rationem a Lowthio (Praelect. VII.) explicitam: vt Nem. X, 105. 6. 163. 4. coll. Pyth. XI, extr. Simili modo miscentur notiones *sepulcri* et *inferorum* apud Tragicos: v. c. Euripides in Hecuba 207. 8. 9.

132. *Hi reges sepulti audiunt in inferis* (*χθονίᾳ φρενί*, ipsi *χθόνιοι*) *claram suam virtutem, et opes regias, et decus Arcesilai, quod in se redundat, celebrari hymnis.* *ἀρετὰν* — *ῥανθεῖσαν δρόσῳ μαλθακᾷ ὑποχεύμασίν τε ὕμνων*. vt iam vidimus carmina comparari vino et libationibus: cf. inf. Pyth. VIII, 81. Isthm. VI, 30. et sup. Ol. VII, pr. — 136. *σφὸν ὄλβον χάριν τε*

ᾧ τε κοινὰν χάριν
Ἔνδικόν τ' Ἀρκεσίλᾳ. τὸν ἐν ἀ-
οιδᾷ νέων πρέπει χρυ-
σάορα Φοῖβον ἀπύειν,

Α. δ'. Κ. ιδ'.

Ἔχοντα Πυθωνόθεν
Τὸ καλλίνικον λυτή-
ριον δαπανᾶν, μέλος χαρίεν. ἄν-
δρα κεῖνον ἐπαινέοντι συνετοί.
Λεγόμενον ἐρέω·
Κρέσσονα μὲν ἁλικίας
Νόον φέρβεται·
Γλῶσσάν τε θάρσος τε τανύ-
πτερος ἐν ὄρνιξιν αἰ-
ετὸς ἔπλετο· ἀγωνίας
Δ', ἕρκος οἷον, σθένος·

138. ἔνδικόν τ' Ἀρκεσίλαν in Schol. occurrit. 148. Γλῶσσαν δὲ emendauit Schmid. 149. Metro consulturus, tacite tamen, Schmidius —πτέροις refinxit, Pauw —πτεgος δ', del. ἐν. 150. ἀγωνίαις legit Schol. pro ἐν ἀ. tum ἔπλετ' ἀγ. Gott. Nihil tamen, nisi metro restituto, pronuntiare licet.

κοινὰν υἱῷ Ἀρκεσίλᾳ ἔνδικόν τε, *decus [suum et filii. Ex Schedis.] commune sibi cum filio idque meritum. [debitum. Ex Schedis.]*

138-145. Ad Arcesilaum spectant: *quem victoriam in Pythiis consequutum par est chorum instituere in honorem Apollinis.* — 142. τὸ λυτήριον δαπανᾶν, *praemium, compensationem*, ἄποινα, vt saepe: v. c. P. II, 26. ὕμνον, ἄποινα ἀρετᾶς. Sic Nem. V, 88. μόχθων ἀμοιβά. Isthm. VIII, 2. λύτρον καμάτων κῶμον. Nem. X, 45. πόνων λάθαν.

[147. φέρβεται. ἔχει, νέμεται. *Ex Schedis.*]

150. (κατ') ἀγωνίας σθένος (αὐτοῦ ἐστιν) οἷον ἕρκος. *robor eius est murus*, h. c. invictum est.

Ἔν τε Μοίσαισι ποτανὸς, ἀπὸ
Ματρὸς φίλας, πέφανταί
Θ᾽ ἁρματηλάτας σοφός·

E. δ᾽. K. ιδ᾽.

Ὅσαι τ᾽ εἰσὶν ἐπιχωρίων κα-
λῶν ἔσοδοι, τετόλμα-
κε. θεός τέ οἱ τὸ
Νῦν τε πρόφρων τελεῖ δύνασιν,
Καὶ τὸ λοιπὸν, ὦ Κρονίδαι μάκαρες,
Διδοῖτ᾽ ἐπ᾽ ἔργοισιν ἀμφί τε βουλαῖς
Ἔχειν· μὴ φθινοπωρὶς ἀ-
νέμων χειμερία καταπνοὰ δα-

152. *ποτανὸς* pro *ποτηνὸς* reposui: quod habetur intemeratum Pyth. VIII, 46. Nem, III, 139. Etiam in choris, vt Eurip. Hippol. 734. 157. *θεός τέ οἱ.* malim *δέ.* vt sit *θεὸς δέ οἱ —.* 158. *Νῦν γε* Schmid. recte reposuerat. Potest tamen ferri *νῦν τε — καὶ τὸ λοιπόν.* 159. Versus in media parte, Paeone secundo prorsus corrupto, laborat. Post *καὶ τὸ λοιπὸν* Oxonienses ex Bodl. *γ.* receperant, *ὦ πλεῖστα Κρονίδαι μάκαρες*, non videntes, metrum ita non minus ruere, quam in vulgari lectione. Schmidius refinxerat: *Καὶ τὸ λοιπὸν ἂν, ὦ Κρονιάδαι μ.* Paullo melius Pauw: *Καὶ τὸ λοιπὸν ἀεί γε, Κρονίδαι μ.* sed displicet fulcrum. Hactenus praestat retinere, quod libri habent.

152. *ἔν τε Μοίσαισιν*, h. *ἐν τῇ μουσικῇ, πέφανται ποτανὸς, sublimi ingenio est, ἀπὸ ματρὸς, natura, ἁρματηλάτας τε σοφός.*

155. *ἐπιχώρια καλὰ* sunt *studia rerum honestarum*, quibus vacant *οἱ καλοὶ*, ingenui liberalius instituti; vt res gymnastica, curulis, litterae, poetarum lectio, ars oratoria. Haec studia ille *aggressus est, προσῆλθε.* pro hoc lyrice dixit *τετόλμακε τὰς εἰσόδους.*

159. *καὶ (ἐς) τὸ λοιπὸν, etiam in futurum, ὦ μάκαρες Κρονίδαι, διδοῖτε (αὐτῷ, vel αὐτὸν ἔχειν) ἔχειν δύνασιν (h. e. ἀρετὴν, qua efficiuntur res) ἐπ᾽ ἔργμασιν ἀμφί τε βουλαῖς.*

μαλίζοι χρόνον.
Διός τοι νόος μέγας κυβερνᾷ
Δαίμον᾽ ἀνδρῶν φίλων.
Εὔχομαί νιν Ὀλυμ-
πίᾳ τοῦτο δόμεν
Γέρας ἐπὶ Βάττου γένει.

163. χρόνον. importunum hoc, etsi pro διὰ χρόνον dictum putes. Fuit, puto, χρόνῳ. δαμαλίζειν pro δαμᾶν. μὴ δαμαλίζοι sc. τὴν δύνασιν. ne eius virtutem euertat tempestas aliqua (tanquam arborem). 168. Molestum est ἐπί: siue sit ἐπὶ γένει, pro ἐν, *in Batti domo*: siue ἐπιδόμεν pro ἐπιδοῦναι, *addere*. Forte fuit ἔτι: δόμεν ἔτι τοῦτο γέρας (ἐν) Ὀλυμπίᾳ.

163. Ad δαμαλίζοι repeto δύνασιν, *ne qua aduersa fortuna succedat*. Pro hoc dixit: *ne tempestas euertat, labefactet, eius virtutem in agendo et consulendo*. χρόνον, διὰ χρ. alias χρόνῳ, pro σὺν χρ. — 165. ἀνδρῶν φίλων, pro θεοφιλῶν.

168. Victoriam quoque Olympiam Arcesilao contingere precatur. v. Var. Lect.

ΠΥΘΙΑ

εἶδος ς'.

ΞΕΝΟΚΡΑΤΕΙ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩι

ἅρματι.

Argumentum.

Ad Thrasybulum conuersa sunt poetae verba; eum victoria Pythia laudum copias praeclaras sibi parasse cum victoria — 18. tum pietate in parentem; qua Antilocho Nestoris filio comparatur. — 45. Aliae eius laudes.

Σ. ά. Κ. θ'.

Ἀκούσατ'· ἦ γὰρ ἑλικώπιδος Ἀφροδίτας
Ἄρουραν ἢ Χαρίτων ἀναπολίζομεν,

Inscriptus est hymnus Xenocrati victori; qui Theronis Agrigentini frater fuit: (de quo Ol. II, 89. vbi v. Schol.). In ipso carmine poeta Thrasybulum filium appellat victorem (v. 15. 19 sqq.) ac celebrat; nihil de patre, sed de filii pietate in patrem memorat. Vnde in eam opinionem descendi, vt persuasum mihi habeam, Thra-

Est hoc carmen multis difficultatibus obseptum, quae partim a re metrica proficiscuntur, partim ab interpretatione. Quod ad istam attinet, desudarunt in ea post Schmidium et Pauwium Dawes. Misc. crit. s. 2. p. 37 sq. et Mingareil. Versuum cuiusque strophae 2. et 4. metrum incertum aiunt. Dawes miro acumine obseruauit, in hoc carmine versus 2. 3. 4. in omnibus stro-

Ὀμφαλὸν ἐριβρόμου χθονὸς
Ἐς ναὸν προσοιχόμενοι, Πυθιόνικος

sybulum victorem parentis victoris nomen a praecone pronuntiari iussisse. Ita bene omnia se habent. cf. inf. Isthm. II. et Scolium in Fragm. p. 16. Ceterum videtur victoria haec respici Isthm. II, 26. 27. at diuersa ab ea est altera, quam Theron et Xenocrates communi nomine obtinuerant Ol. II, 88-93. 1. ἤ, *vtique*, haud dubie scribendum pro vulg. ἦ — ἦ, quod languet. ἤ quoque est in Gott. 2. ἀναπολήσομεν refinxit Schmidius, *versabimus, arabimus*. Sed πολεῖν etiam πολίζειν efferri potuit, vt tot alia: occurrit quoque πολεύειν. [Heynius in textu post ἀναπολίζομεν posuit coli signum.] 4. ἐς ναὸν προσοιχόμενοι. Offenderunt haec viros

phis exire in syllabam breuem, reliquos versus omnes in syllabam longam, praeter 30. et 31. quod ille casu factum negat. Vltimam tamen versus vbique esse longam omnes credebamus, et iterum contra Dawes. asseruit Vauvilliers (*Mem. de l'Acad. des Inscr.* XLVI. p. 229.). Verum haec, aliena ab hoc nostro consilio, (non enim attingimus nisi quae sententias poetae obscurant) futuro Pindari editori relinquenda sunt. Agitur nunc de interpretatione, adeoque de re metrica tantum hactenus, quatenus illa ex hac apta et nexa est.

Carmen Thrasybulo (a poeta valde amato iuueni: v. inf. Isthm. II. et Scolion in Fragm. p. 16.) scriptum esse in victoriam patris Xenocratis, cuius quadrigas ipse filius rexerat, patremque victorem pronuntiari iusserat, iam ante a nobis obseruatum erat. Fuit enim Xenocratis victoria Pythica et Isthmica; vtraque a Simonide quoque carmine celebrata. v. Schol. ad Isthm. II. pr. Initium facit poeta ab eo, quod inuitat ad audiendum hymnum laudum Xenocratis. *Audite*, inquit, *canam laudes Xenocratis, Agrigentini, victoris Pythici:* pro *ludis Pythicis* nominat *Delphos:* in his ludis parata fuerat *multorum hymnorum materies* Agrigentinis per victorias ciuium; hanc *materiem hymnorum* appellat θησαυρὸν ὕμνων, comparatione aliorum thesaurorum, qui in templo Delphico erant, ad seruanda donaria variarum vrbium ac populorum: de quibus multa apud Herodot. et Pausan. memorantur. Iam his donariis praestant laudes et hymni, poetae virtute ad posteritatem perduraturi.

1-13. *Attendite; paro hymnum in laudem victoris Pythici, cui apud Delphos par-*

Ἔνθ' ὀλβίοισιν Ἐμμενίδαις
Ποταμίᾳ τ' Ἀκράγαντι καὶ μὰν Ξενοκράτει
Ἑτοῖμος ὕμνων
Θησαυρὸς ἐν πολυχρύσῳ
Ἀπολλωνίᾳ τετείχισται νάπᾳ·

doctos. Satis videbatur *ναὸν προσοιχόμενοι*. Nec tamen hoc, quod, errore nescio quo abreptus, olim putabam, metri lege stare potest. Dawes emendabat *ἐς ναὸν παροιχόμενοι*. Reprchendebat hoc Dorvill. ad Chariton. p. 255. probat Burgess. ad Dawes. p. 353. et 527. reiicit iterum Northmore ad Tryphiod. 360. tueturque exemplis vsum praepositionum *πρός* et *εἰς*. vt Iliad. I, 381. *οὐδ' ὅσ' ἐς Ὀρχομενὸν προτινίσσεται*. [Cf. Huschke Comment. de Orph. p. 13. *Ex Schedis.*] Legebat *ἐς νεὼν* Schmid. at Pauw *ναὸν ἐς πρ.* vt tamen dubitaret, an prior in *ναὸν* correpta sit a Pindaro. Atqui ei producta illa est, vt aliis; v. c. Pyth. IV, 97. VIII, 89. Scilicet laborant viri docti in metro constituendo. Versum choriambicum esse nemo dubitet; sed praefixum esse ditrochaeum volunt. Mingarellus versum incipere posse ab antispasto aiebat. Equidem in metro constituendo nihil mihi arrogo: puto tamen, ad epitritos reuocari posse et hunc et versus antitheticos. [Gilb. Wakefield em. *ἐ. ν. παρερχόμενοι*. (Silv. Part. II. p. 134.) *Ex Addendis.*]

tum est decus aeternum. Ager [etiam *armenta.* Apollon. II, 513. *Ex Schedis.*] *Musarum* a poetis *coli* dictus, res nunc nota est. cf. Nem. VI, 56. X, 49. Nunc quoque *ager Veneris* et *Charitum* memoratur. *Χάριτες* Musae lyricae poeseos. Earum ager colitur, dum poeta in carmine, in laudibus victoris, est occupatus. Fatendum tamen, duram esse duorum troporum diuersorum iuncturam: dum Delphos *προσοιχόμενοι arare* dicuntur. *ἐρίβρομος χθὼν* dictum putabam eodem modo, quo *Ποσειδῶν ἐνοσίχθων, ἐννοσίγαιος, concussor terrae*, propter motus siue ex subterraneis aquis, siue quatenus mare ambit terram fluctibus suis adstrepentibus littori: vt *ἀλίπλαγκτος γαῖα*.

7. *Θησαυρὸς ἑτοῖμος*, quatenus victoriae Pythicae *parata* sunt *argumenta laudum et hymnorum*. Dictum autem cum respectu ad *θησαυροὺς* templi Delphici, quibus donaria seruabantur: quos nouimus ex Herodoto et Pausania, vt diximus.

Α. ά. Κ. θ'.

Τὸν οὔτε χειμέριος ὄμβρος ἐπακτὸς ἐλθὼν
Ἐριβρόμου νεφέλας στρατὸς ἀμείλιχος,
Οὔτ' ἄνεμος ἐς μυχοὺς ἁλὸς
Ἄξει, παμφόρῳ χεράδει τυπτόμενον. φά-
ει δὲ πρόσωπον ἐν καθαρῷ,

13. *ἄξε*, pro *ἧξε*, vt trochaeum haberet, reposuerat Schmidius. vulgo *ἄξει.* et sequitur *ἀπαγγελεῖ.* Oxonienses ex Bodl. *γ. ἄξοι.* Tum *χεράδι* erat; at *χεράδει* emendatum ex Etymol. et Iliad. φ, 319. *τυπτόμενος* erat, sc. *ἄνεμος.* At ventus *τύπτει*, non *τύπτεται.* Iliad. λ, 306. *ζέφυρος βαθείῃ λαίλαπι τύπτων.* Tum *τυπτόμενοι* idem liber et Gott. nec tamen magis accommodate ad rem, quam vulgare. Deberet saltem *τυπτόμενος* esse formae mediae pro *τύπτων.* Sic locum habet Scholion: *οὔτε ἄνεμοι ταῖς πνοαῖς τύπτοντες καὶ στρέφοντες* etc. Pauwius versum sic constituit: *Παμφόρῳ ἄξοι χεράδι θρυπτόμενον: fractum et comminutum.* Ad sensum constituendum haud dubie *ἄξει* requiritur et *τυπτόμενον;* admisit quoque Dawes, sed mire interpretatur, *quem neque imber, neque ventus rapiet glareae ictus patientem*, irrisus propterea Act. Erudit. 1750. p. 413. Verum opes puta in mare mersas fluctibus voluentibus se in fundo versari et agitari: *θησαυρὸν (ἐν) χεράδει τυπτόμενον.* In Etymol. voc. *χέραδος* e Pindaro laudatur *χεράδει σποδέων.* quod ad h. l. reuocarunt viri docti. Vox est doctior, idem significans quod *τύπτειν, παίειν.* v. Hesych. cf. Eurip. Hippol. 1238. et ibi Valk. Pro ea vulgatior irrepsisse videri potest *τυπτόμενος.* Metro tamen haud conuenit; et ieiunum est explere *χεράδει δὴ σποδέων.* Fragmentum ergo ad alium locum spectauit. 13. 14. Post reliqua tentata, non minus dura, praestat ad *ὕμνων Θησαυρὸν* haec ita reuocare, vt is sit *φάει πρόσωπον ἐν καθαρῷ*, h. *φαιδρὸς τὸ πρόσωπον*, ad declarandam *laetitiam ex victoria.* Si-

v. 10-14. respicit diuitias naui transuectas.

[12. *μυχοὺς ἁλός.* v. Euripid. Herc. fur. 400. *Ex Schedis.*]

14-18. *φάει δὲ πρόσωπον ἐν καθαρῷ.* Sollenne est, *Κῶμον* et *Hymnum venire, descendere, duci ad victorem, in victoris domum.* Nunc ad *Θησαυρὸν*

Πατρὶ τεῷ, Θρασύβουλε, κοινάν τε γενεᾷ
Λόγοισι θνατῶν
Εὔδοξον ἅρματι νίκαν
Κρισαίαισιν ἐν πτυχαῖς ἀπαγγελεῖ.

mili ratione victoriam aliquoties declarat Pindarus. *ὕμνων* ille *Θησαυρὸς* itaque (h. carmina illa) *ἀπαγγελεῖ πατρὶ τεῷ γενεᾷ τε κοινὰν νίκαν.* Prodigiosum enim est ad meum sensum, quod Dawes suppeditat: *vultus* thesauri hymnorum *luce in pura victoriam praedicabit.* Leniora tamen erunt omnia, si v. 18. *ἀπαγγελεῖς* legeris: *Tu, o Thrasybule, πρόσωπον ἐν καθαρῷ* (h. e. *ἔχων πρόσωπον φανερὸν*) *renuntiabis victoriam, νίκαν* (*σὺν*) *ἅρματι, κοινὰν πατρὶ τεῷ γενεᾷ τε, εὔδοξον λόγοισι θνατῶν, celebratam laudibus hominum, εὔδοξον διὰ τῶν λόγων.* Inciderunt in hoc plures. Mingarellus *ἀπαγγελῶ*, vt poeta ipse nuntiet. 15. *κοινᾷ τε γενεᾷ Λ. Θ. εὔδοξον ἁρματονίκαν Κρισαίαις ἐνὶ πτυχαῖς ἀπαγγελεῖ* Bodl. *γ.* quod et ipsum non incommodum est: *hymnus genti communi stirpe prognatae victorem Pythicum nuntiabit.* Sed praestat vulgata lectio. Victoriae decus et splendor totam gentem attingit. *Κοινά τε γενεᾷ* Ald. 17. *ἁρματονίκαν* Bodl. *γ.* vide ad v. 15. *ἁρματινίκαν* Ald. Rom. et cett. 18. *Κρισαίαις ἐνὶ* Bodl. *γ.* vid. ad v. 15. *ἐξαγγελεῖ* Schmidius ad metri schema refinxit. *πτυχαῖσιν ἀπαγγελεῖ* Aldus, vt duae breues pro longa sint: quod et Dawes sequitur.

ὕμνων hoc idem transfert poeta: audacter an tumide, non dicam. Nos reddamus sic: *Hymni illi patri tuo*, Thrasybule, *nuntiabunt victoriam curulem Pythicam, qua tu patrem renuntiasti victorem.* Simplicissimum est, inter tot contortas rationes verba ad hunc modum constituere. Probabile tamen fit, de Thrasybulo reduce haec dici, et legendum esse: tu, o Thrasybule, *ἀπαγγελεῖς.* [Sic Heynius in textu correxit.] Porro durum tamen lyricum est illud, quod ille absolute est, (*κατὰ*) *τὸ πρόσωπον* (*ὢν*) *ἐν φάει καθαρῷ*, h. e. *ἔχων πρόσωπον ἐν φάει, πρόσωπον φαεινόν.* Omnino coniectore indiget totum fere carmen, non interprete.

Σ. β'. Κ. θ'.

Σύ τοι σχέθων νιν ἐπιδέξια χειρὸς ὀρθὰν
Ἄγεις ἐφημοσύναν, τάν ποτ' ἐν οὔρεσι

19. *ἐπὶ δεξιὰ* scribere iubet Pauwius. Et sic iam Aldus edidit. An tamen poetam lyricum deceat *ἐπὶ δεξιὰ χειρὸς*, equidem dubito. Grauior dubitatio mihi subnascitur de vulgari interpretatione: *tu tenes patrem dextra. σχέθων νιν* aut ad eundem *Θησαυρὸν ὕμνων* referendum aut ad *Νίκην*. Quod enim dudum verebar, ne haec victoria Pythica, quam Ode celebrat, non Xenocratis, sed filii Thrasybuli fuerit, male ad patrem referri coepta, vix nunc dubitari posse puto. Itaque filius victor rediens inter chori, *κώμου*, voces et cantus, pietatis in patrem non immemor est, adeoque ei adducit seu hymnos, seu victoriam: quod per se admodum lyricum est. Forte eodem modo apud Hesiod. Sc. Herc. 339. Minerua *Νίκην ἀθανάτης χερσὶν καὶ κῦδος ἔχουσα* fuit *καὶ Κῦδος ἄγουσα.* Et conuenit victori *Νίκην* iuxta se incedentem habere, vt Romae triumphantes Victoriae signum in curru. Simile est Pyth. V, 36. vbi redux victor auriga *οὐ τὰν Ἐπιμαθέος ἄγων θυγατέρα Πρόφασιν ἀφίκετο*, vt h. l. victor *Νίκην* assidentem in curru habet. Iam reliquorum verborum iunctura vel sic ambigua est. Potest iungi: *σχέθων νιν ἐπὶ δεξιὰ χειρὸς*, quod vix lyricum est; saltem esto *σχέθων νιν* (*ἐκ, κατὰ*) *χειρὸς*, *ἄγεις ἐπὶ δεξιά.* quod tamen non magis placet. Verum *ἐπιδέξια* quoque est pro *ἐπιδεξίως*, *scite*, *commode*, *opportune*, siue vt ad *σχέθων* retrahatur, siue ad sequens *ἄγεις*. Potest quoque iungi *σχέθων ἄγεις νιν*, tum erit (*κατ'*) *ὀρθὰν ἐφημοσύναν.* Aut dicendum est: *ἄγεις ὀρθὰν ἐφημοσύναν* pro *ἔχεις*, *tenes*, *meministi verum illud praeceptum*, aut *ἄγεις*, *in memoriam reuocas*, *ἐπιδέξια*, *opportune.* Nescio an hoc in animo habuerit vetus grammaticus, qui vltima sic reddit: *σὺ τοίνυν, ὦ Θρασύβουλε, δεξιῶς καὶ ἀληθῶς ἄγεις τὴν ἐντολὴν καὶ παραίνεσιν.* Ceterum secundum haec omnia vitium latere potest in vno vel altero verbo. Suspicor enim in hac stropha plura vitia latere. 20. *εὐφημοσύναν* vitium ed. Rom. et hinc reliquar. edd. Schmidius, metro monente,

19. *σχέθων νιν*, aut *ὕμνων Θησαυρὸν*, aut *τὴν Νίκην*, quod mitius. (*ἐκ*) *χειρὸς* pro *χειρὶ*, *ἄγεις ἐπιδέξια ὀρθὰν ἐφημοσύναν*, *opportune in memoriam reuocas verum illud praece-*

Φαντὶ μεγαλοσθενεῖ Φιλύ-
ρας υἱὸν ὀρφανιζομένῳ Πηλεΐδᾳ παρ-
αινεῖν· μάλιστα μὲν Κρονίδαν,
Βαρυόπαν στεροπᾶν κεραυνῶν τε πρύτανιν,
Θεῶν σέβεσθαι·
Ταύτας δὲ μή ποτε τιμᾶς
Ἀμείρειν γονέων βίον πεπρωμένον.

emendauit secundum Aldum. Porro *τά ποτ'* refinxit Schmid. male, veritus de metro. Erat *ὄρεσι* aduersus metrum. Sed iam Schmidius emendatum dedit *οὔρεσι.* et sic Ald. *οὔρεσιν.* *ὄρεσι τάν ποτε* Dawes. Sed Pauw (quem v. ad 2.) non Paeonem, sed Ionicum colum esse docet. 22. Metrum laborat. Schmidius emendauit: *ρας υἱ' ὀρφ.* At Pauw: vt *Φιλύρας* superiorem versum claudat, tum: *Υἱὸν ὀρφ.* Porro *Πηληΐδᾳ* vulgg. edd. quod defendit Pauw: posse enim *η* ante vocalem corripi. Schmidius refinxit: *Πηλεΐδᾳ.* Pal. C. et Bodl. *γ. Πηλείδᾳ.* *ὀρφανιζομένῳ* est a parentibus in solitudinem abducto. 24. *βαρυοπᾶν* Bodl. *γ.* Verum et vulgare *βαρυόπαν* ita est accipiendum, aeolice pro *βαρυοπῶν*, a *βαρυόπης.* Nec ad *Κρονίδαν* potest referri *βαρυόπαν.* Est tamen cur *βαρυοπᾶν* praeferas, quia *στεροπᾶν* sequitur, eodem modo inflexum, non *στεροπάν.* Vulgarem lectionem etiam Schol. habuit. 25. *θεῶν* vix recte se habere potest. Quam praeclarum enim hoc praeceptum: *inter omnes deos maxime Iovem esse colendum?* Immo vero *θεὸν* legendum: *μάλιστα μὲν Κρονίδαν — θεὸν σέβεσθαι.* *σέβεσθαι* et obliqua, et recta potest esse oratio pro, *σέβου.* Nec minus corruptum v. 26. *ταύτας.* quam enim vim habet *ταύτας τιμᾶς? hoc honore* non esse privandos parentes? h. e. *hunc* honorem ipsis esse perpetuo seruandum? Excidit epithetom *τιμᾶς*, sed quale illud fuerit quis defi-

ptum. [minus bene. sed *κατὰ τάν* —. *Ex Schedis.*] Respicit autem poeta pietatem in patrem, quod victor patrem victorem renuntiari iusserat, et nunc Victoriam ad patrem redux adducit. De singulis v. V. L.

23. Praeceptum illud antiquum esse debuit: primo loco Iouem, secundo parentes esse colendos. [Cf. Aeschyl. Eumen. 542. *Ex Schedis.*] Verba sunt corrupta. v. V. L.

Α. β'. Κ. θ'.

Ἐγένετο καὶ πρότερον Ἀντίλοχος βιατὰς
Νόημα τοῦτο φέρων, ὃς ὑπερέφθιτο
Πατρὸς, ἐναρίμβροτον ἀναμεί-
νας στράταρχον Αἰθιόπων Μέμνονα.
Νεστό-
ρειον γὰρ ἵππος ἅρμ' ἐπέδα,
Πάριος ἐκ βελέων δαϊχθείς· ὁ δ' ἔφεπε
Κραταιὸν ἔγχος·
Μεσσανίου δὲ γέροντος
Δοναθεῖσα φρὴν βόασεν παῖδα ὅν·

Σ. γ'. Κ. θ'.

Χαμαιπετὲς δ' ἄρ' ἔπος οὐκ ἀπέριψεν αὐτοῦ·
Μένων δ' ὁ θεῖος ἀνὴρ πρίατο μὲν θανά-

niat? potest *κεδνᾶς*, *κλειτᾶς*, locum habere. Spectat huc fragmentum Eurip. ex Antiope ap. Stob. *Τρεῖς εἰσὶν ἀρεταὶ, ἃς χρή σ' ἀσκεῖν, ὦ τέκνον, θεούς τε τιμᾶν τούς τε θρέψαντας γονεῖς νόμους τε κοινοὺς Ἑλλάδος.* Quod in nostro additur *μὴ ἀμείρειν τιμᾶς γονέων βίον πεπρωμένον*, est pro *τιμᾶν τοὺς γονέας διὰ παντὸς βίου.* 28. *ἔγεντο* Schmid. vt saepe alias legitur. Hic Pauw pro iambo tribrachyn ferro mauult. 30. *ἀμμείνας.* Vt metrum fulciret, Schmidius dedit: *ἐναριμβρότων ἀμύ-νας.* Mitior medicina: *ἐναρίμβροτον ἀναμεί-νας.* Est *ἀνα-μείνας* etiam in Ald. Dawes pag. 39. *ἐναριμβρότων ἀνα-μείνας ἀρχὸν* vel *ἐναρίμβροτόν γ' ἀνα-μ.* probante posterius Northmor. ad Tryphiod. 37. [v. Edit. sec. ad v. 18. *Ex Schedis.*] — 36. *βόασεν* Schmid. recte pro *βόασε.* 37. *ἀπέῤῥιψεν* vulgo, Aldina excepta, ante Schmid. *αὐτοῦ* [*patris. Ex Schedis.*] Ald. Crat. et cett. at Rom. *αὐτοῦ.* an iung. *αὐτοῦ μένων? in loco manens.* 38. *μένων δὲ θεῖος* sine *ὁ* Gott. probe. Pindaricum est, sine articulis loqui. *πρίατο τὸν θανά-* Ed. nescio quae apud Oxon. Nam Brub. *μὲν* habet, vt ceterae.

33. *ὁ δ'* (Memnon) *ἔφεπε κραταιὸν ἔγχος*, immisit. Illustrat Abresch Animadvv. ad Aeschyl. p. 214.

37. *Non incassum haec dixit Nestor.* Apollon. IV, 588. — *ἀκράαντα ἐν γαίῃ πεσέειν.*

τοιο κομιδὰν πατρός· ἐδό-
κησέ τε τῶν πάλαι γενεᾷ ὁπλοτέροισιν,
Ἔργον πελώριον τελέσαις,
Ὕπατος ἀμφὶ τοκεῦσιν ἔμμεν πρὸς ἀρετάν.
Τὰ μὲν παρήκει.
Τῶν νῦν δὲ καὶ Θρασύβουλος
Πατρῴαν μάλιστα πρὸς στάθμαν ἔβα,

Α. γ'. Κ. θ'.

Πάτρωΐ τ' ἐπερχόμενος ἀγλαΐαν ἔδειξεν·
Νόῳ δὲ πλοῦτον ἄγει, ἄδικον οὔθ' ὑπέρ-

39. 40. *ἐδό-κησεν τῶν πάλαι* Rom. et reliquae. *ἐδό-κησε τῶν* Ald. Metri caussa Schmidius: *τοιο κομιδὰν πατρός· ἐδό-κησεν δὲ τῶν πάλαι.* Pauw offert: *τοιο κομιδὰν πατέρος· ἐδό-κησε δὲ τῶν πάλαι.* Adoptabat idem Dawes. 40. *τοῖς πάλαι* videtur olim lectum esse. vid. Schol. Iungo (*ἐν*) *τοῖς ὁπλοτέροις γενεᾷ τῶν πάλαι* (*τῶν πάλαι γεγονότων; ex priscis aetatibus*) *ἔμμεναι ὕπατος* etc. Respicit locum Xenoph. de Venat. I, 14. — 46. *πάτρωΐ* malim per synizesin sumere pro iambo: pro tribrachy habet Pauw. Nisi altero loco anapaestum esse malis: *ί τ' ἐπερ-*. 47. 48. Vulgo inde a Romana legitur: *ἀγλαΐαν ἔδειξεν* 47. *ἅπασαν. νόῳ*

38. *μένων δὲ θεῖος ἀνὴρ πρίατο μὲν* (*ἀντὶ*) *θανάτου κομιδὰν* (*ἀνακομιδὴν καὶ ζωὴν, salutem*) *πατρός.* Rem narratam coniicio in Arctini Aethiopide. Est et exposita a Quinto Cal. II, 24. sed perfunctorie.

42. *πρὸς ἀρετὰν ἀμφὶ τοκεῦσι,* pietate in parentes.

43. *τὰ μὲν παρήκει, haec ad tempora antiqua spectant.* cf. Dawes p. 48.

44. Seiungo haec a superioribus. *Est etiam Thrasybulus is, qui ad parentis virtutem maxime se componat. Idem, proxime accedendo,* similis factus, patruum Theronem imitatur, *virtutem* eius, *decus, exhibet. ἔδειξεν ἀγλαΐαν ἐπερχόμενος πάτρωΐ,* pro: *ἀγλαΐαν πάτρωος, ἐπερχόμενος αὐτῷ.*

47. Nondum omnia in vltima stropha emendata satis esse cen-

οπλον ἥβαν δρέπων, σοφί-
αν δ' ἐν μυχοῖσι Πιερίδων, τίν τ',
Ἐλέλιχθον,
Ὀργαῖς ὃς εὗρες ἵππιον εἴς-

δὲ πλοῦτον ἄγει ἄδικον οὔθ' ὑ- 48. πέροπλον ἥβαν δρέπων, σοφί- 49. αν δ' ἐν μυχοῖσι Πιερίδων. 50. τὶν δ' Ἐλέλιχθον. Nec aliter Aldus, nisi quod v. 47. in fine: οὔτε 48. ὑπέροπλον ἥβην δρέπων. σοφί- 49. αν δ' ἐν μ. Π. 50. τὶν δ' Ἐ. Metrum in his laborat: ἅπασαν recte Schmidius sustulit; reliqua sic refinxit: νόῳ δὲ πλοῦτον ἄγει ἀδινόν. οὐδὲ ἥβαν ὑπέροπλον δρέπων σοφᾶν Ἐν μ. Π. parum feliciter, nec videns, ἥβαν οὔτε ἄδικον οὔτε ὑ. esse supplendum. Oxoniense commentum ὑ-πείροπλον recte exploditur a Pauwio, qui vel οὔτε ὑ-πέροπλον δρέπων ἥβαν, σοφίαν, vel: οὔθ' ὑπέρ-οπλον δρέπων ἥβαν, σοφίαν Δ' ἐν μ. Π. offert. Arripiamus alterum hoc. Dawes: ἄγει οὔτ' ἄδικον οὔθ' ὑπέρ-οπλον ἥβαν δρέπων, σοφί-αν δὲ μυχοῖσι Π. minus commode. Mingarellus refingit ὕβριν pro ἥβαν. 49. ἐν μυχοῖς Πιερ. v. sup. ad v. 4. 50. 51. Vulgata lectio: τίν τ', Ἐλέλιχθον, ὀργαῖς πάσαις, ὃς ἱππείαν εἴσ-οδον, μάλ' ἁδόντι νόῳ, Ποσειδᾶν, προσέρχεται. Sic inde a Romana; nec aliter Aldus, nisi quod ἔσοδον μάλα scribit. Cum metro et sensu haec destituantur, Schmidius emendauit: τίν τ', Ἐ. ὀργαῖς ὅλαις, ἐς ἵππειον εἴσ-οδον, ἁδόντι νόῳ, Ποσειδᾶν; προσέχεται. vltimum hoc praeclare, ad metrum et sensum, nec Oxonienses antiquum reuocare debebant; vt sit: *tibi, Neptune*, h. tuis studiis equestris rei, *addictus est* ἁδόντι (vel, vt Aeoles secundum Eustathium scribunt, ἀδόντι) νόῳ, h. *tibi placens*, gratus et iucundus. Oxonienses, qui edidere εὗρές θ' ὃς ἱππίαν ἔσοδον μάλα ἁδόντι νόῳ—, aiunt, *se MS. γ. edidisse.* num etiam εὗρές θ'? nisi hoc ex Scholio potius arripuerunt, οὓς (l. ὃς) εὗρες ἱππείας εἰσόδους, τουτέστιν ἱππι-

sco, vt commoda interpretatione reddi possit sensus. Thrasybulum σώφρονα esse declarat Pindarus. *Mente condit diuitias* sc. sapientiae, (οὔτε) ἄδικον οὔτε ὑπέροπλον ἥβαν δρέπων, *nec iniustam nec contumeliosam* (σὺν ὕβρει) *adolescentiam exigens.* δρέπομεν fructus, quibus fruimur, adeoque ἥβην, in qua sumus constituti. σοφίαν δὲ (sc. δρέπων) ἐν μυχοῖς Πιερίδων,

οδον ἀδόντι νόῳ, Ποσειδᾶν; προσέχεται.

κὰς ἁμίλλας. Pauwius imperite factum clamitans reponi iubet: Ὀργᾶς πάλαι ὃς ἵππειον ἔσο-δον, μάλ' ἀδόντι νόῳ, Π. προσέχεται. vt sit ὀργᾶς (hoc enim velle videtur) de studio acriore. Sed totum hoc de Neptuno, *quod ab antiquo rei equestri studuit*, languet et friget. Aliud est, si Neptunus delectari dicitur re equestri, vt apud Aristoph. Equ. 550. Ἵππι' ἄναξ, Πόσειδον, ᾧ χαλκοκρότων ἵππων κτύπος καὶ χρεμετισμὸς ἁνδάνει. Inhaeret animo suspicio, ὀργαῖς πάσαις et ἀδόντι νόῳ glossema redolere. Reposui, quod proxime ad lectionem codd. et edd. accederet, et cum metro conueniret, donec verum repertum fuerit; mutaui tamen interpunctionem v. 49. post Πιερίδων, vbi plene interpungebatur, disiunctis sententiis. Ingeniosum est, quod in Mingarelli schedis reperio, ὕβριν pro ἥβαν coniectantis v. 48. Si tamen accuratius expendas, in ὑπέροπλον ἥβαν hoc ipsum latet. Acute Iacobs in Animaduerss. p. 100. pro εὗρες δ' suspicatur fuisse ᾧξας δ' ὃς ἱ. sed et haec est ariolatio, non certa emendatio. Duplex iam olim videri potest fuisse lectio, altera, quae in Scholiis extat, sed corrupta, forte tamen restituenda et ad metrum concinnanda: Τίν τ', Ἐλέλιχθον, ἃς εὗρες ἱππίας ἐσόδους μάλα γ' ἀδόντι νόῳ, Ποσειδᾶν, προσέχεται. *quaecunque inuenisti, Neptune, rei equestris studia, ea ille persequitur.* Est προσέχεταί τιν (κατὰ) πάσας, ἃς εὗρες, ἱππείας ὁδούς. Ex altera lectione librorum et edd. videntur vero proxima esse: τὶν δ', Ἐλέλιχθον, ὀργαῖς ὃς εὗρες ἵππιον εἴσ-οδον, ἀδόντι νόῳ, Ποσειδᾶν, προσέχεται. [ὀργαῖς tertio casu. *Ex Schedis.*] *Neptune, auctor studiorum equestrium, tibi ille deditus est, gratus hoc ipso tibi studio:* id quod successus in aurigando testatur. εἴσοδος, vt ὁδός, pro genere vitae, pro *studio:* vti dixit ἄλλας ὁδοὺς ἄλλων περαιτέρας Ol. IX, 159. et ὁδοὺς πολλὰς εὐπραγίας Ol. VIII, 17. nec prorsus diuerso modo sup. V, 155. 6. ἐπιχωρίων καλῶν εἴσοδος. Porro: ὃς εὗρες ἵππιον εἴσοδον ὀργαῖς, *ingeniis* quae ad equestria studia feruntur. Quandoquidem autem Thrasybulus rei equestri ipsi studium suum addixerat, firmatur id, quod posueram, eum regentem patris currum victoriam consequutum videri. [Heynius in textu verba ὃς εὗρες signis parentheseos inclusit.]

Vltima haec prohibent, quo minus ad ἄγει v. 47. reuocem. *tibique, Neptune,* (aurigandi studio) *maxime addictus est.* De singulis v. V. L.

Γλυκεῖα δὲ φρὴν
Καὶ συμπόταισιν ὁμιλεῖν
Μελισσᾶν ἀμείβεται τρητὸν πόνον.

Vltima v. 52. 3. 4. sic expediam: *γλυκεῖα δὲ φρὴν* (ἡ φρὴν αὐτοῦ) *καὶ* (τὸ) *συμπόταισιν ὁμιλεῖν* (h. ἡ ὁμιλία αὐτοῦ) *μελισσᾶν ἀμείβεται τρητὸν πόνον*, *mel superat*, h. e. *eius indoles et conuictus est dulcissimus.* Sic quoque Gedik. accepit in Carm. select. et iam antea Schneider. in Vita Pind. p. 121. nuncque Mingarellus: ne quem sua laude fraudare videar: quippe cui cordi sit Pindaricum Nem. III, 50. *ἐσλὸς αἰνεῖν*, adeoque (vt Nem. VII, 89.) *σκοτεινὸν ἀπέχων ψόγον*, *ὕδατος ὥστε ῥοὰς φίλον ἐς ἄνδρ' ἄγων κλέος ἐτήτυμον, αἰνέσω. ποτίφορος δ' ἀγαθοῖσι μισθὸς οὗτος.* Valeant haec ad excusationem, si toties viros doctos laudo, etiam in iis, quae nec meum nec aliorum oculos effugerant, nec nomina taceam, nisi quoties mihi in alia discedendum est. Pauwius: *Γλυκεῖα δὲ φρὴν* (fere vt Schol. *γλυκεῖα ἐστίν*,) *Καὶ συμπόταισιν ὁμιλῶν*, *M. ἀ.* Malo sic ferre robur Pindaricum, etsi paullo horridius. [Heynius in textu post *καὶ* et post *ὁμιλεῖν* comma posuit.]

52. *Est eius ingenium suaue et conuictus iucundissimus.* Hoc in sententiam mutatum. *Mel* (dulcedine) *superat ingenium suaue et ὁμιλία σὺν συμπόταις, σὺν φίλοις.* [suauis ad vitae societatem indoles etiam mel superat. *Ex Schedis.*]

ΠΥΘΙΑ

εἶδος ζ.

ΜΕΓΑΚΛΕΙ ΑΘΗΝΑΙΩι

τεθρίππῳ.

Argumentum.

Breui hoc carmine commendat victorem primo per laudes Athenarum a summa vrbis claritate — 7. a ciuium, inprimis Alcmaeonidarum, fama — 11. a victoriarum decoribus — 18. Deprecatur inuidiam.

Σ. Κ. ζ.

Κάλλιστον αἱ μεγαλοπόλιες Ἀθᾶναι
Προοίμιον, Ἀλκμανιδᾶν

2. *Ἀλκμαινιδᾶν* Oxon. ex Bodl. *γ.* et sic quoque Aldus. Debebat scribi *Ἀλκμανιδᾶν*, quod et Gotting. habet. Aeolica forma pro *Ἀλκμαίων* fuit *Ἀλκμᾶν*, vt *Ἀμυθᾶν*, *Ποσειδᾶν*. Paullo post VIII, 80. *Ἀλκμᾶνα*. *Ἀλκμαιανιδᾶν* Rom. *Ἀλκμαιονιδᾶν* Crat. et hoc, secundum Scholiasten, edd. seqq. retinuerunt.

Erat Megacles ex Alcmaeonidarum stirpe. Videtur fuisse Hippocratis f. Agaristae, quae Periclis mater fuit, frater. Victoria haec Pythica Ol. LXXVI, 3. Pyth. XXVIII. obtigerat, aliquot annos post pugnam Salaminiam Ol. LXXV, 1. factam.

1. Ad exordium hymni in Alcmaeonidam propter victo-

Εὐρυσθενεῖ γενεᾷ κρηπῖδ' ἀοιδᾶν
Ἵπποισι βαλέσθαι. ἐπεὶ
Τίνα πάτραν, τίνα τ' οἶκον
Ναίοντ' ὀνυμάξομαι
Ἐπιφανέστερον Ἑλλάδι πυθέσθαι;

5. Olim interpungebatur post *γενεᾷ*. 6. Notabile exemplum varietatis ex vetere scriptura continua ortae. Ex Scholiis enim discimus, lectum olim *ναίοντ'* pro *ναίοντι* et *ναίοντα*, ab aliis *ναίων ὀ.* quod editt. habebant ante Schmidium cum Oxon. *γ.* ab aliis *οἶκόν τ' ἀΐων*, (*ὅ ἐστιν ἀκούων*,) ab aliis denique *αἰῶν' ὀνομ.* pro *αἰῶνι*. Schmidius *ναίοντ'* pro *ναίοντα* praetulit: sensu tamen parum expedito. Pauwium mireris pronuntiare, sine dubio esse leg. *μαίων ὀ.* *cupiens, quaerens.* v. Notam.

riam curulem pulcerrima materies est laus Athenarum. *Κάλλιστον αἱ μ. Ἀ. προοίμιον, Ἀλκμανιδᾶν εὐρυσθενεῖ γενεᾷ κρηπῖδ' ἀοιδᾶν ἵπποισι βαλέσθαι.* *Athenae pulcherrimum sunt prooemium, a quo exordium ducĕre possit hymnus victoriae curulis, in honorem potentis stirpis,* seu potius vnius ex stirpe, *Alcmaeonidarum.* Ita *Τυροῦς γενεὰ* Pelias sup. P. IV, 242. *κρηπῖδα ἀοιδᾶν* vt *κρηπὶς ἐπέων* Pyth. IV, 245. et in fragment. Pind. pag. 68. XLII. Sequitur v. 5—7. locus impeditus propter lectionis varietatem. *αἰῶν' ὀνυμάξομαι* vix praeferam; pro *αἰῶνι* bene sonat, si vernaculo sermone efferas; vt sit: *posteritati tradam, commendabo.* At vereor, vt hoc graece bene dicatur. *αἰὼν* non est *posteritas*; certe non apud Pindarum, sed est *vita, tempus cum notione durationis.* Poeta non quaerit, quae vrbs sit clarior, sed *de Alcmaeonidis* agit; *neminem esse, qui patria illustriore vtatur: τίνα ὀνυμάξομαι ναίοντα* (*τίνα ναίειν λέξαιμι ἄν*, h. *τίς ναίοι ἂν*) *πάτραν, τίνα τε* (*ὀνυμάξομαι ναίοντα*, pro *ἢ*) *οἶκον ἐπιφανέστερον Ἑλλάδι πυθέσθαι* (*quam Athenas*). Adiicitur *πυθέσθαι* vsu poetarum. Bene comparat Mingarellus Homericum v. c. Od. λ, 75. *σῆμά τέ μοι χεῦσαι — καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι*, pro *ὡς τοὺς ἐσομένους πυθέσθαι περὶ αὐτοῦ.* it. Od. σ, 255.

Α. Κ. ζ.

Πάσαισι γὰρ πολίεσι λόγος ὁμιλεῖ
Ἐρεχθέος ἀστῶν, Ἀπόλ-
λων, οἳ τεόν γε δόμον Πυθῶνι δίᾳ
Θαητὸν ἔτευξαν. ἄγον-
τι δέ με πέντε μὲν Ἰσθμοῖ
Νῖκαι· μία δ' ἐκπρεπὴς
Διὸς Ὀλυμπίας· δύο δ' ἀπὸ Κίῤῥας,

Ε. Κ. θ'.

Ὦ Μεγάκλεες, ὑ-
μαί τε καὶ προγόνων.
Νέᾳ δ' εὐπραγίᾳ
Χαίρω τι· τὸ δ' ἄχνυμαι,
Φθόνον ἀμειβόμενον
Τὰ καλὰ ἔργα. φαντί γε μάν,

9. ὦ Ἀπ. Schmid. frustra. 10. *τεόν γε* Oxonienses nouarunt. Al. *τεόν τε.* 17. *εὐπραγία τε νέα* vett. metricos legisse videri, notat Pauw, nam vulgatam lectionem esse prorsus ineptam ad metrum. Annon est choriambicus praemisso iambo? 18. *τόδε* alii apud Oxon. nescio qui. 20. *τὰ καλ' ἔργα* Pauw em. Sed Pindarus ante *ἔργα* non elidit: vide v. c. Nem. III, 78.

8. *In omnibus oppidis versatur* in ore hominum, *frequentatur, laus Alcmaeonidarum ex Athenis.* De templo Apollinis ab iis instaurato v. Herodot. V, 62. Pausan. X, 5. 12. *ἄγοντι δέ με — νῖκαι,* *προσάγουσιν ἐπὶ τὸν ὕμνον,* quod Romanorum poetarum: *vocant me:* illustrauit Mitscherlich. Epist. pag. 57. Olympica victoria fuit Alcmaeonis, qui apud Herodotum est *Ὀλυμπιονίκης.*

Οὕτω κεν ἀνδρὶ πὰρ μονίμαν
Θάλλοισαν εὐδαιμονίαν
Τὰ καὶ τὰ φέρεσθαι.

21. οὕτω κε καὶ ἀ. Bodl. γ. παρμονίμαν Ald. vt et Scholiastes in suo habuisse videtur. In Rom. et vulgg. παρ᾽ seiungitur.

21—23. Erunt haec sic accipienda: φαντί γε μὰν, οὕτω φέρεσθαί κεν ἀνδρὶ τὰ καὶ τὰ, (προσφέρεσθαι ἀγαθὰ καὶ κακά: v. ad Ol. II, 98.) παρ᾽ εὐδαιμονίαν θάλλοισαν μονίμαν, *praeter felicitatem perpetuo florentem*; h. e. ea exclusa ab sorte nostra; aliter quam felicitas perpetua posceret. Toleranda haec sunt, quoniam aliter non legitur. Conuenit cum doctrina poetae (v. Pyth. III, 153 sqq. — 189. Ol. II, 55 sqq.) *nulla est felicitas durabilis*, μονίμη, *mortalium*; nec video per ariolationes ad h. l. allatas quicquam melius extundere licuisse.

ΠΥΘΙΑ

εἶδος ή.

ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΕΙ ΑΙΓΙΝΗΤῌ

παλαιστῇ.

Argumentum.

Facit poeta vota ad Tranquillitatem, tum ad Apollinem propter victoriam Aristomenis Pythicam — 29. hinc ad laudes Aeginae ex antiquis decoribus conuersus, — 39. cum se reuocasset ad Aristomenis laudes, transfert in eum Amphiarai dictum — 65. simulque intexit eius vaticinium de Alcmaeone et Epigonis Thebas expugnaturis — 78. Quibus subiungit professionem pietatis suae in Alcmaeonem, quem tanquam heroem domesticum colit — 87. Redit hinc ad Aristomenem et bona pro eo facit vota.

Σ. ά. Κ. θ'.

Φιλόφρον Ἁσυχία, Δίκας
Ὦ μεγιστόπολι

ἅρματι post παλαιστῇ insertum erat Oxoniensi: vitio an casu. Certe Aristomenes Xenarcis f. victor fuit lucta Pyth. XXXV. quae in Ol. LXXXIII, 3. incidit, et quidem ἐν παισί, vt ex 39. 45. 46. patet. 1. Metra huius carminis magnas faciunt diffi-

1. Exemplum esse potest hic locus, (alia v. inf. ad Nem. VIII, pr.) quam multa ingenium poetae lyrici efferuescens

Θύγατερ, βουλᾶν τε καὶ πολέμων
Ἔχοισα κλαΐδας
Ὑπερτάτας, Πυθιόνικον
Τιμὰν Ἀριστομένει
Δέκευ. τὺ γὰρ τὸ μαλθακὸν ἔρξαι
Τε καὶ παθεῖν ὁμῶς ἐπίστασαι
Καιρῷ σὺν ἀτρεκεῖ·

cultates: quibus tollendis nec par sum, neque id propositum mihi habeo. Etiam Mingarellus colis aliter distribuendis in schedis multa tentauerat, quae alio loco apponam. In singulis, vno alioue loco, aliquid mutare nolim, antequam tota ratio metrica Pindari accurate constituta fuerit, vt tuto mutare liceat. Etsi erant, quae etiamnum tuto mutare licuisset. 2. *μεγαλόπολι* Bodl. *γ*. 4. *κλαΐδας* ed. Rom. et rell. Nec constant sibi grammatici. Verius Oxon. cum Aldo: *κλαΐδας*, ex *κληΐδας*, ex *κλεῖδας*. 8. *μὲν καὶ* Schmid. Sed metricus hic turbatus est, vt docet Pauw. 9. In Schol. est *ὁμοτρεκεῖ*, ex quo infert *ἀτρεχεῖ* pro *ὁμοδρομοῦντι τῷ καιρῷ* Toup. App. ad Theocr. p. 9.

in eandem notionem colligat. Ἡσυχία (vel, vt scribendum, Ἁσυχία, vt P. IX, 40. et in Fragm. p. 54. II.) est *tranquillitas publica*, cum adiunctis notionibus partim *caussarum*, a quibus illa proficiscitur, *iustitia, aequitate et moderatione*; partim *effectorum: moderatur illa consilia belli ac pacis; moderata et aequa cum ipsa sequitur tum alios in se sequi cogit; seditiosos ciues coercet, insolentes deprimit.* Est ergo nunc *dea, quae tranquillitatem dat, firmat, seruat, tuetur, seditiosorum impetus retundit.* Aeginam autem ista aetate praeclaris legibus et institutis fundatam tranquillitate vsam esse, docemur a Pindaro inf. 31. cf. Ol. VIII, 28 sqq. Nem. IV, 19 sq. III, 3. V, 16. Isthm. V, 28.

4. *Habens pacis bellique potestatem* s. *quae gubernat res pacis bellique.*

5. 6. *Πυθιόνικον τιμὰν*, *hunc hymnum*, accipe in honorem Aristomenis, Ἀριστομένει.

8. *τὸ μαλθακὸν ἔρξαι τε καὶ παθεῖν*, *aequa, moderata*, *τὸ ἐπιεικές*, *et facere et pati καιρῷ σὺν ἀτρεκεῖ.* In vltimis mihi non satisfacio. Schol. reddit *εὐκαίρως*. — *ἀτρεκής*, *firmus*, *tu-*

A. ά. K. θ'.

Τὺ δ' ὁπόταν τις ἀμείλιχον
Καρδίᾳ κότον ἐν-
ελάσῃ, τραχεῖα δυσμενέων
Ὑπαντιάξαισα
Κράτει τιθεῖς ὕβριν ἐν ἄντλῳ.
Τὰν οὐδὲ Πορφυρίων
Μάθεν παρ' αἶσαν ἐξερεθίζων.

10. *ὁππόταν* vulgg. e Romana. Schmidius Aldum et Pal. C. sequitur. 11. *κόρον* conj. vir doctus in Biblioth. philol. II. Vol. Verum *κότον* postulant voc. *ἀμείλιχον* et quod ille *τῶν δυσμενέων* est. 13. *ὑπαντιάξασα* Ald. et Bodl. *γ.* 14. *κρατί*, metro inuito, vnus ex Schol. legebat. *τιθεῖσ'* pro *τιθεῖσα* Ed. Rom. et inde vulgg. Brub. Morell. cum Bodl. *γ.* sed *τιθεῖς* ex Ald. iam Crat. repetierat, et hinc reliquae edd. etiam Plant. *τιθεῖσ' εἶ* Pal. C. 16. Pro *μάθεν* conj. *φύγεν* Mingarell. *λάθεν* Matthiae Obss. p. 39.

tus, hinc *verus*, hinc *iustus.* Supra Ol. X, 17. *ἀτρέκεια*, *iustitia*, vt *ἀλήθεια*. Nem. V, 31. *ἀλάθει' ἀτρεκής*. Et *Ἑλλανοδίκας ἀτρεκὴς* Ol. III, 21. *καιρὸς* est *tempus iustum, modus iustus, moderatio.* At *καιρὸς ἀτρεκὴς* estne de *tempore iusto?* vt tempus, res, postulat? an *cum moderatione certa?*

10—14. *τὺ δ' ὁ.* pro *ὁπόταν δέ τις odium implacabile in animum admiserit* (erga ciues suos), *tu eius impotentiam animi deprimis. δυσμενέων ὕβριν* pro *δυσμενέος, αὐτοῦ. τιθεῖς ἐν ἄντλῳ* simplic. *submergis. ἄντλος, aqua*, vt Ol. IX, 79. *aquarum eluuies.* [Aeschyl. VII ad Theb. 798. *Ex Schedis.*] Potest saltem comparari voc. *ὑπέραντλος ὕβρις* ad Lucianum ab Hemsterhus. illustratum. *κράτει*, *σὺν κράτει, κρατερῶς.*

15. *τὰν οὐδὲ Πορφυρίων μάθεν παρ' αἶσαν ἐξερεθίζων*, graece pro *οὐκ ἔμαθεν, οὐκ ἐνόησεν, ἑαυτὸν ἐξερεθίζειν σε παρ' αἶσαν.* h. *σύ, ἣν Π. μάθεν. Porphyrion non norat, non reputabat, se lacessere te, prouocare, malo suo. παρ' αἶσαν, infeliciter*, vt *παρὰ δίκην*, *iniuste*, Ol. II, 30. et sic alia. [*praeter ius fasque* Matthiae Miscell. philol. II, 1. p. 11. vbi

Κέρδος δὲ φίλτατόν γ', ἑκόντος εἴ
Τις ἐκ δόμων φέροι.

E. ά. K. ιά.

Βίᾳ δὲ καὶ μεγάλαυχον ἔσφα-
λεν ἐν χρόνῳ. Τυφὼς Κίλιξ ἑκατόγκρα-
νος οὔ μιν ἄλυξεν,
Οὐδὲ μὰν βασιλεὺς Γιγάντων·
Δμᾶθεν δὲ κεραυνῷ,

19. *Βίᾳ* per vim maiorem, superiorem, non *Βία*. 20. *πολυκάρα-νος* ed. Rom. et hinc edd. vulgg. *ἑκατονκάρα-νος* Ald. et Pal. C. vide Schmidius recte ad metrum *ἑκατόγκρα-νος*. Bodl. *γ*. *ἑκατογκάρηνος*.

vid. *Ex Schedis.*] Lacessiuit autem *Ἡσυχίαν*, turbauit statum pacatum, dum inter Gigantes coelum oppugnauit, *a Ioue et Hercule deiectus.* v. Apollod. I. 6. 2. et Not. p. 71. Horat. III. Carm. 4. 54. Quod de bubus Herculi ab Porphyrione abstractis Schol. affert, videtur commentitium esse; etsi e Gigantomachia facta Herculis et Gigantum nomina translata mox fuere in Herculis Thebani fabulas; sic Alcyoneus inf. Nem. IV, 83 sq. Quae sequuntur v. 17. sententiose expressa, quae aemulatus est Horat. l. l. *Vis consili expers mole ruit sua;* nam nihil aliud dicit Pindarus, quam: *Violentia et iniuria ipsi auctori exitiosa est.* Sed a contrario enuntiat: *ita tandem aliquis proficuum sibi lucrum parat, si alio volente illud obtinet.* Hunc forte locum (nisi alius fuit in deperditis) respexit Plato in Gorgia Tom. IV. pag. 90. — Sequitur v. 19. *Βίᾳ δὲ καὶ μεγάλαυχον ἔσφαλεν ἐν χρόνῳ* sc. ἡ Ἡσυχία, illa dea *etiam superbum tandem aliquando maiore vi aggressa prostrauit.* Ita *Typhon et rex Gigantum* (aut Alcyoneus est, aut, si Apollodorum sequimur, Ephialtes ab Apolline sagitta transfixus; etsi in Gigantum fatis et nominibus licenter variant poetae: ita apud Horat. l. c. omnia ad Palladem referuntur. Porphyrion, cum iam ante memoratus sit, huc iterum reuocari nequit.) *non effugit eam* deam, h. et ipse occubuit. [etsi diu restitit, tamen victus est. *Ex Schedis.*]

Τόξοισί τ' Ἀπόλλω-
νος. ὅς εὐμενεῖ νόῳ
Ξενάρκειον ἔδεκτο Κίῤ-
ῥαθεν ἐστεφανωμένον
Υἱὸν πόᾳ Παρνασσίᾳ
Δωριεῖ τε κώμῳ.

Σ. β'. Κ. θ'.

Ἔπεσε δ' οὐ Χαρίτων ἑκὰς
Ἁ δικαιόπολις,
Ἀρεταῖς κλειναῖσιν Αἰακιδᾶν
Θίγοισα, νᾶσος· τε-
λέαν δ' ἔχει δόξαν ἀπ' ἀρχᾶς.
Πολλοῖσι μὲν γὰρ ἀεί-
δεται νικαφόροις ἐν ἀέθλοις

28. Ante Schmid. *ποίᾳ.* 30. *ἔπισσε* Rom. et al. quod emendauit Schmidius ex Ald. 36. Prima *νικαφόροις* praeter morem et legem corripitur. Pauw ominatur, glossam obtinere locum alterius vocis, quam *φερέσνικον* fuisse suspicatur. Sunt plura quae eodem iure possis comminisci, v. c. *γερασφόροις*. At mutanda est versuum distributio: quod Mingar. facit. [*νικαφόρους* conj. Bunsen. *Ex Schedis.*]

25. Ductus *Κῶμος*, pompa victoris, ad templum Delphicum (vt sup. VI. pr.) a popularibus Aeginetis, Doricae stirpis.

30. *Satis habet materiae laudum et hymnorum Aegina iam inde ab origine per praeclara facta Acacidarum:* quod aliquoties poeta praedicat: v. c. Nem. III, 45 sq. 55 sq. *ἁ δικαιόπολις νᾶσος οὐκ ἔπεσεν ἑκὰς* (immo *ἔτυχε*) *θίγοισα* (*ὕμνων*) *ἀρεταῖς* (*δι' ἀρετῶν*) *Αἰακιδᾶν.*

35. *πολλοῖσι* non bene iungitur cum *ἀέθλοις*. praestat *πολλοῖς*, *ὑπὸ πολλῶν*. Est adeo: *ἀείδεται δὲ πολλοῖς* (*ὑπὸ πολλῶν*) *θρέψασα* (*τὰ μὲν*) *ἥρωας* — *τὰ δὲ καὶ ἄνδρας.* haec variauit: *τὰ καὶ ἐν ἀνδράσιν* (h. e. *διὰ ἀνδρῶν*) *ἐμπρέπει*, *insignis est:* [*τὰ, partim. Ex Schedis.*]

Θρέψαισα καὶ θοαῖς ὑπερτάτους
Ἥρωας ἐν μάχαις·

Α. β'. Κ. θ'.

Τὰ καὶ ἐν ἀνδράσιν ἐμπρέπει.
Εἰμὶ δ' ἄσχολος ἀ-
ναθέμεν πᾶσαν μακραγορίαν
Λύρᾳ τε καὶ φθέγμα-
τι μαλθακῷ, μὴ κόρος ἐλθὼν
Κνίσσῃ. τὸ δ' ἐν ποσί μοι
Ἴτω τρέχον τεὸν χρέος, ὦ παῖ,

39. τὰ δὲ καὶ Bodl. γ. atque hoc praestat, modo ἐν omittas, quod subintelligitur. [Heynius in textu ἐν uncinis inclusit.] 44. κνίσσῃ metrum et Ald. 45. τρέχον ἴτω idem, aduerso metro. τεὸν κλέος conj. Mingarell. At χρέος est ὄφλημα, *promissum carmen.*

40-47. Redit ad victorem. *Non vacat omnes laudes longo prosequi carmine, ne fastidium audienti superueniat:* (vt Ol. II, 173. Pyth. I, 160.) *sed potius agatur, quod in manibus habeo, debitum tibi carmen, victoria tua, recentissimum inter decora parta a te.* ἀναθεῖναι λύρᾳ, vt Latini, *tradere, committere, mandare, laudem fidibus.*

44. τὸ ἐν ποσὶ χρέος τεόν, *debitus tibi hymnus*, quem in manibus habeo; vt alibi *debere se hymnum victori* ait. νεώτατον καλῶν, *decus nouissimum* post alias victorias, ἴτω τρέχον (vt dicitur *hymnus per omnes terras et maria volare*, v. c. Nem. V, 4 sq.) ποτανὸν (quasi alatus), diuulgetur per orbem terrarum, ἀμφὶ μαχανᾷ ἐμᾷ, *mea opera, arte.* ποτανόν, πτηνόν, πετεινόν, est etiam ap. Hesych. Aliud est ποθεινόν. In Nem. VII, 32. Homeri figmentis inest σεμνόν τι ποτανᾷ γε μαχανᾷ (αὐτοῦ), h. *arte et ingenii vi eius sublimi.* Et P. V, 152. Arcesilaus ποτανὸς ἐν Μοίσαις, *in carmine sublimis.* Formulam ἴτω τρέχων illustrat Hemsterh. ad Callim. in Del. 128. iam a Schneidero laudatus. In v. 43 sqq. Mingarellus malit interpungere: μαλθακῷ. Μὴ κόρος ἐλθὼν κνίσῃ, τόδ' ἐν ποσὶ μοι ἴτω τρέχον τεὸν χρέος.

Νεώτατον καλῶν, ἐμᾷ ποτα-
νὸν ἀμφὶ μαχανᾷ.

Ε. β'. Κ. ιά.

Παλαισμάτεσσι γὰρ ἰχνεύων μα-
τραδελφεοὺς, Ὀλυμπίᾳ τε Θεόγνη-
τον οὐ κατελέγχεις,
Οὐδὲ Κλειτομάχοιο νίκαν
Ἰσθμοῖ θρασύγυιον.
Αὔξων δὲ πάτραν Μι-
δυλιδᾶν λόγον φέρεις
Τὸν, ὅν πέρ ποτ' Ὀϊκλέος
Παῖς ἐν ἑπταπύλοις ἰδὼν
Υἱοὺς Θήβαις ἠνίξατο
Παρμένοντας αἰχμᾷ,

48. *Παλαίσμασίν τε γὰρ* Bodl. γ. *παλαίσματέσιν τε γὰρ* Ald. *ἰχνεύων* repugnat antitheticis omnibus. *ἰχνέων* malit Schmidius metri caussa, et laudat sup. Pyth. V, 116. *ἰχνέοντες.* Atqui id vitiosum videri esse, ibi notaui. Deberet esse *οἰχνέοντες.* [Heynius in textu post *γὰρ* comma posuit: itemque 50. post — *τον.*] 51. *Κλειτομάχοιο,* consentiente metro, Schol. et Ald. vulgo *Κλυτομάχοιο.* *Κλιτομάχοιο* Bodl. γ. [54. In textu comma positum ante *λόγον.*] 55. *ποτε Οἰκλέος* cum hiatu reposuerant Oxon. ex Bodl. γ. Vulgo vbique *ποτ' Ὀϊκλέος.* 57. *Θήβαις υἱοὺς,* vt alter pes iambus sit, necessario refingendum. Sic iam refinxerat Schmidius. At cf. v. 115.

48. *ἰχνεύων*, *vestigia legendo,* imitando, *οὐ κατελέγχεις ματραδελφεοὺς παλαισμάτεσσιν*, *non dedecoras*, h. illustras. Sic Isthm. III, 23. VIII, 142. [P. VI, 46. *πάτρωι ἐπερχόμενος. Ex Schedis.*]

54-58. [Fuere ex ea tribu superiore aetate victores in certaminibus; et nunc tanquam in noua generatione tu existi victor in lucta. *Ex Schedis.*] *αὔξων δὲ, illustrans fama tribum* — *λόγον φέρεις, in te conuertis,* pro, *λόγος ἀναφέρεται εἰς σὲ, laus, quam* Amphiaraus [in bello Thebano. *Ex Schedis.*] *ἠνίξατο,* pro *ἔλεγε,* sed tanquam vates, obscure, *ἰδὼν, animo praeuidens,* Epigonos persistere in bello aduersus Thebanos instaurando. [*ἰδὼν* non do oraculo, sed de vate. *Ex Schedis.*] Locus similis v. 54. 5. fuit Ol. VI,

Σ. γ'. Κ. θ'.

Ὁπότ' ἀπ' Ἄργεος ἤλυθον
Δευτέραν ὁδὸν Ἐ-
πίγονοι. ὧδ' εἶπε· μαρναμένων
Φυᾷ, τὸ γενναῖον
Ἐπιπρέπει ἐκ πατέρων παι-
σὶν λῆμα. θαέομαι
Σαφὲς δράκοντα ποικίλον αἰθᾶς
Ἀλκμᾶν' ἐπ' ἀσπίδος νωμῶντα, πρῶ-
τον ἐν Κάδμου πύλαις.

59. *ἀπ'* excidit Ald. 61. *τῇ δ' εἶπε* nonnulli apud Oxon. non inuenio, qui. 62. Ante Schmidium edd. distinguebant post *μαρναμένων*. At ille *μαρναμένων φυᾷ* iungit, laudatque Nem. I, 38. *χρὴ δ' ἐν εὐθείαις ὁδοῖς Στείχοντα μάρνασθαι φυᾷ*. recte; nec debebam ab eo discedere. [62. 63. vsurpat Plutarch. Arat. pr. *Ex Schedis.* Heynius in textu sic interpunxit: *ὧδ', εἶπε, μαρναμένων Φυᾷ τὸ γενναῖον Ἐπιπρέπει* — his adscriptis: „Delebo comma" (post *Φυᾷ*) „et iungam *ἐπιπρέπει φυᾷ τὸ γ.* et *μαρναμένων πατέρων*." et: „Iung. *τὸ γενναῖον λῆμα φυᾷ ἐπιπρέπει παισὶν ἐκ π. μαρν.*"] 64. *θειάομαι* est commentum Oxoniensium, quod intulerant, vt primam syllabam producerent. Schmidius *θηέομαι* dederat, quod Ionicum esset. vulg. vbique *θεάομαι*, quod retinere iubet Pauw: ita enim variari posse colon iambicum. Probo Schmidium; sed Pindaricum est: *θαέομαι*, ex *θηέομαι*. et id reponere haud cunctatus sum. Sic aliquoties in Pindaro *θαητὸς* occurrit ex *θηητὸς*, et ap. Theocr. XXII, 200. *θαεῖτο*, pro *ἐθηεῖτο*. *Κεκλιμένος θαεῖτο μάχαν ἐμφύλιον ἀνδρῶν.* 66. *νέμοντα* requirit colon iambicum; nisi cum Metrico ita ordinentur: *Ἀλκμᾶν' ἐπ' ἀσπίδος Νωμῶντα πρῶτον ἐν Κ. π.* Nam sic ille haec cola describit (conf. Pauw. ad h. l. et ad v. 8. et 9.) et, quod hic locus docet, non male.

18. [*φέρεις* f. pro *ἀναφέρεις*, vt locum habeat facit dictum, quo — *καθ' ὃν* —. *Ex Schedis.*]

[59. *ὁπότε* ad *παρμένοντας*, non ad *ἠνίξατο*. *Ex Schedis.*]

61. *μαρναμένων φυᾷ*, inter eos, qui viri fortes sunt, adeoque *pugnant virtute a natura insita, generosa audacia* (*τὸ λῆμα*, v. Pyth. III, 43. Nem. I, 87. III, 146.) *in filiis conspicua est a parentibus accepta.*

64. *θαέομαι.* vt vates, *praeuidet* futura. Ad v. 68. cf. Nem. IX, 43 sq.

A. γ'. K. θ'.

Ὁ δὲ καμὼν προτέρᾳ πάθᾳ,
Νῦν ἀρείονος ἐν-
έ[...]ται ὄρνιχος ἀγγελίᾳ
Ἄδραστος ἥρως. τὸ
Δὲ οἴκοθεν ἀντία πράξει.
Μοῦνος γὰρ ἐκ Δαναῶν
Στρατοῦ, θανόντος ὀστέα λέξαις
Υἱοῦ, τύχᾳ θεῶν ἀφίξεται
Λεῷ σὺν ἀβλαβεῖ

E. γ'. K. ι'.

Ἄβαντος εὐρυχόρους ἀγυιάς.
Τοιαῦτα μὲν ἐφθέγξατ' Ἀμφιάρηος.
Χαίρων δὲ καὶ αὐτὸς
Ἀλκμᾶνα στεφάνοισι βάλλω,

72. *οἴκοθέν γ'*, fulcro inserto, Pauw. Mingarell. *οἴκοθεν ἐναντία*. [74. Heynius in textu correxit *λέξαις*.] 75. *τάχα* Bodlej. *γ*. 76. *λαῷ* idem. ita syllaba prior esset longa. Retinendum *λεῷ*, nisi non bene versus aliter disponi possunt. Pauwio Attica forma displicebat in hoc poeta. 77. *εὐρυχώρους* male Rom. edit. inuexerat. Iterum reduxit verum ex Aldo Schmid. cf. sup. ad Ol. VII, 33. 78. *μὲν δ'* erat. δ' abesse edd. plerisque aiunt Oxonienses. Sunt eae Crat. et Stephanianae. Sed fulcro opus esse censens reuocauit δ' Schmidius. Pauw *γ'*. Mingarell. *μὲν ἐπεφθέγξατ'*. 79. *χαίρων* spondeus in principio pro iambo, vt alibi quoque. 80. *Ἀλκμάωνα στέφεσσι β.* metri gratia emendat Pauw. spondeum

[68. Simile vaticinium Calchantis in ipsa Il. α. — Aeschyl. Agam. 124 sq. *Ex Schedis.*]

72. τὸ δὲ οἴκοθεν, *quod ad familiam, stirpem, attinet, infausta sorte vtetur;* Aegialeus enim filius vnus e septem Epigonis ante Thebas cadet: Apollod. III, 7, 3. Hygin. f. 71. E mente Pindari ipse Adrastus Epigonorum expeditioni interfuit. Paria tradidisse videtur Ephorus, vt ex Schol. ad h. l. colligas. [nisi latius: et Adrasti fortuna tunc versa erit in contrarium. *Ex Schedis.*]

79. Gratum mihi est Alcmaeonem carmine celebrare.

Ῥαίνω δὲ καὶ ὕμνῳ·
Γείτων ὅτι μοι, καὶ
Κτεάνων φύλαξ ἐμῶν,
Ὑπάντασεν ἰόντι γᾶς
Ὀμφαλὸν παρ' ἀοίδιμον,
Μαντευμάτων τ' ἐφάψατο
Συγγόνοισι τέχναις.

pro trochaeo in prima sede non ferens. De interpretatione monere praestat: haud dubie de ipso poeta hic agi, qui Thebis habitabat et in aedium suarum vicinia sacellum Alcmaeonis, herois, forte cum Amphiarao, habuisse videtur. Poeta noster, religiosus homo, innuit, sibi Delphos proficiscenti oblatum esse visum ab Alcmaeone, quo monitum acciperet quod nunc ignoratur. Pauwium non aliter sensisse video. 84. Ὑπαντίασεν ἰόντι γαίας vulgo editum. Vt Glyconium restitueret, Schmidius emendauit: ὑπάντασεν ἰόντι γᾶς. Hoc tenendum erat. Sed Oxonienses iterum corruperunt ex Bodl. γ. ὑπαντίασ' ἰόντι γαίας. Pauw, ne bonus Schmidius vsquam sapere videatur, mauult: ὑπαντίασεν ἰόντι γᾶς. 86. τ' ἐφάψατο vulgg. edd. quod illato hiatu Schmidius ex Pal. C. δὲ, Oxon. in τε mutarunt.

82. γείτων μοι, recte de vicinio Alcmaeonis sacello; vt ap. Aeschyl. VII ad Th. 503. Ὄγκα Παλλὰς, πύλαισι γείτων. Compara nunc inf. Nem. VII, 127 sq. 131 sq.

83—87. Obscura sunt quae sequuntur, quoniam ipsam rem ignoramus. De Pindaro, non de victore, de Alcmaeone, non de Amphiarao, agi, verba docent contra Grammaticos. Accidisse videtur, vt, cum poeta Delphos profectus esset ad responsum petendum a deo, ille seu per augurium, seu per somnum ab heroe moneretur: hae sunt σύγγονοι τέχναι, *patria ars vaticinandi*: nam Amphiaraus fuit vates, et eius templum ὀνειρομαντεῖον. Est autem l. ἐφάψατό (μου σὺν) τέχναις συγγόνοις μαντευμάτων pro διὰ, l. ἐφάψατο μαντευμάτων, *responsum a deo acceptum adiuuit, firmauit, paterna arte,* scil. somnio; l. ἐφάψατο, ab ἐφάπτω, ἐφήψατο ταῖς συγγόνοις τέχναις μαντευμάτων, *vsus est arte paterna*, ea structura, quae erat Ol. I, 138.

Σ. δ'. K. θ'.

Τὺ δ', ἑκαταβόλε, πάνδοκον
Ναὸν εὐκλέα δι-
ανέμων Πυθῶνος ἐν γυάλοις,
Τὸ μὲν μέγιστον τό-
θι χαρμάτων ὤπασας· οἴκοι
Δὲ πρόσθεν ἁρπαλέαν
Δόσιν πενταεθλίου σὺν ἑορταῖς
Ὑμαῖς ἐπάγαγες, ἄναξ. ἑκόν-
τι δ' εὔχομαι νόῳ

A. δ'. K. θ'.

Κατά τιν ἁρμονίαν βλέπειν
Ἀμφ' ἕκαστον ὅσα

88. Hic ad Aristomenem victorem Pythicum redit: nec enim commodum videtur, quod Pauwius haec ad poetam referre iubet. 94. *Πενταθλίω δόσιν* Pauw. Iambicum restituit. 95. [*ὑμαῖς.* Gilb. Wakefield em. *ὕμνοις τ'.* (Silv. P. III. p. 113.) *Ex Addendis.*] *ὦναξ* Oxonienses dederunt. Vulgo *ἄναξ.* Aldus habet: *ἐπάγαγές τ' ἄναξ.* At Schmidius malebat *γ'.* Sed aliter distribuit versus duo extremos Mingarell. 97. *κατὰ τίν'* Schmidius scri-

88. Redit ad Aristomenem victorem. Is iam antea fuerat victor inter pueros, Aeginae in Delphiniis, pentathlo; tum Megaris 112. Marathone, et in Aegina Heraeis — 116.

88 — 103. Preces ad Apollinem. *τὸ μέγιστον χαρμάτων.* est alias victoria Olympica, vt saepe apud Pindarum. At h. l. manifestum fit, poetam de Pythica victoria agere. *τόθι*, h. e. *ἐκεῖ ἐν Πυθῶνος γυάλοις.*

92 — 95. Victoriam iam antea domesticis certaminibus obtinuerat Aegineta in sacris Apollinis, Delphiniis: *tu, Apollo, σὺν ἑορταῖς ὑμαῖς* (*ἐν ἑορτῇ σου*) *ἐπάγαγες δόσιν ἁρπαλέαν πενταθλίου, dederas victoriam pentathlo* s. pancratio; proprie *πένταθλον* erat *ἁρπαλέον*, *rapidum, vehemens, impetuosum;* nam hoc est *ἁρπαλέον:* cf. Pyth. X, 96. et *πενταθλίου* sc. *χάρματος.* Inde a v. 96. ordinem verborum in-

Νέομαι. κώμῳ μὲν ἀδυμελεῖ
Δίκα παρέστακε.
Θεῶν δ' ὄπιν ἄφθιτον αἰτέω,
Ξείναρκει', ὑμετέραις
Τύχαις. εἰ γάρ τις ἐσλὰ πέπαται

bit. Neutra ratio sensum bonum habet. *τὶν* rescribendum esse (vt sit pro *σοί*) facile occurrit: et sic quoque emendat Pauw, sed a sententiae summa aberrat; vult enim esse *βλέπειν καθ' ἁρμονίαν* *exigere ad harmoniam.* At v. Not. Mingarell. conj. *ἀμφι — νέμομαι*, vt Pyth. V, 18. *σὲ πολὺς ὄλβος ἀμφινέμεται*, *amplectitur.* Accommodatum tamen satis *ἀμφινέομαι.* vt *ἀμφιπολεῖν*, *ἀμφέπειν.* 101. *θεῶν δ' ὄπιν* vulgo editum, hocque reliqui: quinto stropharum colo nondum satis confido. Schmidius dedit: *θεῶν ὄπιν δ' ἄ.* Oxonienses exararunt cum hiatu: *θεῶν δὲ ὄπιν*, sine libro, quantum intelligo. Pro *ἄφθιτον*, quod Pindaro sollemne pro *perpetuum*, Scholiastes, qui *ἀνεπίφθονον* interpretatur, *ἄφθονον* legisse putatur. *αἰτέω.* immo *αἰτῶ.* *τύχαις*, victoriis. v. ad Nem. X, 47. 102. *Ξέναρκες* vulgg. *Ξείναρκες* Schmidius, antitheticum respiciens. Sed cur ad Xenarcen patrem haec? Bene Pauw conj. *Ξενάρκει'*, *o fili Xenarcis,* vt v. 26. [At sic debet *παῖς* addi. *Ex Schedis.*] Videtur autem ille lucta vicisse inter aduersarios inertes et parum pertinaciter reluctantes. vid. sqq. 103. *Τίς εἰ γὰρ* Pauw.

stituo hunc: *εὔχομαι δέ τιν καθ' ἁρμονίαν, βλέπειν (σὺν) νόῳ ἑκόντι ἕκαστον (τούτων) ὅσα ἀμφινέομαι*, *tibi supplico hoc hymno, vt adspicias animo propitio haec quae celebro, cano.* Nisi malis referre *καθ' ἁρμονίαν* ad *ἀμφινέομαι*, pro *σὺν ἁρμονίᾳ. ἀμφινέομαι*, vt *ἐπέρχομαι*, de rebus, quas tractamus, attingimus, carmine. conf. Mitscherl. Epist. crit. p. 58. Etsi satis expediisse singula videri possum, sunt tamen ea paullo duriora propter hyperbaton in *τιν.* Cui vix ex parte mederis, si *κατὰ* retrahas ad *εὔχομαι*; *κατεύχομαί τιν, βλέπειν ἑκόντι νόῳ.*

99. 100. *Veritas adest laudibus meis.* Vera sunt quae praedico.

103 sqq. Nexus sententiarum a precibus ad Apollinem v. 101. est petendus. *precor, vt tuae fortunae perpetua cura diis sit.* (nam his debes tua bona, etsi) *si quis praeclaram laudem sine*

Μὴ σὺν μακρῷ πόνῳ, πολλοῖς σοφὸς
Δοκεῖ πεδ' ἀφρόνων

Ε. δ'. Κ. ιά.

Βίον κορυσσέμεν ὀρθοβούλοι-
σι μαχαναῖς. τὰ δ' οὐκ ἐπ' ἀνδράσι κεῖται·
Δαίμων δὲ παρίσχει,
Ἄλλοτ' ἄλλον ὕπερθε βάλλων,
Ἄλλον δ' ὑπὸ χειρῶν
Μέτρῳ καταβαίνει.

104. *σοφὸς πολλοῖς* rescribendum esse simili de caussa monet idem vir doctus. At mutata versuum distributione haec tuetur Mingarellus. *μακρῷ χρόνῳ* Bodl. γ. cum Aldo, quod Oxonienses illustrant ex v. 131. 2. sed ibi alia res. Mingarell. conj. *μὴ σὺν μικρῷ πόνῳ.* at v. Not. 105. *πεδαφρόνων* (pro *μεταφρόνων*, *qui sapiunt post euentum*) primus Calliergus dederat: repetierant Morell. Steph. Aldus *πεδ' ἀφρόνων* cum Crat. et Brub. sicque legebat Casaub. in notulis ed. Steph. III. vt sit, apud insipientes: *μετὰ τῶν ἀφρόνων*, pro *παρὰ τοῖς ἄφροσι.* 106. *κορυσσέμεν.* *κορύσσειν* pro *ὁπλίζειν*, et hoc pro *παρασκευάζειν.* vt *ἔργον κορύσσειν*, *aciem instruere*, *pugnam facere*, inf. Isthm. VIII, 115. 109. *ὕπερθε βάλλων*, *ὑπὲρ ἄλλους ἀναφέρων*, *ἐξαίρων.* 111. *μέτρον* Gott. Ald. et Bodl. γ. quod praefero. *ὑπὸ χειρῶν μέτρον*, pro vulgari *ὑπὸ χεῖρας*, *καταβαίνει*, *ita deprimit*, *vt sub manibus*, *ὑποχείριος*, *sit*. *καταβαίνων* Schmidius tacite refinxit, non incommode, probante quoque Pauwio. Sed in hoc poeta lubricum est substituere leniora et molliora durioribus.

magna aerumna [l. non interueniente infortunio continuatam. *Ex Schedis.*] *consequutus est*, (in sententiam mutauit, quod de victore dicere volebat, qui victoriam haud multa cum aerumna adoptus erat) *stulti solent eiusmodi fortunae munera adscribere prudentiae eius*, *qui fortuna fruitur.* *ἐσλὰ* sunt *bona*, *praemia*, *laudes e victoria.* Iung. *σοφὸς κορύσσειν βίον.* Isthm. VIII, 115. *κορύσσειν ἔργον.* *vitam instruere*, *regere*, *prudentibus consiliis.* *τὰ δὲ*, pro *τὸ*, *τοῦτο*, *at illud.* Tum 109. *ὕπερθε*

Μεγάροις δ' ἔχεις γέρας,
Μυχῷ τ' ἐν Μαραθῶνος, Ἥ-
ρας τ' ἀγῶν' ἐπιχώριον
Νίκαις τρίταις, Ἀριστόμε-
νες, δάμασσας ἔργῳ.

Σ. ε'. Κ. θ'.

Τέτρασι δ' ἔμπετες ὑψόθεν
Σωμάτεσσι, κακὰ

115. Vulg. legitur: *Νίκαισι τρισσαῖς Ὠριστ.* Sic laborat versus. Itaque Schmidius refinxerat: *Νίκαις τρισσαῖς.* Ita vero laborat Colon Iambicum, spondeo alteram regionem obtinente. Pauwius duplicem olim lectionem fuisse arbitratur, quoniam duplici modo legi potest: *Νίκαις τρίταις, Ὠρ.* (pro *νίκῃ τρίτῃ*), et *Νίκαισι τρίσσ', Ὠρ.* pro *τρισσά, τρισσῶς.* Placet prius. Mingarell. *νίκαισι τρισίν.* Tum idem praefert *Ἀριστόμενες*, quod Bodl. γ. habet. 116. *δαμάσαις* Scholiast. male, et cum vitio metri. *δάμασσας* est h. l. *ἐδάμασας*, vltima breui. 118. *καλὰ φρονέων* malit Pauw, nec *βάλλων*, quod Pyth. II, 163. *ἀνέχων*, *in altum tollens*, ad quem locum v. sup. Mox *καταβαίνει*, transitiue, *καταβαίνειν ποιεῖ*, *deprimit.* nisi fuit *ἄλλος δ' ὑπὸ χειρῶν μέτρον* (nam et hoc praestat) *καταβαίνει.* Sententia multis variisque modis enuntiata ap. veteres: *ἀνατρέπειν* et *ὑπτίους κλίνειν* est in fragm. Archilochi ap. Stob. emendatum a Valken. ad Theocrit. pag. 246. *μινύθειν* est ap. Hesiod. prooem. *Ἔργ. κ. Ἡμ.*

[112. Megaris Dioclea, Marathone Heraclea, Aeginae *Ἡραῖα.* *Ex Schedis.*]

116. *ἔργῳ, ἐν ἔ., ἀγῶνι*, h. l. lucta. At quae sequuntur v. 117. male cum superioribus iunguntur. Redit poeta ad victoriam Pythicam, quod v. 120. manifestum fit; quatuor erant, qui cum ipso in luctam descenderant; ipse vtique *ἔφεδρος.* Ex aliis locis forte alia colligas, ex hoc ita rem constitues: quatuor erant paria luctatorum; supererant ex iis quatuor victores; cum his *ἔφεδρος* congredi debuit, iisque vno post alterum prostratis victor euasit. cf. Ol. VIII, 90. *ἔμπετες ὑψόθεν*, *insurgens, collectis viribus, irruisti*, *ἐνέπεσες*,

Φρονέων· τοῖς οὔτε νόστος ὁμῶς
Ἔπαλπνος ἐν Πυθι-
άδι κρίθη, οὐδὲ, μολόντων
Πὰρ ματέρ', ἀμφὶ γέλως
Γλυκὺς ὦρσεν χάριν· κατὰ λαύρας

tamen improbans alterum, quod *infestum animum, quo in adversarium irruebat*, declarat. 120. ἔπαλπνος. inf. Isthm. V, 15. ἄωτον τὸν ἄλπνιστον. Laborant viri docti in etymo. Mihi ad analogiam probabile videtur, venisse illud ab antiquo ἔλπω, ἦλπα, ἠλπινὸς, ἀλπνὸς, *desiderabilis*, ἡδὺς, προσηνὴς, vt Schol. ad h. l. interpretatur. 121. ἐν Πυθιάδι κρίθη (deb. κριθῇ) interpretati sunt, *in hordeo Pythico*, Melanchthon, Lonicerus, Aretius, nec tamen vsquam sic exaratum video praeterquam in ed. Morell. Recepit tamen, quod mireris, commentum hoc Schmidius, quasi mos Pythiis fuerit, vt victi corona hordeacea redimiti dimitterentur. Nec quicquam probat locus Isthm. I, 81. Tum vero repugnat metro prima in κριθή. Apud Homerum: *Πυροὶ καὶ κριθαὶ ἠδ' ἄμπελοι.* Igitur tenendum κρίθη, ἐκρίθη, siue vt ad Amphictyonum iudicium de victore referatur, siue vt simpl. *decernere, parare, reditum* sit, pro redire. Sed prius verum. Paullo impeditior Pauwii ratio: *neque ἐν Πυθ. γῇ* (immo ἐν Π. πανηγύρει) *eorum reditus iudicatus fuit iucundus, neque* in patria *talis certe fuit.* Rem illustrat locus Ol. VIII, 91 sqq. 123. Colon iambicum requirit: ὦρσεν γλυκὺς χάριν. Etiam mox v. 124. ne in quarta sede iambus deficiat, Pauwius legendum esse monet: πτοεῦντι. Verum, (id quod ex metrico, et ex v. 66. 95. 104. 124. vbi spondei parum commodo loco occurrunt, satis probabile fit,) cola olim aliter fuere descripta, vt colon octauum cuiusque strophae et antistrophae esset iambicum dimetrum brachycatale-

in aduersarios, *κακὰ φρονέων, minatus.*

120. *quibus non eodem modo* (vt victori) *ἐν Πυθιάδι κρίθη νόστος ἔπαλπνος* (ἡδὺς) iudicio Amphictyonum. — Seqq. de victis in patriam cum pudore redeuntibus: non excipiuntur reduces cum hilaritate, neque illi pompam sollennem ducunt. *ἀπάοροι ἐχθρᾶν ἕνεκα, suspensi, timidi.* In v. 123. *γέλως ἀμφὶ ὦρσεν χάριν, risus diffundit laetitiam*, doctius quam *γέλως χαρίεις ὦρτο, suauis, laetus.*

Δ' ἐχθρῶν ἀπάοροι πτώσσοντι, συμ-
φορᾷ δεδαϊγμένοι.

Α. έ. Κ. θ'.

Ὁ δὲ καλόν τι νέον λαχὼν,
Ἀβρότατος ἐπὶ
Μεγάλας ἐξ ἐλπίδος πέταται
Ὑποπτέροις ἀνο-
ρέαις, ἔχων κρέσσονα πλούτου
Μέριμναν. Ἐν δ' ὀλίγῳ

ctum, nonum autem periodicum, penthemimeri iambica et trochaica constans. Ita bene spondei in prima regione. v. Pauw ad v. 8. 9. et Mingarell. 124. *ἀπ' ἄοροι* Aldus dederat, emendatum in Rom. ed. *ἀπάοροι*, quod animum *suspensum*, *suspicione*, *metu et pudore anxium* bene designat. 127. *ἀπὸ* Bodl. γ. quod et Schol. in suo legerat, ex interpret. Mox post *μεγάλας* vulgo interpungunt; malim iungere *ἁβρότατος ἔπι*, *μεγάλας ἐξ ἐλπίδος*, vt prius Scholion: *ἀπὸ εὐδαιμονίας ἐκ τῶν εὐτυχηθεισῶν ἐλπίδων.* 130. 131. Legebatur in Ald. 130. — *κρέσσονα τέρψιν* 131. *πλούτου· ἐν δ' ὀλίγῳ*, deficiente syllaba. revocatum a Schmidio, sed refingente *πλούτοιο· ἐν δ' ὀλίγῳ*, cum hiatu. Alia eaque doctior lectio a Calliergo prodita videri potest, quae ceteras editiones et cod. Gott. obsidet: *ἔχων κρέσσονα πλούτου μέ-ριμναν.* nisi quod metri ratio scribere iubet: *ἔχων κ. πλούτου Μέριμναν.* Hoc Schol. exposuit: *ἔχων κρείττονα πλούτου τὴν φροντίδα.* sed quod adiectum, *τουτέστι τὴν νίκην*, importunum est. Saltem reddendum: *praestantius ille et generosius*

131. Subiungit gnomice, quod pro monito victori esse poterat, ne fortunae secundae nimium confisus efferretur animo aut fortuna abuteretur. Nexus sententiarum hic erat: victi deiecto animo redeunt domum: altera ex parte *victor exultat:*

v. 125. *ὁ καλόν τι νέον λαχὼν* (*recens decus*, vt sup. Pyth. VII, 17. *νέα εὐπραγία*, et hac ipsa Oda VIII, 46. *νεώτατον καλῶν.* Nem. IX, 116. *νεοθαλὴς νικαφορία.*) *πέταται ὑποπτέροις ἀνορέαις*, pro *ἀνορέᾳ*, ipse *ὑπόπτερος ὤν*, *μετέωρος*

Βροτῶν τὸ τερπνὸν αὔξεται· οὕτω
Δὲ καὶ πιτνεῖ χαμαὶ, ἀποτρόπῳ
Γνώμᾳ σεσεισμένον.

Ε. έ. Κ. ιά.

135 *Ἐπάμεροι. τί δέ τις; τί δ' οὔ τις;*

habet studium diuitiarum: scil. quatenus opum in certamina impensas facit, et gloriam hinc reportat. Sane τέρψιν expeditiorem sententiam haberet, quod alio loco poetae memini frequentari de victoris felicitate: *et fructum is habet iucundiorem ex divitiis suis.* Sic Pyth. I, 96. victoria πλούτου στεφάνωμα ἀγέρωχον erat. et μέριμναν irrepsisse suspicabar ex adscripto simili loco Ol. II, 96—100. Verum, quod dixi, doctior est lectio πλούτου μέριμναν, et metro conuenit. Iambus in capite pro spondeo, vt in antitheticis 44. 102. Est autem rarior loquendi forma pro ὡς δὲ — οὕτω καὶ — illustrata ab Abresch. ad Aeschyl. pag. 560. 133. δὲ καὶ ante Schmidium vbique lectum, recte, vt in Iambico. mutauit δή. γνώμην dixisse videtur, quem alias δαίμονα, *fati decretum, euentum fatalem,* appellant. 135. οὔ τις disiunxi: tanta est humanae sortis inconstantia, ita omnia sunt ἐν ῥοῇ καὶ φορᾷ, et perpetua mutatione, vt nec dici possit, quid ephemerum illud, quod hominem appellamus, sit, quid non sit. Antequam elocutus fueris, iam illud esse desiit, quod erat, cum os solueres. Locus praeclarus a multis laudatus, vt a Plutarcho de consolat. ad Apoll. p. 104. B.

φέρεται, ἐπὶ ἁβρότατος, *propter, per, voluptatem,* μεγάλας ἐξ ἐλπίδος, *post magnam spem,* qua incerta fluctuabat. — ἔχων κρέσσονα πλούτου μέριμναν, *maiore cum* praemio, *fructu,* gloria, opes parasse se videt. Pergit: *etsi felicitas mortalium nulla stabilis est:* τὸ τερπνὸν est ille ipse fructus ex opibus partis. *felicitas modo crescit, modo decrescit et euertitur:*

131—4. Pergit: *adeo vanae sunt res humanae: etsi, deo volente, ad magnam interdum claritatem aliquis peruenit.*

134. ἀποτρόπῳ γνώμᾳ pro εἱμαρμένῃ, *decreto, fato infesto labefactatum.*

135—139. [ἐπάμεροι. Alibi saue est ἐφάμεροι. *Ex Schedis.*] Debebat esse ἐφήμεροι ἄνθρωποι τί ἐσμεν; τί οὐκ ἐσμέν;

Σκιᾶς ὄναρ, ἄνθρωποι. ἀλλ', ὅταν αἴγλα
Διόσδοτος ἔλθῃ,
Λαμπρὸν φέγγος ἔπεστιν ἀνδρῶν
Καὶ μείλιχος αἰών.
Αἴγινα, φίλα μᾶ-
  τερ, ἐλευθέρῳ στόλῳ
Πόλιν τάνδε κόμιζε, Διῒ
Καὶ κρέοντι σὺν Αἰακῷ
Πηλεῖ τε κἀρίστῳ Τελα-
  μῶνι σύν τ' Ἀχιλλεῖ.

136. ὄναρ γ' ἄνθρωποι addito fulcro Pauw. 138. Erat *Λαμπρὸν ἔπεστι φέγγος*. Ita non respondet colon ceteris superioribus v. 22. 51. 109. Dactylum in prima pro trochaeo haberi iubet Pauwius. Si legatur inuerse, *Λαμπρὸν φέγγος ἔπεστιν ἀνδρῶν*, similis erit alteri v. 80. Tum, ne ἔπεστιν ἀνδράσι desideres, iunge: φέγγος ἀνδρῶν, et ἔπεστι accipe pro πάρεστι. 140. 1. Praestat forte *Αἴγινα, φίλα μᾶτερ ἐλευθέρῳ στόλῳ*, *mater liberi populi*, liberae ciuitatis. *κόμιζε*. Mingarell. *extolle*. At *curare*, *κομίζειν*, vt Nem. V, 52. de poetis. Sic ἔργα κόμιζε Odyss. I, 356. [142. *Διὶ* vna syllaba. *Ex Schedis.*] 144. κἀγαθῷ Bodl. γ.

σκιᾶς ὄναρ ἐσμέν. [nihil sumus. οὐδέν. *Ex Schedis.*] tam parum constat de humana sorte, tam fragilis illa est, vt vix dici possit, quid homo sit; vt incertum sit, *quid sit homo*, *quid non sit*. Si tamen diuinitus obtigerit *id quod nos illustrare possit*, (vt victoria e certamine) *quantus splendor ac lumen* (gloriae), quanta felicitas nostra esse potest! Locum fuisse ante oculos aliis, iam obseruatum est: praecipuus est Sophocl. Aj. 125. 6. et Philemon ap. Stob. XCI. cf. Beck. ad Aristoph. Av. p. 71.

136. Vt solent sententiae acutae in varias partes trahi posse, sic et h. l. aut ad eleuationem conditionis humanae, vt feci, quod cum seqq. conuenit; aut ad varietatem et inconstantiam referri potest, secundum antecedentia.

140. *Tu* [*o dea Aegina cum Ioue et heroibus. Ex Schedis.*] *cura*, *tuere*, *hanc vrbem*, *cum ciuibus libertate fruentibus*. στόλος pro *populo*.

ΠΥΘΙΑ

εἶδος θ'.

ΤΕΛΕΣΙΚΡΑΤΕΙ ΚΥΡΗΝΑΙΩι

ὁπλιτοδρόμῳ.

Argumentum.

Laudes victoris exorsus ad Cyrenen deflectit, exponitque amores Apollinis, raptum Nymphae, deductionem in Libyam, susceptumque ex ea Aristaeum. — 125. Redit ad victoris laudes, cumque dixisset, velle se multa paucis complecti, prout tempus postulet: incidit in exemplum Iolai, qui, reuiuiscens duntaxat vnum in diem, eo vno die dextre vsus est ad Eurystheum pugna superandum et necandum; — 144. simul excusat, quod in Herculis laudes vbique excurrit. At v. 158. redit ad victorem eiusque laudes memorat; et a v. 179 ad f. subiungit veteris certaminis memoriam, quo vnus e maioribus Cyrenaeorum, Alexidamas, puellam Libycam abduxit sponsam.

Σ. α'. Κ. ιε'.

Ἐθέλω χαλκάσπιδα Πυθιονίκαν
Σὺν βαθυζώνοισιν ἀγγέλλων Τελεσι-

Post ὁπλιτοδρόμῳ etiam hic Oxon. ed. praue adscriptum habet ἅρματι. ὁπλιτῶν δρόμος, vel δρόμος σὺν ἀσπίδι accesserat Olym-

Carmen hoc, vt est ex ornatissimis, ita maxime est molle, numeris leniter fluens ac verborum iunctura facili.

κράτη Χαρίτεσσι γεγωνεῖν,
Ὄλβιον ἄνδρα, διω-
ξίππου στεφάνωμα Κυράνας·
Τὰν ὁ χαιτάεις ἀνεμο-
σφαράγων ἐκ Παλίου κόλ-
πων ποτὲ Λατοΐδας
Ἅρπασ', ἔνεγκέ τε χρυσέῳ
Παρθένον ἀγροτέραν
Δίφρῳ, τόθι νιν πολυμήλου

piis Ol. LXV. v. Pausan. V, 9. pag. 395. et Pythiis Pyth. XXIII. Pausan. X, 7. pag. 814. Telesicrates autem, Carneadae f. (v. 127.) Cyrenaeus, vicit ὁπλίτης, vnde χάλκασπις, Pyth. XXVIII. quae incidit in Ol. LXXVI, 3. idem victor stadio Pyth. XXX. cf. Schol. vbi leg. τὴν Ἀνταίου θυγατέρα. v. quoque inf. v. 185. In metro post Schmid. et Pauw. multa refinxit Mingarellus. Mihi omnes quarto et quinto loco in duo dactylicos redigi posse videntur; v. c. 4. ὄλβιον ἄνδρα διωξίπ- 5. που στεφάνωμα Κυράνας. Similiter aio versus 9. 10. 11. esse dactylicos: 9. Ἅρπασ' ἔνεγκέ τε χρυσέῳ 10. Παρθένον ἀγροτέραν δί- 11. φρῳ, τόθι νιν πολυμήλου. Sic et in ceteris, vt 113. ν' ἀνδράσι χάρμα φίλοις ἄγ- 114. χιστον ὀπάονα μάλων. 2. ἀγγέλων omnes edd. cum Bodl. γ. et defendit hoc Pauwius. At Schmidius, ferente metro trochaico hic etiam spondeum et ad exemplum antithetici, recte, puto, ἀγγέλλων ex Commelin. repetiit, quae hoc ex Steph. altera habet, quam sequuntur Stephanianae reliquae. Bene autem dictum: ἀγγέλλων γεγωνεῖν pro simplici ἀγγέλλειν. Sic Ol. VII, 38. ἐθελήσω τοῖσιν — ἀγγέλλων διορθῶσαι λόγον. Palat. C. ἀγώνων cum glossa ἕνεκα exhibebat: perperam. 9. Legebatur: ἅρπασεν ἤνεγκέ τε. At ἔνεγκέ τε Pal. C. Debebant Oxonienses obtemperare Schmidio, qui metro flagitante recte reposuit, Pauwio quoque probante: ἅρπασ' ἔνεγκέ τε χ. 11. τόθι νῦν Bodl. C. male.

10. παρθένον ἀγροτέραν, haud dubie *venatricem*, vt Diana ἀγροτέρα Pausan. I, 46. v. Verheyk. ad Antonin. f. 4. p. 26. Mox (ἐκεῖ) τόθι, ὅθι; et seqq. sic ordina: ὅθι νιν θῆκεν οἰκεῖν ῥίζαν ἀπείρου τρίταν h. e. μέρος τρίτον ἠπείρου, Libyam.

Καὶ πολυκαρποτάτας
Θῆκε δέσποιναν χθονὸς
Ῥίζαν ἀπείρου τριταν
Εὐήρατον θάλλοισαν οἰκεῖν.

Α. ά. Κ. ιέ.

Ὑπέδεκτο δ' ἀργυρόπεζ' Ἀφροδίτα
Δάλιον ξεῖνον θεοδμάτων ὀχέων
Ἐφαπτομένα χερὶ κούφα·
Καί σφιν ἐπὶ γλυκεραῖς

14. *τρίταν* metro iubente Schmid. cum Pal. C. et Bodl. *γ*. Vulgo: *τριτάταν*. Gedike conj. *τρίτας*. 16. *ὑπέδεκτο δὲ ἀργ*, ingrato hiatu Schmidius cum Pauw. anapaestum enim requiri aiebant. Atqui altera sede iambum modo, modo spondeum poni, antithetici docent. 17. *δόλιον* perperam legerant Lonicer. et Aret. *ξεῖνον* ex Ald. repetiit Schmid. etsi in trochaico colo propter antitheticos, pro vulg. *ξένον*. Post *ξεῖνον* interpungitur in editis: ita non video, quorsum Venus attingat currum. Venus, puto, excepit aduenientes et curru descendentes: eadem mox parat thalamum. Est adeo *ὑπέδεκτο ξεῖνον* (*ἐκ*) *τῶν ὀχέων*, *ἐφαπτομένα* (*αὐτῷ*) *χερί*. 18. *χειρὶ* vulgatum ante Schmidium. *κοῦφα* vbique legitur. Miror, poetae hoc placuisse prae *χερὶ κούφᾳ*.

Ad fabulam conf. Schol. Apollonii Arg. II, 502. et fragm. Pherecydis Sturz. pag. 160.

15. Haereas forte in duplici epitheto *εὐήρατον θάλλοισαν*, quod tamen a Pindarica dictione non prorsus abhorret. Ad *δέσποιναν* referre durum est; *εὐήρατον θάλλειν* dictum esse potest. adeoque *ῥίζαν* — *θάλλουσαν εὐήρατον* pro — *τως*.

17. Iungo: Venus *ὑπέδεκτο* Apollinem (*ἐκ τῶν*) *ὀχέων*, *ἐφαπτομένη* (*αὐτῷ*) *κοῦφα* (*σὺν*) *χερί*: (nisi fuit *σὺν χειρὶ κούφᾳ*) *inhaerens ipsi manu* h. iuncta manu; nisi malis *attingens*, apprehendens deum descendentem curru, h. e. excipiens. Nam quorsum currum illa attingeret potius?

Εὐναῖς ἐρατὰν βάλεν αἰδῶ,
Ξυνὸν ἁρμόζοισα θεῷ
Τε γάμον μιχθέντι κούρᾳ θ'
Ὑψέος εὐρυβία·
Ὃς Λαπιθᾶν ὑπερόπλων
Τουτάκις ἦν βασιλεύς,
Ἐξ Ὠκεανοῦ γένος ἥρως
Δεύτερος· ὅν ποτε Πίν-
δου κλεενναῖς ἐν πτυχαῖς
Ναῒς εὐφρανθεῖσα Πη-
νειοῦ λέχει Κρείοισ' ἔτικτεν,

Ε. ά. Κ. ιδ'.

Γαίας θυγάτηρ. ὁ δὲ τὰν εὐώλενον
Θρέψατο παῖδα Κυράναν·
Ἁ μὲν οὔθ' ἱστῶν παλιμβά-
μους ἐφίλασεν ὁδούς,

22. *μιχθέντα* sc. *γάμον* legerat Schol. 24. *Λαπιθάων.* quorsum hoc metro infestum sphalma ex Ald. retraxerint Oxonienses, non assequor. recte vbique *Λαπιθᾶν.* 30. *Κρέοισ'* Romana intulit: idem Pal. C. habebat. *Κρείοισ'* ex Ald. Schmidius reuocauit, vt spondeus esset. Reprehendit hoc Pauwius in colo Iambico: vereor vt iure: si enim tot aliis paribus versibus apparet, poetam ita metrum constituisse, quidni etiam hoc versu factum iudicemus?

19 — 23. Praeclare *connubium iunxit Venus.* haec ornauit: *εὐναῖς ἐπέβαλεν αἰδῶ, verecundiam virginis,* voluptatis condimentum.

26. 27. Ex Oceano Peneus; ex eo et Nympha Creusa, Telluris filia, susceptus Hypseus, pater Cyrenes.

33. *ἱστῶν παλίμβαμοι ὁδοί.* de *ἱστουργίᾳ*, cum radius itque reditque per tramam, vt interserat fila s. subtemen. Mox

Οὔτε δείπνων οἰκοριᾶν
Μεθ᾽ ἑταιρᾶν τέρψιας·
Ἀλλ᾽ ἀκόντεσσίν τε χαλκέοις
Φασγάνῳ τε μαρναμένα
Κεραΐζειν ἀγρίους
Θῆρας· ἦ πολλάν τε καὶ ἁσύχιον
Βουσὶν εἰράναν παρέχοισα πατρῴαις·
Τὸν δὲ σύγκοιτον γλυκὺν
Παῦρον ἐπὶ γλεφάροις
Ὕπνον ἀναλίσκοισα ῥέποντα πρὸς ἀῶ.

Σ. β΄. Κ. ιέ.

Κίχε νιν λέοντί ποτ᾽ εὐρυφαρέτρας

35. *οἰκοριᾶν* ex Aldo, cui suffragatur Bodl. γ. metro iubente retractum a Schmidio pro vulg. *οἰκουριᾶν*. *οὖρος*, *οἰκουρὸς*, *οἰκούριος*. Dorice *ὅρος*, *οἰκορὸς*, *οἰκόριος*. Miror Pauwium eo descendere, vt ab *ὅρος* (debebat saltem *ὅρος* ponere) velit ductum, *quae domum pro limite habeat*. Ad sententiam conf. Pyth. III, 28. 37. *ἀκόντεσσίν τε.* sic Aldus et Schmidius. Vulgo: *ἀκόντεσίν τε.* *χαλκέοις* est dissyllabum. 39. Vt versibus reliquis, qui in epodis nonum locum occupant, responderet hic, fulcrum addebat Pauw: *κεραΐζέν γ᾽ ἀ.* Mingarell. *κεραΐζειν μὲν ἀ.* Sed sic obtemperabimus Bodl. γ. qui *κεραΐζειν* exhibet. docta lectio: *ἀλλ᾽ ἐφίλασε κεραΐζειν ἀ. θ.* 41. *εἰρήνην*, vulgare, omnes habebant ante Oxonienses, qui Doricum dederunt ex Bodl. γ. Dandum quoque erat *παρέχοισα* cum Aldo. 43. *γλεφάροις* Pindarus, non *βλεφάροις*. v. Ol. III, 21. 45. *λείοντι*, quod Ionicum esset,

38. *φάσγανον* latius dictum esse debet pro venabulo.

42—44. Iungo verba: *πρὸς ἠῶ δὲ ἀναλίσκοισα* [vt *diem consumere*, *exigere*, *impendere*. *Ex Schedis.*] *ὕπνον σύγκοιτον γλυκὺν παῦρον ἐπιῤῥέποντα γλεφάροις*, *sub auroram raro dormiens*, quippe venatum egredi tum solita. *ὕπνος ἐπιῤῥέπει γλεφάροις*, *incumbit*, *insidet*, *gravat*, *premit*: quibus verbis latini poetae vti solent. *ῥέπειν* de

Ὀμβρίμῳ μοῦναν παλαίοισαν ἄτερ ἐγ-
χέων ἑκάεργος Ἀπόλλων.
Αὐτίκα δ' ἐκ μεγάρων
Χείρωνα προσέννεπε φωνᾷ·
Σεμνὸν ἄντρον, Φιλλυρίδα,
Προλιπὼν, θυμὸν γυναικὸς
Καὶ μεγάλαν δύνασιν
Θαύμασον, οἷον ἀταρβεῖ
Νεῖκος ἄγει κεφαλᾷ,
Μόχθου καθύπερθε νεᾶνις
Ἦτορ ἔχοισα. φόβῳ
Δ' οὐ κεχείμανται φρένες.
Τίς νιν ἀνθρώπων τέκεν;
Ποίας δ' ἀποσπασθεῖσα φύτλας

A. β. K. ιέ.

Ὀρέων κευθμῶνας ἔχει σκιοέντων;
Γεύεται δ' ἀλκᾶς ἀπειράντου. ὁσία,

propter versus antitheticos legit Schmidius. Pauwius anapaesticum tuetur: *Κίχε νίν τε*, et Mingarell. δὲ, *λέοντί π.* At v. ad vs. 16. De *εὐρυφαρέτρας* conf. Eustath. p. 82. 46. *πάλαιοίσην* partim grammatice Schmidius, de metro sollicitus. *ὀβρίμῳ* Ald. 49. *προσήνεπε.* Nescio cur h. l. forma ista obtineat, cum vbique alias *ἔννεπε*, et inf. 172. *προσέννεπε* sit. Est autem h. l. pro *euocat domo.* 51. Annon *σεμνὸν θυμὸν* iungere praestat? Mox *π. καὶ θυμὸν* praue Bodl. *γ.* — 53. *οἷόν περ* erat. *περ* omnino eiiciendum; nam illud Oxonienses nulla auctoritate inseruerunt et metrum eliserunt. 54. Scholiasten et Pal. C. suspicantur *νῖκος*, pro *νίκην*, legisse. Sed *οἷον νεῖκος ἄγει κεφαλῇ* est pro *οἷον νεῖκος (κίνδυνον) ἐπάγει ἑαυτῇ.* 59. *ἀποσπαρθεῖσα* Schol. legisse videtur; Pauw emendationem eam vulgatae esse vult. Lyrico nec indiguum erit, prolem pro surculo a stipite auulso habere. 61. *Γεύεται*

onere, quod premit, *deprimere*, etiam alibi.

61—64. *ἢ ῥα ὁσία, πότερον ὁσία δίκη ἐστὶ, προσενεγκεῖν οἱ*

Κλυτὰν χέρα οἱ προσενεγκεῖν,
Ἦ ῥα καὶ ἐκ λεχέων
Κεῖρεν μελιηδέα ποίαν;
Τὸν δὲ Κένταυρος ζαμενὴς,
Ἀγανᾷ χλιαρὸν γελάξαις
Ὀφρύϊ, μῆτιν ἑὰν
Εὐθὺς ἀμείβετο· κρυπταὶ

δ' ἀλκᾶς ἀπειράντου, pro *fruitur, habet* robur immensum. Iungunt cum praecedentibus alii (Morell. Stephan. et Bened.), recte, iudice Pauwio. Tum ὅσια Oxonienses ex Schol. arripuere, tanquam magis Pindaricum. erit ergo pro ὅσιον. Vulgo vbique: ὁσία, sc. δίκη, quod Homericum est. 62. χέρα emendauit Schmid. pro vulg. χεῖρα. 64. κεῖραι Schmid. ex Pal. C., cui adstipulatur Bodl. γ. et Gott., recepit, quod mireris. alterum doricum et vbiuis editum, κεῖρεν. 66. χλιαρὸν duae breues pro vna longa. Aldus et Pal. C. cum Bodl. γ. χλαρὸν, vnde Pauw Hesychii illud huc aduocat: χλαρὸν, ῥυπαρὸν, λεπτὸν, τρυχαλέον, ὠχρόν. acturum se esse de eo alias accuratius. quod an praestiterit, equidem ignoro. Mihi Glossographus plura in vnum miscuisse videtur, sed omnia aliena a χλιαρὸς, et a notione ea, quae hic conueniret cum γελᾷν. Illud vero Pauw praeclare vidit, metrum poscere, vt γελάξας scribatur pro γελάσας. Sed Scholion non praetereundum est: χλιαρόν φησι τὸ πολὺ, καὶ κεχαλασμένον. χλιδὸν (l. χληδὸν) γὰρ λέγουσι τὸ πλῆθος. cf. dicta ad P. IV, 318. vnde suspiceris, Grammaticum et hic χλαρὸν a χλάω arcessitum legisse, sed parum constanter. nam alterum a χαλάω est. 68. Iterum aduerso metro nouarunt Oxonienses ex Bodl. γ. ἀπαμείβετο. Vbique recte lectum: εὐθὺς ἀμείβετο.

templi Ismenii, vt vulgo Apollinis Ismenii. Tripodes, quos, a sacerdotibus dedicatos aereos, Pausanias memorat IX, 10. non huc spectant; sed Pindaro sunt *aurei*, *antiqua illa donaria*, in quibus etiam litteris Cadmeis inscripti tres illi versus sunt, quos Herodotus V, 59. memorat. Fuisse in eodem templo *μαντεῖον* ex v. 11. discimus.

12—14. *ἔνθα καὶ νῦν — καλεῖ ὁμηγυρέα στρατὸν συνίμεν*, pro: *ἔνθα καὶ νῦν καλεῖ ὑμᾶς* [l. Apollo l. Melia. hoc melius Sch. *Ex Schedis.*]. itaque sequitur 17. *ὄφρα κελαδῆτε*, *vt canatis Themidem*, *Pythonem et oraculum*, *χάριν* (per apposit.), *hymnum*, qui sit hymnus, *in honorem Thebarum et Pythiorum*. *ἐπίνομον στρατὸν* v. 13. audacter dixit *consortem turbam*; vt *σύννομοι*, *qui vna pascuntur vel vna habitant*. *ὀρθοδίκαν* 16. *veridicam*.

Τρίτος ἐπὶ στέφανον πατρῴαν βαλών.
Ἐν ἀφνεαῖς ἀρούραισι Πυλάδα νικῶν,
Ξένου Λάκωνος Ὀρέστα.

Σ. β΄. Κ. θ΄.

Τὸν δή, φονευομένου
Πατρος, Ἀρσινόα Κλυταιμνήστρας
Χειρῶν ὕπὸ κρατερᾶν ἐκ δόλου
Τροφὸς ἄνελε δυσπενθέος·
Ὁπότε Δαρδανίδα κόραν Πριάμου
Κασσάνδραν πολιῷ χαλκῷ
Σὺν Ἀγαμεμνονίᾳ
Ψυχᾷ πόρευ' Ἀχέροντος ἀ-
κτὰν παρ' εὔσκιον

22. *Τρίτον* Ald. Pal. C. et Bodl. γ. cum Schol. sed *τρίτος* doctius. [Heynius in textu vocis primae literae finali superscripsit ν, et post *βαλών* deleuit punctum.] 23. *νικῶν* in fine versus turbat metrum priore longa; nec video auxilium, nisi aliter versum dispescas: *Ἐν ἀφνεαῖς ἀρούραισι Πυλάδα νι-* 24. *κῶν ξένου Λάκωνος Ὀρέστα.* sicque in ceteris. 26. Ad h. v. respicit Schol. Aeschyl. Choeph. 731. 27. Ante Schmidium: *χε-ρῶν ὑ. κρ. χειρῶν ὑπὸ κρ.* iungit Mingarell. cum *φονευομένου.* Equidem *ἄνελεν ὑπὸ χ.* pro *ἐκ.* Similis fere locus illis Ol. VI, 73. *ἦλθεν δ' ὑπὸ σπλάγχνων ὑπ' ὠδῖνός τε*, si altero loco *ἀπ'* pro *ἐξ* legeris. 29. *Δαρδανίδα* a *Δαρδανίς* ductum Schmidius recte ait; vt vltima breuis sit. Posse tamen et longam ferri, pronunciat Pauwius, vt sit *Δαρδανίδα Πριάμου.* 30. *Κασάνδραν* vett. edd. recte, si prisco more. Est autem spondeus pro dactylo, vt 54.

24. *Λάκωνος Ὀρέστα.* vnde Laco, cum esset Mycenaeus? Puto, quia factus est rex Spartae. v. Pausan. II, 18. pag. 150. III, 1. p. 205. Digressio, quae sequitur, a lusu ingenii, ex notionum associatione fortuita, est profecta; similis ei, quae in superiore carmine erat, de Hyperboreis.

33. *πότερον*, lyrica forma pro vulgari, *seu quod* — *seu quod.*

A. β'. K. θ'.

Νηλὴς γυνά. πότερόν
Νιν ἄρ' Ἰφιγένει', ἐπ' Εὐρίπῳ
Σφαχθεῖσα τῆλε πάτρας, ἔκνισε
Βαρυπάλαμον ὄρσαι χόλον;
Ἢ ἑτέρῳ λέχει δαμαλιζομέναν
Ἐννύχιοι πάραγον κοῖται;
Τὸ δὲ νέαις ἀλόχοις
Ἔχθιστον ἀμπλάκιον, καλύ-
ψαι τ' ἀμάχανον

E. β'. K. ς'.

Ἀλλοτρίαισι γλώσσαις.
Κακολόγοι δὲ πολῖται.

36. Schol. ἐκίνησε καὶ ἐλύπησε. prius vitiose. 37. λόχον Oxonienses ex Bodl. γ exhibuerunt: vulgo χόλον, quod Pauw retinendum fuisse clamat. Sane vtrumque lyrico dignum: βαρυπάλαμος tamen χόλος, pro simplici, βαρεῖα ὀργή, magis consentaneum videri potest. 38. Vt antitheticis responderet hic versus, Schmidius pro λέχει scripserat τινὶ, exagitatus a Pauwio. Poterat leniore opera scrib : λέχεϊ δαμαζομέναν. 39. ἔντυχοι ante Schmid. qui recte emendauit, vt nunc est; minus bene idem dedit: ἀπάγον. 40. Erat τὸ δὴ —. vt Paeonico metro succurreret, Schmidius legit: ὅ, τι, vel τό τι, Pauw: τὸ δὲ ν. 41. 42. Erat κα- 42. λύψαι; dedi καλύ-ψαι τ' ἀμάχανον. Ita necessario versus dispescendi, vt semel receptum metrum seruetur.

36. σφαχθεῖσα siue de conatu accipiendum, siue vt vere mactata sit, quod alii sequi videntur, vt Lucret. I, 85 sqq. et ipse Propert. III, 5, 54. *Pro qua mactata est Iphigenia mora.*

38. 39. *An eam alieno amore domitam adulter corrupit?* Omissa altera propositio: quod ne maritus rescisceret, illa timuit.

40—46. *Quod sane nouarum nuptarum flagitium odiosissimum est; nec facile illud occultari potest, quo minus alii id diuulgent. Omnino enim ho-*

Ἴσχει τε γὰρ ὄλβος οὐ μείονα φθόνον·
Ὁ δὲ χαμηλὰ πνέων, ἄφαντον βρέμει.
Θάνεν μὲν αὐτὸς ἥρως Ἀτρεΐδας ἱκὼν
Χρόνῳ κλυταῖς ἐν Ἀμύκλαις,

Σ. γ'. K. θ'.

Μάντιν τ' ὄλεσσε κόραν,
Ἐπεὶ ἀμφ' Ἑλένᾳ πυρωθέντων
Τρώων ἔλυσε δόμους ἁβρότα-

45. οὐ μείονα Mingarell. accipiebat *parem opibus*. 46. βρέμει durum esse agnoscit Pauw et conj. βρόμῳ, h. κακολογίᾳ, φθόνῳ, eleganter, vt ipse quidem addit. Malo pati βρέμει. *At sordidum vulgus occulte fremit*, obtrectat potentum famae. 47. Erat θάνε. Ἀτρείδας vulgo ante Schmidium; qui Ἀτρεΐδας, consentiente Aldo. 51. ἔλυσε vulgg. inde a Romana. Schmidius perperam mutauit in ἔσυλε. ἔλυσσε Oxon. ex Bodl. γ. et sic quoque Aldus exhibet: male; nam media natura est longa, vt saepe in Homero λῦσε, λύσατο. nec aliter ms. Gott.

mines maledici sunt. Magna enim fortuna habet, sustinet, magnam inuidiam, inuidiae obnoxia est; οὐ μείονα, pro οὐ μικρὸν φθόνον· ὁ δὲ χαμηλὰ πνέων ἄφαντον βρέμει. *nam vulgus obtrectat clam potentum laudibus.* βρέμει ἄφαντον, *fremit, loquitur*, h. maledicit, *occulte*. ἄφαντος de *obscuro* etiam Nem. VIII, 58. vbi itidem *inuidorum fraus* τὸ λαμπρὸν βιᾶται. πνέων χαμηλὰ, *viuens humili loco*, pro aduerb. ζῶν χαμηλῶς. πνέειν, *viuere*, Nem. VI, 2. X, 165. Procedunt omnia haec a sententia v. 42. 43. *Clytaemnestra norat, adulterium suum occultari haud posse;* idque eam ad caedem Agamemnonis parandam induxit. Locum haberet interpretatio a vento ducta, si ἡ πνοὴ esset; at est ὁ πνέων.

48. ἐν Ἀμύκλαις. aut diuersam de loco caedis famam sequitur Pindarus; aut *Amyclae* latius dictae sunt pro Peloponneso; figura eadem, qua sup. v. 24. Orestes *Λάκων*.

51. ἔλυσε δόμους ἁβρότατος, pro τὴν ἁβρότητα δόμων, *opes euertit domus.*

τος. ὁ δ᾽ ἄρα γέροντα ξένον,
Στρόφιον, ἐξίκετο νέᾳ κεφαλᾷ,
Παρνασσοῦ πόδα ναίοντ᾽· ἀλ-
λά γε χρόνῳ σὺν Ἄρει
Πέφνεν τε ματέρα, θῆκέ τ᾽ Αἴ-
γισθον ἐν φοναῖς.

Α. γ΄. Κ. θ΄.

Ἦ ῥ᾽, ὦ φίλοι, κατ᾽ ἀμευ-
σίπορον τρίοδον ἐδινάθην,
Ὀρθὰν κέλευθον ἰὼν τὸ πρίν· ἤ
Μέ τις ἄνεμος ἔξω πλόου
Ἔβαλεν, ὡς ὅτ᾽ ἄκατον εἰναλίαν.

52. *ξένον γέροντα* vulgo: transposuit Schmidius recte cum Aldo. 53. *ἐξίκετο νέᾳ κεφαλᾷ.* plus quam lyricum tumorem habet: (*σὺν*) *νέᾳ κεφαλᾷ.* An probandum: *ὁ δὲ — νέα κεφαλὰ,* vt *κεφαλὴ* pro homine dicitur? 55. *γε* inseruit Schmid. ex Aldo. 56. Etiam *πέφνέν τε* idem ex Aldo. Rom. et rel. *ἔπεφνε μ.* Bene etiam. pro *μητέρα* Aldus *ματέρα.* 59. Haereo in metro, nec satisfacit Mingarell. *τρίοδόν γ᾽* vel *-σιπόρου τριόδου.* 62. *εἰναλίαν* cum Aldo Schmid. pro vulg. *ἐναλίαν*, quod et ipsum defendit Pauw.

53. *νέᾳ κεφαλᾷ, νέος ἔτι ὤν.* v. V. L.

55. *σὺν Ἄρει, caede.* *σὺν* pro *διά.* propr. *Mars* pro *pugna*, inde pro *vi.* Nisi *χρόνῳ σὺν* iungas pro *σὺν χρόνῳ.*

56. *θῆκεν ἐν φοναῖς* vel pro *ἐν φονῇ, ἐν φόνῳ,* vel cum Schol. vt *φοναὶ* sint *οἱ τόποι, εἰς οὓς φονεύονται, quibus caesi iacent.* quo modo idem cum Eustath. et al. accipit locum Iliad. X, 521. *ἐν ἀργαλέῃσι φονῇσι.* quod tamen et ipsum esse potest *ἐν φονῇ, ἐν φόνῳ.* [Sophocl. Antig. 696. *ἐν φοναῖς πεπτῶτα. Ex Schedis.*]

58. Reuocat se a digressione noua formula. *κατ᾽ ἀμευσίπορον τρίοδον, tanquam in triuio,* adeoque errori obnoxio, *ἐπλανήθην τῆς ὁδοῦ.* Similia Nem. III, 47. 48.

Μοῖσα, τὸ δὲ τεὸν, εἰ μισθῷ
Συνέθευ παρέχειν
Φωνὰν ὑπάργυρον, ἄλλοτ' ἄλ-
λα χρὴ ταρασσέμεν.

63. τὸ δ' ἐτεὸν primum edidit Stephanus secundum Schol. Schmidius reuocauit τὸ δὲ τεὸν (h. κατὰ τὸ σὸν), *quod te attinet.* Emendandum τὸ δὴ τεόν. 64. Metrum claudicat. Schmidius σε συνέθευ π. Quidni συνέθεο? Mingarell. sic constituit: 64. γε συνέθευ παρέχειν 65. φ. ὑ. ἄλλα 66. σὲ χρὴ ταρασσέμεν 67. ἢ πατρὶ Πυθιονίκῳ. 65. ὑπ' ἄργυρον Bodl. γ. et Ald. Schneider Fragm. pag. 111. conj. ἐπάργυρον ex Hesych. h. v. At ὑπάργυρον *mercede conductam, venalem.* cf. Isthm. II, 11. 66. Metrum laborat. Schmidius: ἄλλοτ' ἄλλ' αὖ ταρασσέμεν. Pauwius totum locum ita refingit: *Μοῖσα, τὸ δὴ τεόν, οὐ μισθῷ Τὺ συνέθευ παρέχειν Φωνὰν ὑπάργυρον, ἀλλ' ἄλ-λα χρὴ ταρασσέμεν Ἢ πατρὶ Π.* Etsi, quam turpe illa aetate habitum fuerit, mercenariam victori celebrando operam praebere, ignoro: probo tamen in Pauwii emendatione illud, quod improbam Grammaticorum fraudem detexit, labem auaritiae Pindaro vbique inurentium. Sed interpolatione receptae lectionis rem confici nolim. In Schol. est ταρασσέμεν, ἀντὶ τοῦ, τάρασσε καὶ μετάφερε. Ignorauit ergo χρὴ, quo omisso manet: ἄλλοτ' ἄλ-λα ταρασσέμεν, *moue, cane.* An fuit ἄλ-λᾳ, *alio modo?* nam trochaicum colon est. Ad ἄλλᾳ adscripserat aliquis, quod aliunde meminerat, ἄλλοτ' ἄλλα vel ἄλλο, vt Nem. III, 72. Isthm. III, 30. P. X, 83. Potest quoque sic iungi: τὸ τεὸν (sc. ἐστὶ) ταρασσέμεν. [Heynius in textu deleuit χρὴ et voci ταρασσέμεν, post quam posuit comma, adscripsit: p. τάρασσε.]

63. τὸ δὲ τεόν, *quod ad te attinet, quod tuum est,* ἐχρῆν ἂν ταράσσειν ἄλλα ἄλλοτε, *consentaneum esset te alia ex aliis moliri,* carminis materiem vndique conquirere, εἰ συνέθου παρέχειν φωνὰν ὑπάργυρον μισθῷ, (μᾶλλον) ἢ π. Π. si mercede carmen pacta esses, o Musa, adeoque homini, qui nullam laudum materiem suppeditaret, potius quam Pythico victori, in quo habes quod laudes. Secundum haec sensum teneo: *si pacta esses, Musa, carmen,* si vocem venalem mercede locasses, *nil impediret, quo minus digressione vtereris; at nunc in honorem Thrasydaei, eiusque patris, hymnum condis, qui fe-*

E. γ'. K. ς'.

Ἠ πατρὶ Πυθιονίκῳ,
Τό γέ νυν, ἢ Θρασυδαίῳ·
Τῶν εὐφροσύνα τε καὶ δόξ' ἐπιφλέγει.
Τὰ μὲν ἐν ἅρμασι καλλίνικοι πάλαι
Ὀλυμπίᾳ τ' ἀγώνων πολυφάτων ἔχον
Θοὰν ἀκτῖνα σὺν ἵπποις·

Σ. δ'. K. ϑ'.

Πυθοῖ τε γυμνοὶ ἐπὶ
Στάδιον καταβάντες ἤλεγξαν

67. Laborat et hoc colon. Schmidius ἀθλονίκῳ. Pauw Πυθονίκῳ, vt sit a Πυθὼ, νικῶντι ἐν Πυθοῖ. Mingarellus suadet facere Πυθιο— dissyllabum, aut primam pro breui habere: quod non admittam. Potius in ceteris epodis primus versus erit accommodandus versui 19. ἐπταπύλοισιν Θήβαις. et sic in reliquis epodis. 69. τε abest Steph. primae et iis quae hinc fluxere. 70. τὰ μὲν ἅρμασι erat; τὰ μὲν ἐν ἅ. Schmidius, metro periodico poscente; recte, Pauwio quoque adsentiente. 71. Ὀλυμπίας ἀγώνων Schmidius. Pro ἔσχον (v. ad 23.) ἔχον, vt ceteris versibus respondeat, 72. Ἀκτῖνα θοὰν malit Pauw, ne spondeus in secundo loco iambici sit. At Mingarellus, si versus, inquit, oppositi habendi sunt pro Ionicis a maiore, versus est impurus Ionicus, habens in principio Epitritum tertium pro diiambo. 73. Πυθοῖ δὲ mauult idem Pauw. non viderat, Ὀλυμπίᾳ τε — Πυθοῖ τε sibi respondere. Tum γυμνὸν Oxonienses reposuerunt ex Bodl. γ. et Schol. vt sit pro γυμνικὸν ἀγῶνα. Sane Isthm. I, 51. ἐν γυμνοῖσι

licitate et gloria florent, adeoque materiem carmini praebent satis amplam. Metro tamen satisfacere difficile est. v. V. L. ταράσσειν, vt κινεῖν, *mouere, moliri, machinari*, nihil noui habet.

70. (κατὰ) τὰ μὲν πάλαι, *iam antea*. Mox iungenda Ὀλυμπίᾳ τε — Πυθοῖ τε. 75. Ἑλλανίδα στρατιὰν, *turbam aemulorum*. Sic Nem. X, 47. Isthm. IV, 48. ἤλεγξαν, *vicerunt*, proprie, arguerunt inferioris virtutis esse.

Ἑλλανίδα στρατιὰν ὠκύτα-
τι. θεόθεν ἐραίμαν καλῶν,
Δυνατὰ μαιόμενος ἐν ἁλικίᾳ.
Τῶν γὰρ ἀνὰ πόλιν εὑρίσκων
Τὰ μέσα μακροτέρῳ
Ὄλβῳ τεθαλότα, μέμφομ' αἶ-
σαν τυραννίδων·

Α. δ'. Κ. θ'.

Ξυναῖσι δ' ἀμφ' ἀρεταῖς
Τέταμαι. φθονεροὶ δ' ἀμύνοντ' ἄ-

σταδίοις, sed ibi opp. δρόμῳ ὁπλίτῃ. Vulgo γυμνοί, quod cur improbes, nihil adest. 76. ἀραίμαν Bodl. γ. et v. 78. ἂν π. 79. μακροτάτῳ Gotting. In fine vulgg. μ. σύν. Sed hoc σύν tanquam glossema, metro infestum, expunxerat Schmidius, recte, Pauwio quoque probante. 82. δ' deest Bodl. γ. ξυναῖσιν ἀμφ' Ald. 83. ἀμύνονται male inuexerat ed. Rom. Emendauit Schmid. ex Aldo. [Hermann. de Dial. Pind. p. VIII. corrig. φθο-

76 sqq. More suo, vt v. c. Nem. I, 49., *ad se* transfert, quae alias vniuerse efferre solet, cum sint *ad victorem* referenda, *qui in ciuitate libera mediocri conditione contentus non adspirabat ad honores et principatum, nec aliis inuidebat aut tenuiores fastu premebat.* Turbae Thebanorum ciuitatem illo tempore agitabant; quod docte docet Gedik. Ἐραίμαν καλῶν θεόθεν, τῶν καλῶν ἐκ θεοῦ ὄντων. Notum, quae καλὰ sint Pindaro: *studia rerum honestarum, vnde decora, vitae ornamenta et gloria illo tempore proueniebant*, v. c. res equestris et certamina; tum *ipsa illa decora et ornamenta*, inprimis *e victoriis.* τὰ καλὰ igitur *appetit*, μαιόμενος δυνατὰ ἐν ἁλικίᾳ, h. e. τὰ δυνατὰ ὄντα κατὰ τὴν ἡλικίαν, vt in iuuenta, ex cursu, e lucta, et sic alia.

78-82. *Cum enim videam, mediocrem conditionem in ciuitate florere maiore felicitate, esse feliciorem, sperno fortunam potentum, et studeo virtutibus ciuilibus.* τυραννίδων pro ipsis tyrannis.

83. Nec inuideo aliis; *inuidi vero sibi ipsi malum arcessunt inuidia sua.* ἀμύνονται, βλάπτον-

τᾳ. εἴ τις ἄκρον ἑλὼν ἄσυχᾴ
Τε νεμόμενος αἰνὰν ὕβριν
Ἀπέφυγεν, μέλανος ἂν ἐσχατιαν
Καλλίονα θανάτου ἔσχεν,
Γλυκυτάτᾳ γενεᾷ
Εὐώνυμον κτεάνων κρατί-
σταν χάριν πορών.

Ε. δ'. Κ. ϛ'.

Ἅτε τὸν Ἰφικλείδαν
Διαφέρει Ἰόλαον,
Ὑμνητὸν ἐόντα, καὶ Κάστορος βίαν,

νεροὶ δ' ἀμεύονται. εἰ γάρ τις etc. *inuidi praetereunt mediocrem sortem.* (?) *Ex Schedis.*] 84. ἥσυχα metri caussa emendavit Schmid. cum vulgg. sit ἡσυχίᾳ, recte. cf. Pauw. 86. μέλανος δ' ἀν' ἐσχ. vulgg. ante Schmidium, qui sustulit δ'. Duplicem olim lectionem fuisse, coniicit Pauw, (Scholio opinioni facile locum dante) alteram: φθονεροὶ δ' ἀμύνοντ' ἄτᾳ, Εἴ τις — ἀπέφυγεν, μέλανος δ' ἀν' ἐ. Κ. θ. ἔσχεν, vt sit pro ἀνέσχεν. alteram: φθονεροὶ δ' ἀ. ἄτᾳ. Εἴ τις — ἀπέφυγεν· μέλανος ἂν ἐσχ. etc. 87. θάνατον omnes edd. perperam. recte emendatum θανάτου a Schmidio etiam sec. Schol. — θάνατον, ἐν γλ. Ald. 89. χάριν εὐώνυμον (pro εὐωνυμίαν, *decus bonae famae*) κρατίστην per se bene se haberet, *optimam famam;* sed nunc videtur coniungendum cum κτεάνων. requiritur tamen sic κτεάνων κράτιστον.

ται, ἀτῶνται, *puniuntur.* Pergit vniuerse efferre, quae de Phricia praedicare volebat. εἴ τις pro ὅστις: *qui consequutus est ea, quae summa sunt in vita priuata,* (vt victor sit) viuitque tranquille, *temperatque sibi ab insolentia,* (cf. Isthm. III. pr.) ἀπέφυγεν pro ἀποφεύγει, vt ἔσχεν pro ἔχει, *ei pulcra mors obtingit, et post mortem is posteris clarum nomen relinquit:* χάριν εὐώνυμον κρατίσταν, (κατὰ τῶν) κτεάνων. Sed v. Var. Lect.

91. ἅτε διαφέρει ὑμνητὸν ἐόντα pro διαφέρει ὕμνοις, *diuulgat, celebrat hymnis. quod* clarum nomen, decus, *facit, vt carminibus celebreris:* pro hoc

Σέ τε, ἄναξ Πολύδευκες, υἱοὶ θεῶν,
Τὸ μὲν, παρ᾽ ἆμαρ, ἕδραισι Θεράπνας, τὸ δ᾽ οἰκέοντας ἔνδον Ὀλύμπου.

94. *υἱοὺς θεῶν* malit Pauw, oblitus se in lyrico poeta versari 95. — *Θεράπναις ἔνδον Τὸ δ᾽ οἰκέοντας Ὀ.* Schmidius. — *ἕδραις Θεράπνας, τὸ δὲ οἰ.* emendat Pauw, vt periodicum sit. *Θεράπευας* Pal. C. perperam.

nominat heroes Iolaum et Dioscuros.

95. Schol. "*παραφράζει τὸ Ὁμηρικὸν* Odyss. λ, 302 sq." At notabile, quod pro *locis inferis*, in quibus alternis versantur, memorat *ἕδρας Θεράπνας*, *sepulcrum ad Therapnas*, tanquam sedem Manium: fere vt sup. Pyth. V, 129. 130. 135. inf. Nem. X, 105. Verum permiscentur passim Hades, tenebrae, sepulcrum, v. c. Eurip. Hec. 207. 8. 9. Ceterum fabulae huic de Dioscuris locum fecisse videtur notio Luciferi et Hesperi, modo vesperi modo mane orti, confusa cum Dioscuris, ita vt alter cernatur, alter lateat.

ΠΥΘΙΑ

εἶδος ιβ'.

ΜΙΔΑι ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩι

αὐλητῇ.

Argumentum.

Inuocata Acragante, tanquam dea, vt propitia sit Midae victori redeunti e certamine musico 1 — 11. ad tibiae inuentum digreditur; et narrationi pauca v. 49. adiicit de successu post aerumnas in addiscenda et exercenda arte exhaustas.

Σ. ά. Κ. ιδ'.

Αἰτέω σε, φιλάγλαε, καλ-
λίστα βροτεᾶν πολίων,
Φερσεφόνας ἕδος, ἅ-
τ' ὄχθαις ἔπι μαλοβότου
Ναίεις Ἀκράγαντος εὔ-
δματον κολώναν, ὦ ἄνα,
Ἵλαος ἀθανάτων

αὐλητῇ. Vicit Pyth. XXIV. et XXV. v. Schol. ad pr. 4. *μηλοβότου.* At Ol. VII, 116. erant *μᾶλα.* 5. *εὔ-* Schmid. pro vulgg. *εὔ-δματον.* 6. *ὦ ἄνα* noue dictum pro *ἄνασσα.* Schmidius, nec improbante Pauwio, hoc ipsum reposuit: *ὦ ἄνασ-σ', ἵλαος.* et hoc recte factum arbitror; nec tamen pronuntiare ausim, alterum feminino genere nunquam adhibitum esse.

Ἀνδρῶν τε σὺν εὐμενίᾳ
Δέξαι στεφάνωμα τόδ' ἐκ
Πυθῶνος εὐδόξῳ Μίδᾳ,
Αὐτόν τέ νιν, Ἑλλάδα νικά-
σαντα τέχνᾳ· τάν ποτε
Παλλὰς ἐφεῦρε, θρασειᾶν Γοργόνων
Οὔλιον θρῆνον διαπλέξαισ', Ἀθάνα·

Α. ά. Κ. ιδ'.

Τὸν παρθενίοις ὑπό τ' ἀ-
πλάτοις ὀφίων κεφαλαῖς
Ἄϊε λειβόμενον

8. *εὐμενίᾳ* Bodl. *γ*. et Ald. et postulat pro *εὐμενείᾳ* metrum, itaque reposui. Sunt plura eiusmodi in Pindaro, in quibus duplex vocalis est aut corripienda aut in simplicem mutanda. 10. *εὐδόξῳ Μίδα* pro *εὐδόξου Μίδου* legerat Schol. et sic edd. Rom. Crat. al. etsi toties iota subscriptum in edd. priscis negligitur, vt nihil tuto pronuntiari possit. Sed tertius casus, quem Aldus habet, exquisitius ponitur: et Schmidius laudauit loca similia Ol. VI, 165. 166. XIII, 39. 40. Pyth. VIII, 6. 7. 11. *Ἑλλάδα* potest exponi, v. Not. at probabile fit admodum, fuisse *Ἑλλάδι — τέχνᾳ*. 16. *ἀπλάστοις* Schmidius de suo: nam omnes habent *ἀπλάτοις*, vt sup. Pyth. I, 40. Scilicet *πελάω, πλάω, ἄπλητος, ἄπλατος*, idem quod *ἀπέλαστος*.

11. *Ἑλλάδα*, vt sup. XI, 75. *Ἑλλανίδα στρατιὰν* de aemulis concertantibus. it. Nem. X, 46. Sed v. V. L.

13. 14. *διαπλέξασα, ἐμπλέξασα, συμπλέξασα, componens, inserens, fabricando, moestum eiulatum sororum truculentarum.* Sic *διαπλέκειν* pro *adiungere*, inf. Nem. VII, 146. *ἁρμόσαις διαπλέκοις*.

15. *ὃν θρῆνον ἄϊε λειβόμενον, σὺν καμάτῳ δυσπενθεῖ*, (pro *διά, ἐν, prae aerumna luctuosa*, luctu) *ὑπὸ κεφαλαῖς παρθενίοις ἀπλάτοις τε ὀφίων* pro *ἐκ κεφαλῶν τῶν παρθένων ἀπλήτων* (ad quae nemo accedere auderet) *τῶν*

Δυσπενθεῖ σὺν καμάτῳ·
Περσεὺς ὁπότε τρίτον ἄ-
νυσεν κασιγνητᾶν μέρος,
Εἰναλίᾳ Σερίφῳ
Λαοῖσί τε μοῖραν ἄγων,
Ἤτοι, τό τε θεσπέσιον
Φόρκοι' ἀμαύρωσεν γένος,
Λυγρόν τ' ἔρανον Πολυδέκτᾳ
Θῆκε ματρός τ' ἔμπεδον
Δουλοσύναν τό τ' ἀναγκαῖον λέχος,
Εὐπαράου κρᾶτα συλάσαις Μεδοίσας,

18. 19. Ita recte distinguitur cum Schmidio. Alii: *ἄϊε — καμάτῳ Περσεὺς, ὁ.* 19. 20. *ἄ-ϋσεν.* Multa perperam Grammatici veteres tentant ad interpretandam vocem vitio laborantem: ipsi veram lectionem laudant: *ἄνυσεν. ἀνύω*, *conficio*, *occido*, non infrequens. 21. *ἐναλίᾳ* non Steph. modo, sed omnes edd. ante Schmid. [24. Hermann. ad Orph. p. 722. corrig. *Φόρκοιο μαύρωσεν. Ex Schedis.*] 28. *συλάσας* vt *τιμάσας* et alia. *ἀποσυλᾶσαι* sup. IV, 195. Vulg. *συλήσας.*

ὀφίων ἕνεκα. questus sororum de Medusae caede (cf. inf. 37. 38.) expressit Pallas inuenta tibia: cuius sonus adeo esse debuit querulus ac lugubris. Necesse autem ex poetae sententia est, non Medusam modo, sed et ceteras duas sorores capita anguibus comata habuisse.

19. *ὁπότε ἄνυσεν — ἤτοι, — ἀμαύρωσέ τε — θῆκέ τε.*

23. *τὸ θεσπέσιον γένος. τὸ θεῖον*, etsi monstrosum, tamen non mortale.

25. *ἔρανον* de *symbola* accipio seu *manere*, *quod Polydectes sibi conferri iusserat:* v. Apollod. II, 4, 2. p. 95. et Not. p. 294. 5. *λυγρὸν θῆκε*, *poenitendum*, h. e. in luctum vertit. *ἔμπεδον*, s. *longam* s. *duram* seruitutem, ad quod vi adacta fuerat.

28. 29. Alibi Pindarus a Proeto corruptam tradiderat: Schol. Iliad. ξ, 319. *δεσμὸν ἀναγκαῖον* eodem sensu Theocr. XXIV, 33. quem effugere nequeas, qui tenet, cogit, necessitatem manendi imponit. *εὐπαράου.* nam formosa fuerat Medusa, vt et cum Pallade certaret de forma; a qua comam anguineam accepit.

Σ. β'. Κ. ιδ'.

Υἱὸς Δανάας· τὸν ἀπὸ
Χρυσοῦ φαμὲν αὐτορύτου
Ἔμμεναι. ἀλλ' ἐπεὶ ἐκ
Τούτων φίλον ἄνδρα πόνων
Ἐῤῥύσατο, παρθένος αὐ-
λῶν τεῦχε πάμφωνον μέλος,
Ὄφρα τὸν Εὐρυάλας
Ἐκ καρπαλιμᾶν γενύων
Χριμφθέντα σὺν ἔντεσι μι-
μήσαιτ' ἐρικλάγκταν γόον.
Εὗρεν θεός· ἀλλά νιν εὑροῖ-
σ' ἀνδράσι θνατοῖς ἔχειν,
Ὠνόμασεν κεφαλᾶν πολλῶν νόμον
Εὐκλεᾶ, λαοσσόων μναστῆρ' ἀγώνων,

30. *αὐτορύτου* emendauit Schmid. ex Ald. Vulgo: *αὐτοῤῥύτου.* 33. 34. Editum erat *αὐ-λᾶν*, quasi Dorice etiam ab *αὐλὸς*, *αὐλῶν*, *αὐλᾶν* formari possit. Donec hoc aliis exemplis confirmatum fuerit, probabimus cum Schmidio ex Aldo *αὐλῶν*. Prouocet forte aliquis ad Od. κ, 10. sed vix recte ibi *αὐλῇ* pro *αὐλῷ* accipitur. Qui sequitur locus, praue interpungebatur in Oxon. et in Schmidiana, aliisque edd. Paullo melius in edd. Steph. 34. *τεῦχε* Schmid. ex Ald. et Pal. C. ad metrum, pro *τεῦχεν.* 40. *θ. ἔχε* K. *ὠνόμασεν* Bodl. γ. Mirum, quod Palladi *nominis inuentum*, et quidem tale, tribuitur. Forte fuit *ὤπασεν*, *ἐκ κεφαλᾶν π. νόμον* — vt hoc sit praedicatum, a poeta ipso adiectum. 41. Si *κεφαλᾶν* est, cur non et *πολλᾶν?* [Heynius in textu corrig. *ὠνύμασεν.*] 42. *εὐκλεᾶ* Schmid. metro iubente, et Mingarello probante pro *εὐ-*

36. *καρπάλιμος* l. rapax l. celer, ex *ἁρπάλιμος*, ap. Homer. Reddit Schol. *ἰσχυρῶν*. *γνάθους ὠκείας* dixit poeta simili modo Nem. I, 63.

41. *ὠνόμασεν κεφαλᾶν πολλῶν νόμον.* Debuit ergo esse antiquum nomen vel epitheton in carmine *πολυκέφαλος νόμος αὐλοῦ*, respectu vel Gorgonum dua-

Α. β'. Κ. ιδ'.

Λεπτοῦ διανισσόμενον
Χαλκοῦ θ' ἅμα καὶ δονάκων,
Τοὶ παρὰ καλλιχόρῳ
Ναίοισι πόλει Χαρίτων,
Καφισίδος ἐν τεμένει,
Πιστοὶ χορευτᾶν μάρτυρες.
Εἰ δέ τις ὄλβος ἐν ἀν-
θρώποισιν, ἄνευ καμάτου
Οὐ φαίνεται. ἐκ δὲ τελευ-
τάσει νιν ἤτοι σάμερον

κλέα. λαοσσόων idem, vt iam Brub. Morell. et Steph. *λαοσδοων* Rom. et Crat. *λαοσσόον* Oxonienses nouarunt ex Bodl. *γ.* (et Aldo), perperam. Sic enim *μναστῆρα* duplex habet epitheton, *ἀγώνων* vero vacat. Cum Schol. accedat, non dubitaui *λαοσσόων* reuocare. 47. *Καφισίδος* Schmid. nec duplex *σσ* scribere necesse erat. Edd. reliquae *Καφησίδος* vitioso et hic. cf. sup. ad Ol. XIV, 1. 52. *ἤτοι σάμερον.* Supplent veteres: *ἤτοι ὕστερον, αὔριον.* Schmidius exponit *ἤτοι σάμερον, vel hodie etiam.* Ringitur pro more suo Pauw, et verbo se dicere velle ait, quod verum sit certo certius: *-τάσει νιν εἶτ' ἢ σάμερον. Δ. postea vel hodie.* An id satis graece dictum sit, equidem non dicam; scabrum vtique esse video. Nescio an lenior sit medicina: *-τάσει*

rum, quarum lamenta exprimebat; vel serpentum in earum capitibus. Addit Schol. aliud, quod chorus L virorum erat. Satis argute!

47. *Καφισὶς* Nympha, Cephisi filia, per quam designatur *Κωπαῒς λίμνη*, palus Copais. v. Fragm. Pind. pag. 88. XCIX. *μάρτυρες χορευτᾶν*, quatenus tibia accinit choro; *πιστοὶ*, nam numeros seruant.

49. Quae sequuntur, ad sollemnem poetae sententiam (v. sup. Pyth. VIII, 104 sq.) refero: cum *victoriam tanto clariorem esse* dicit, *si ea multo labore parata est; nec tamen successum in nostra manu esse, sed diuina voluntate obtingere.* Ait igitur: *Quaecunque felicitas* (*εἴ τις*) *inter homines est, sine labore non paratur. δαίμων δὲ ἐκτελευτάσει* (pro *ἐκτε-*

Δαίμων. τό γε μόρσιμον οὐ παρ-
φυκτόν. ἀλλ' ἔσται χρόνος
Οὗτος, ὃ καί τιν' ἀελπτίᾳ βαλὼν
Ἔμπαλιν γνώμας τὸ μὲν δώσει, τὸ δ' οὔπω.

νυν ἤτοι σάμερον· *aut nunc aut hodie*, h. *breui, et inopinato.* δαίμων ἐκτελευτᾷ, seu *fatum exitum habet* (vt Ol. VII, 124.) seu *deus euentum dat.* τελευτᾶν sane et actiue et immanenter ponitur. Si prius, referendum erit ad πόνον, non ad ὄλβον. 55. οὐ καί τιν' ἀελπτίαν βαλὼν Bodl. γ. contortior adhuc quam vulgata lectio. Locum non satis expedio. Vt tempus dicitur *alicui obiicere aliquid insperato*, sic, si recte capio, h. l. ὁ χρόνος βάλλειν dicitur τινὰ ἀελπτίᾳ, *percutere, opprimere, insperato*, ἀέλπτως.

λευτᾷ) νυν ἤτοι σάμερον, *euentum rerum dat deus aut nunc aut hodie:* pro: mox, h. serius citius; *nam, fato quod destinatum est, vitari nequit; sed erit aliquando tempus hoc*, quo id euenire potest; *idque etiam potest aliud dare, aliud negare, praeter spem et contra sententiam.* οὔπω v. 56. est simpl. οὐκ, vt saepe. h. possunt res aliter euenire, quam sperauerarmus et putaueramus. Has esse arbitror sententias; et distinguo: τό γε μόρσιμον οὐ παρφυκτόν· ἀλλ' ἔσται χρόνος οὗτος· ὃ καί, τιν' ἀελπτίᾳ βαλὼν, ἔμπαλιν —. Dura sane oratio; sed in sententiis frequens, inprimis in extremis carminis versibus. Scholiastae autem narrationem de fractis tibiis, et inanem, et nihil ad sensum facientem, nec interpretationem adiuuantem, relinquo. Similis sententia Ol. XII, 14 sq. ὃ καί, τιν' ἀελπτίᾳ βαλὼν, a iaculatione: *ferire, assequi aliquid*, dicitur *tempus*, βάλλειν τινὰ pro τί. Vt aliquis, qui aliqua re potitur, τυγχάνει, sic nunc *tempori* idem tribuitur: hora *aliquid consequitur*, (σὺν) ἀελπτίᾳ pro ἀέλπτως. Vox est etiam in Archilochi fragm. ap. Heraclid. Alleg. p. 412. vnde ap. Brunck. To. I. p. 42. XIII.

ΤΕΛΟΣ.

N E M E A

N E M E A

εἶδος ά.

ΧΡΟΜΙῼι ΑΙΤΝΑΙῼι

ἅρματι.

Argumentum.

Laudem victoris communicat cum insula — 29. Inde virtutes victoris celebrat, eiusque vitam inter strenua facta exactam; qua deducitur ad Herculis vitam laboriosam inde ab ipsis incunabulis, anguibus ab eo elisis a v. 49.

Σ. ά. Κ. ί.

Ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφεοῦ,
Κλεινᾶν Συρακοσσᾶν θάλος, Ὀρτυγία,

Variae Lectiones.

1. σεμνοῦ Ἀ. Schmidius, ad antitheticorum exemplum. [Vtitur versu Cic. ad Att. XII, 5. *Ex Schedis.*]

Notae.

Chromius Agesidami fil. Gelonis sororem matrimonio habuit: infra IX. alterum carmen in aliam eius victoriam est factum, vbi vid. Schol. ad v. 95. Cum *Aetnaeus* pronuntiatus sit, serior esse debuit victoria Aetna condita: forte Nem. XLVIII. (Ol. LXXVI, 4.).

1. Vt alias ob Syracusarum, sic nunc, vt variet haec poetica copia, (nec aliam caussam desi-

Λέμνιον Ἀρτέμιδος,
Δάλου κασιγνήτα· σέθεν ἁδυεπὴς
Ὕμνος ὁρμᾶται θέμεν
Αἶνον ἀελλοπόδων μέγαν ἵππων,
Ζηνὸς Αἰτναίου χάριν.
Ἅρμα δ' ὀτρύνει Χρομίου Νεμέα
Θ', ἔργμασιν νικαφόροις
Ἐγκώμιον ζεῦξαι μέλος.

Α. ά. Κ. ί.

Ἀρχαὶ δὲ βέβληνται θεῶν
Κείνου σὺν ἀνδρὸς δαιμονίαις ἀρεταῖς.

5. *Ἀρτάμιδος* Schmid. repetiit ex Commelin. et Plant. (quae non nisi riuuli edd. Stephan. sunt: nulla autem ex iis codices expressit: igitur nec auctoritatem lectionis habere potest.) Doricam formam esse Eustathius docet. cf. Gregor. Cor. p. 159. Atqui nec in ceteris Pindari locis nec in Theocrito ea occurrit. 11. *θεῶν* pro *ἐκ θεῶν* durum esse facile occurrit, facilis quoque emendatio *θεῷ*. Sic emendat etiam Dawes Misc. crit. p. 56. et Pauw: sed non minus durum est hoc; ille iungit *σὺν θεῷ*, quod bene dicitur; enimuero *θεῷ σὺν* quam durum! Pauwius interpungit: *Ἀρχαὶ δὲ β. θεῷ, Κείνου:* nec tamen satis diserte explicat. Saltem esset *θεῷ* accipiendum pro *ὑπὸ θεοῦ σὺν δαιμονίαις ἀρεταῖς κείνου ἀνδρὸς ἀρχαὶ βέβληνται* (sc. *ἔργμασιν νικαφόροις*). *initia et caussae ac fundamenta illius praeclari facinoris iacta sunt* (h. victoria illa

dero) ab Ortygiae, earum partis, laudibus initium facit: erat autem Chromius Syracusanus, mox Aetnaeus.

4. (*ἐκ*) *σέθεν ὁρμᾶται*, *a te orditur.* — 7. *Ζηνὸς Αἰτναίου χάριν*, *decus nouae coloniae Aetnae:* grandius sonat *Iouis Aetnaei.*

11. *ἀρχαὶ δὲ βέβληνται θεῶν κείνου σὺν ἀνδρὸς δαιμονίαις ἀρεταῖς.* Obscura est sententia et ambigua structura. Possunt *ἀρχαὶ* ipsarum *ἀρετῶν* esse, sententia poetae nostro sollenni: vt alter grammaticorum acceperat: *αἱ ἀρχαὶ ταῖς δαιμονίαις ἀρεταῖς ἀνδρὸς ἐκείνου βέβληνται*

Ἔστι δ' ἐν εὐτυχίᾳ
Πανδοξίας ἄκρον. μεγάλων δ' ἀέθλων
Μοῖσα μεμνᾶσθαι φιλεῖ.
Ἔγειρέ νυν ἀγλαΐαν τινὰ νάσῳ,
Τὰν Ὀλύμπου δεσπότας
Ζεὺς ἔδωκεν Φερσεφόνᾳ· κατένευ-
σέν τέ οἱ χαίταις, ἀρι-
στεύοισαν εὐκάρπου χθονὸς

profecta est) *a deo et praeclara viri virtute.* Sententiam poeta aliquoties repetit aliis in locis. Sin *ἀρχαὶ* ad *ἐγκώμιον μέλος* refertur, alia oritur sententia: quam in Notis vides. Mingarell. *βέβλητ' ἐκ θεῶν* et pro *κείνου* conj. *κλειτοῦ.* Vt *σὺν* expellas, substitues *κλεεννοῦ ἀ.* Sed in *κείνου* vix habes quod reprehendas. 14. *μεγίστων* Bodl. *γ.* 16. *Νῦν ἔγειρ' ἀ.* vulgo legitur. Cum dactylus requireretur, Schmidius *Νῦν ἔγερ'* legit pro *ἤγειρε*, scil. *Chromius.* Mingarell. tentabat *ἔγρε νῦν*, quia *ἔγρετο* occurrit Theocr. XXIV, 21. Iliad. *β*, 41. *ἐγρέμαχος* ap. Sophocl. Oed. Col. 1109. Oxonienses ex Bodl. *γ.* immutarunt *ἔγειρε νῦν*, nullo cum fructu. Potest amphimacer pro dactylo esse adhibitus in vulgata edd. lectione. Sed Bodleianae lectioni succurres, si scripseris *ἔγειρέ νυν.* ita dactylicis numeris praefixa est syllaba versus initio. Eandem formulam *ἀλλ' ἔγειρε* poeta adhibuit Ol. IX, 72. Nem. X, 59. — 18. *Περσεφόνᾳ* primum irrepsit in Morell. et hinc in Steph. Sic quoque Bodl. *γ.* 19. *χαίτας* Bodl. *γ.*

(ἐκ) *θεῶν.* Ita vero nec *σὺν* conuenit; et deberet esse *ἐκ θεῶν.* Restat alterum, vt aut ad *ἔργματα* aut ad *μέλος ἐγκ.* referantur *ἀρχαί.* Si *ἀρχαὶ ἐγκωμίου μέλους* iunguntur, sunt eae *caussae, materies hymni,* haec *parata est per praeclaras virtutes viri,* Chromii. *σὺν ἀρεταῖς* pro *διά.* At *θεῶν* durum est, pro *ἐκ θεῶν*, nec minus *θεῷ* pro *σὺν θεῷ*, aut, vt Dawes suadebat, *θεῷ σὺν* ex seq. versu: forte fuit *βέβλητ' ἐκ θεῶν* pro *βέβληντο, iacta erant,* seu pro *βέβληνται ἐκ* [Heynius correxit *ἐκ.*] *θεῶν.* Pergit v. 13. *Summum felicitatis culmen est in successu,* (in victoria, et) *praeclaram victoriam celebrat Musa.* In vss. 19 — 22. mihi etiamnum superest ambiguitas:

E. ά. K. ή.

Σικελίαν πίειραν ὀρθώ-
σειν κορυφαῖς πολίων ἀφνεαῖς·
Ὦπασε δὲ Κρονίων
Πολέμου μναστῆρά οἱ χαλκεντέος
Λαὸν ἵππαιχμον, θαμὰ δὴ καὶ Ὀλυμ-
πιάδων φύλλοις ἐλαιᾶν
Χρυσέοις μιχθέντα. πολλῶν ἐπέβαν
Καιρὸν, οὐ ψεύδει βαλών.

24. *χαλκέντεον* Bodl. *γ.* 25. *ὕπαιχμον* Bodl. *γ.* *θ᾽ ἅμα δὴ* lectum erat ab vno e Scholiastis, et sic Aldus; nec improbat Pauw. 27. *χρυσέοις* recte reſuxit pro *χρυσέοισι* Schmidius; est enim trochaicum. 28. *λαβὼν* Ald. Accipiebatur *βάλλειν καιρὸν* tanquam *σκοπὸν*, adeoque *figere: tempus non feriens mendacio.* Ita specteine *ὀρθώσειν* ad Proserpinam an ad Iouem; tum qua iunctura segregari possint inuicem tot casus secundi. *ὀρθοῦν* est ex voc. lyricis Pindaro varie frequentatis: modo *erigere, erectum constituere;* modo *erectum seruare;* hinc omnino *seruare,* vt Isthm. V, 62. quod et *ἀνορθοῦν:* (hinc *ὀρθόπολις* Thero Ol. II, 14. et *θεὸς ὀρθωτὴρ* Pyth. I, 109.) tum *exaltare, illustrem reddere, celebrare* Isthm. IV, 65. VI, 95. porro *confirmare animum* ad suscipiendum aliquid Pyth. IV, 106. et omnino *suscipere* et *facere:* Isthm. I, 64. *ξυνὸν ὀρθῶσαι καλὸν*, *decus statuere publicum.* Sic *ὀρθοῦν ὕμνον* Ol. III, 5. Iam *ὀρθῶσαι Σικελίαν* erit seu *regere* seu *illustrare* Siciliam. Si prius locum habet, referam ad Proserpinam, (*αὐτὴν*) *ὀρθώσειν Σικελίαν:* ad Iouem autem, si alterum. Reliqua non vno modo iungi possunt; vide an hunc praeferas: *Σικελίαν πίειραν, ἀριστεύουσαν, εὐκάρπου χθονὸς* (*ἕνεκα* vel *διὰ*), *κορυφαῖς πολίων ἀφνεαῖς.* h. *ἀριστεύουσαν πόλεσιν*, *principem*, *insignem vrbibus.* [An *πολίων* e. *χθονὸς* iung.? *Ex Schedis.*]

24. *πολέμου μναστῆρα.* Ex Homero: *studiosam bellorum.* [Pyth. XII, 42. *Ex Schedis.*]

28. *πολλῶν ἐπέβαν καιρὸν, οὐ ψεύδει βαλών. Syracusarum multas laudes se attigisse* ait, *at*

Σ. β΄. Κ. ι.

Ἔσταν δ' ἐπ' αὐλείαις θύραις
Ἀνδρὸς φιλοξείνου καλὰ μελπόμενος,
Ἔνθα μοι ἁρμόδιον
Δεῖπνον κεκόσμηται, θαμὰ δ' ἀλλοδαπῶν

quoque Pauw, sensu tamen parum expedito: vt toties faciunt viri docti in critica re occupati; vt satis constet, facilius iis fuisse veteres scriptores emendare, quam interpretari. Forte res ita enodari possit: *multa attigi*, (scil. ea, quae in Siciliae laudem dixerat) *opportunitatem iaculatus*, h. opportunitate vsus, et quidem *in veris laudibus*, οὐ ψεύδει. h. e. multa attigi, ex ipsa re nata, eaque vera. Praestat sequi, quod in Notis posui: ἐπέβαν πολλῶν (κατὰ) καιρὸν, οὐ σὺν ψεύδει βαλὼν (αὐτά). 29. ἐπαυλείαις vna voce Bodl. γ. Ald. Rom. Crat. et corrupte ἐπαυλίαις Brub. Morell. emendatum a Stephano.

vere. βάλλειν tanquam σκοπὸν, *de laude*, εὐστόχως, οὐ (σὺν) ψεύδει, *non aberrando*, notum est ex Pindari vsu, v. c. Ol. II, 160. XIII, 133-5. Tum praestat iungere πολλῶν ἐπέβαν (κατὰ) καιρὸν, καιρίως, *vere*, *opportune*, *scite*. Sic et Pyth. I, 157. (κατὰ) καιρὸν εἰ φθέγξαιο, πολλῶν πείρατα συντανύσαις ἐν βραχεῖ. Pergit v. 29.: Enimvero manendum mihi est in proposito, dum celebrandum mihi sumsi victorem Nemeum. Est autem ille multis laudibus insignis. Est hospitalis etc.

29-52. Sequuntur *laudes victoris*: primo loco *hospitalitatis*; tum v. 34. *mentis moderatae*; 36-43. quod ad rerum augendarum studia *corporis robore* ac *prudentia animi* pariter instructus est; tandem inde a 43. *generosus diuitiarum vsus* commendatur. Variata autem arte haec expedit: primo ait *se venire cum carmine suo ad virum φιλόξενον*: nam ἔσταν ἐπὶ θύραις, quod in conuicium poetae vulgo vertitur, est idem ac κωμάζω. *Est autem is, quem celebro, vir φιλόξενος*. — Porro καλὰ μελπόμενος, *laudes eius canens*, (et sic saepe se ad domum victoris cum carmine venire, accedere, ait, aut κῶμον nuntiat, ducit.) ἔνθα μοι. *vbi et mihi mensa hospitalis parata est*, h. e. cui ego ipse hospitii

Οὐκ ἀπείρατοι δόμοι
Ἐντί. λέλογχε δὲ μεμφομένοις ἐσ-
λὸς ὕδωρ καπνῷ φέρειν

34. 35. ἐσ-λῶς, Dorice pro ἐσθλοὺς, ex Scholiis, in quibus interpretatio varie tentatur, illatum est a Schmidio. ἐσλὸς tamen est communis lectio, eaque adducere potest ad aliam interpretationem: ὁ ἐσλὸς λέλογχε φέρειν μεμφομένοις (οἷον) ὕδωρ ἀντίον καπνῷ, *vir probus hac fortuna vtitur, vt obtrectatoribus quasi aquam ferat contra fumum*, extinguat eorum calumnias, scil. probitatis suae experimentis. Bona sententia! modo non in metrum peccaret hoc ἐσλός! Et videri potest illa altera lectio ex deprehenso vitio metrico subnata esse; laborat enim pes: itaque Pauwius fulcrum interponebat: —λός γ'. Veruntamen ipsum ἐσλὸς pro accusatiuo plurali haberi poterat, vt ap. Theocrit. τὰς παρθένος, et

iure iunctus sum. *θαμὰ δὲ* — *saepe enim ab hospitibus frequentatur eius domus.* οὐκ ἀπείρατοί ἐντι dictum pro οἱ ἀλλοδαποὶ θαμὰ τῆς οἰκίας πειρῶνται, *saepe eius domum adeunt exteri.* vt *iter* dicitur *tentari*, *locus tentari*, *mare*, quod aditur. 34. Sequitur *moderatio erga obtrectatores.* Potest Scholion ad h. l. exemplo esse, quam parum firmis principiis et rationibus saepe veteres interpretationes suas superstruxerint; ita vt verendum nobis haud sit, ne, auctoritatem eorum deserendo, in reprehensionem incurramus. Excutiat aliquis singulas, et primo loco eam, quae ipsis Aristarchi verbis proposita est: τοῖς δὲ τοὺς ἀγαθοὺς μεμφομένοις τοῦτο λέλογχε, καὶ ὑποκείμενόν ἐστιν, οἷον ἀκολουθεῖ, ὥσπερ καπνῷ ὕδωρ φέρειν ἀντίον, κατασβεννύναι. *iis, qui viris bonis obtrectant, id plerumque euenire solet, vt quasi aduersus fumum* (incendium) *aquam ferant ad extinguendum.* Quorum sententiam me non satis assequi, lubenter fateor. Debebat saltem ordo et sententia sic constitui: λέλογχε, *ita vsu euenit*, τοὺς ἐσλὸς (ἐσθλοὺς) φέρειν ἀντίον τοῖς μεμφομένοις (οἷον) ὕδωρ καπνῷ. *vt viri boni obtrectatoribus quasi aquam ferant aduersum fumum:* h. vt obtrectatorum calumnias restinguant seu beneficiis suis (v. ad 32. 33. 34.) seu honestate et generosis factis, quemadmodum ignis restinguitur aqua affusa. Haec sane conueniunt cum verbis et cum contextu et cum ipsa re. Ob-

Ἀντίον. τέχναι δ' ἑτέρων ἕτεραι.
Χρὴ δ' ἐν εὐθείαις ὁδοῖς
Στείχοντα μάρνασθαι φυᾷ.

Α. β'. Κ. ι.

Πράσσει γὰρ ἔργῳ μὲν σθένος,
Βουλαῖσι δὲ φρὴν, ἐσσόμενον προϊδεῖν,
Συγγενὲς οἷς ἕπεται.

ita ipse Aristarchus sensisse videtur, qui ἐσλὸς antiquo vsu pro ἐσλοὺς dictum ait. Felicior est Mingarelli conj. —λὸς καπνῷ ὕδωρ φέρει, permutata binarum vocum sede. In v. 35. καπνὸν Bodl. γ. exhibet vitiose. 40. Interpunctionem mutaui, vt sensus commodus exiret. Erat: —φρήν· ἐσσόμενον προϊδεῖν Συγγενὲς, οἷς ἕπεται. Forte fuit φρὴν, τὸ 'σσόμενον.

trectatorum tuorum conatus ita facillime infregeris, si eorum malitiam contemseris et in honestatis ipse studiis perseueraveris. Vnum tamen est, quod premat, quod λέλογχε absolute dictum, analogiam quidem habet, vsu probari nequit; praestare adeo videtur altera ratio, in V. L. apposita, vt sit ὁ ἐσλὸς λέλογχε (τοῦτο, τὸ) φέρειν, si modo verbis traiectis metro satisfeceris: ἐσ-λὸς καπνῷ ὕδωρ φέρειν. Ita λέλογχεν, ἔλαχε, pro ἔχει. *habet hoc tanquam sortito, est hoc ei sollenne.* 36. Sequentes laudes, *Chromius robur corporis cum animi prudentia coniungit*, in locum communem mutauit: *Varia hominum sunt studia:* τέχναι, alias ἀρεταί, μελέται. — στείχοντα ἐν εὐθείαις ὁδοῖς, *recta vero, honesta, studia persequendo*, χρὴ μάρνασθαι (σὺν) φυᾷ, *allaborandum est pro cuiusque ingenio et natura.* (Sic φυᾷ Pyth. VIII, 61. 62.) πράσσει (συμπράσσει) γὰρ ἔργῳ (ἐν ἔργοις) μὲν σθένος. *Ad certamina prodest robur, ad consilia prudentia,* (ὥστε τούτους,) οἷς συγγενὲς ἕπεται (οἷς συγγενές ἐστι τοῦτο, πάρεστι φυᾷ. vel οἷς τὸ συγγενές ἐστι, ita vt P. X, 19. N. VI, 15.) προϊδεῖν (τὸ) ἐσσόμενον. *ita vt prouideant euenta ii, quibus a natura hoc datum est. Tu, Chromie, naturae beneficio habes*

Ἀγησιδάμου παῖ, σέο δ' ἀμφὶ τρόπῳ
Τῶν τε καὶ τῶν χρήσιες.
Οὐκ ἔραμαι πολὺν ἐν μεγάρῳ πλοῦ-
τον κατακρύψαις ἔχειν·
Ἀλλ' ἐόντων, εὖ τε παθεῖν καὶ ἀκοῦ-
σαι, φίλοις ἐξαρκέων.
Κοιναὶ γὰρ ἔρχοντ' ἐλπίδες

44. οὐκ ἔρασαι conj. Mingarell. nec male.

vtrumque. τρόπῳ quod ante φυᾷ, et ἀμφὶ τρόπῳ σέο, pro διὰ τρόπον. τῶν τε καὶ τῶν χρήσιες (εἰσί σοι), *vteris et hoc et illo,* habes. Iam v. 43. quod *de victore* dicere volebat: Tu opes tuas in studia honesta, vnde laudes consequaris, effundis; *ad se* reuocat: *Nolo in congerendis diuitiis studium collocare, sed, liberaliter inde amicos iuvando, strenue factis, etsi aerumnosis, gloriam parare.* Ἀλλ' (ἔραμαι, ἐξ) ἐόντων φίλοις ἐξαρκέων, εὖ τε παθεῖν καὶ ἀκοῦσαι, *bene rem gerere* (laudanda facere) *et laudem consequi.* vt Pyth. I, 191. εὖ δὲ παθεῖν, τὸ πρῶτον ἄθλων (*bonum successum habere, feliciter rem gerere*), εὖ δ' ἀκούειν, *laudari,* δευτέρα μοῖρα. Isthm. V, 17. εἴ τις, εὖ πάσχων, λόγον ἐσλὸν ἀκούῃ. conf. sup. ad Ol. VIII, 96. (igitur *suauem vitam* non designat.) Quae sequuntur v. 48 sq., tam concise extulit poeta, vt diuinatione potius opus sit quam interpretatione: κοιναὶ γὰρ ἔρχοντ' ἐλπίδες πολυπόνων ἀνδρῶν. (cf. V. L.) [Si ad anteced., erit: nam hominum casus fortunae sunt communes, vt sint quibus tu de tuis impertias, quia egent. *Ex Schedis.*] Equidem amplectar hoc, πολυπόνους ἄνδρας esse h. l. *qui magnas res suscipiunt ac gerunt*, et ad εὖ παθεῖν καὶ ἀκοῦσαι referam, hoc quidem sensu: *Nam communia haec sunt vota virorum, qui magna audent:* in votis habent, *vt et feliciter res gerere et laudes consequi sibi contingat.* ἔρχεσθαι, ἰέναι, est, vt interdum *venire*, pro *esse:* vt Ol. I, 161. Facit nunc poeta, cum πολυπόνους ἄνδρας memorasset, transitum ad Herculis laudes paullo abruptius v. 49.: *At ego in magnis virtutibus* (quoties ardua mihi facta celebranda sunt) *lubenter Herculis mentionem facio*, (prorsus vt Pyth. IX, 151. κωφὸς ἀνήρ τις, ὃς Ἡρακλεῖ στόμα μὴ παραβάλλει, μηδὲ Διρ-

Ε. β΄. Κ. η΄.

Πολυπόνων ἀνδρῶν. ἐγὼ δ᾽ Ἡ-
ρακλέος ἀντέχομαι προφρόνως,
Ἐν κορυφαῖς ἀρετᾶν
Μεγάλαις, ἀρχαῖον ὀτρύνων λόγον·
Ὡς, ἐπεὶ σπλάγχνων ὕπο ματέρος αὐ-
τίκα θαητὰν ἐς αἴγλαν
Παῖς Διὸς ὠδῖνα φεύγων διδύμῳ
Σὺν κασιγνήτῳ μόλεν,

Σ. γ΄. Κ. ι΄.

Ὥς τ᾽ οὐ λαθὼν χρυσόθρονον

49. Minorem post *ἀνδρῶν* ponebam *στιγμήν*, vt coniuncta sensu essent: *Κοιναὶ γὰρ — ἐγὼ δ᾽*. Vidi tamen postea commodam sententiam sic elici non posse. 53. Iungo *ὠδῖνα ὑπὸ σπλάγχνων*. cf. ad Ol. VI, 73. nisi *ὑπὸ* est pro *ὑπ᾽ ἐκ*. [V. Hermann. ad Eurip. Hec. v. 55. *Ex Schedis.*] 55. *Διός γ᾽* colon trochaicum poscit, monente Pauw. 57. *Ὥς τε* prorsus importunum. Pauw emendat vel *ὥς γ᾽*, *sic non latens Iunonem;* vel *Ὦπ᾽ οὐ λαθὼν χρυσοθρόνου Ἥρας*. Vitium latere potest aut v. 53. in *ὡς, ἐπεί*, cum continuanda esset oratio per *ὥς τε* v. 57. *et vt;* aut in altero *ὥστ᾽ οὐ λαθὼν*, quod probabilius, vt eiiciendum sit *ὥστε*, quod ex int pretatione adhaesit, et pro *οὐ* fuerit *οὐ δή*, *οὐ μάν*, *οὔπω λαθών*, aut simile quid.

καίων ὑδάτων ἀεὶ μέμναται) antiquam narrationem repetendo. *ὀτρύνειν λόγον*, vt *ὄρσαι ἀοιδήν*. Et *κορυφαὶ ἀρετᾶν* et *κορυφὰ ἀέθλων* Ol. VII, 67. *summae virtutes:* vt Ol. I, 21. et *facta:* vt mox Nem. III, 55. 56. Transitum dixi paullo abruptiorem. Mingarellus ita cupiebat nexum inferre: *A te, o Chromie, non communia, sed eximia expecto, et de te fere ita ominor, vt de Hercule Tiresias.*

57. *ὥστ᾽ οὐ λαθὼν χρυσ.* Sententia a v. 53. procedit: *ὡς παῖς Διός, αὐτίκα ἐπεί, cum primum — μόλεν, οὐ λαθὼν — ἐγκατέβα*. Vitiosum igitur est

Ἥραν κροκωτὸν σπάργανον ἐγκατέβα.
Ἀλλὰ θεῶν βασίλεια
Σπερχθεῖσα θυμῷ πέμπε δράκοντας ἄφαρ.
Τοὶ μὲν οἰχθεισᾶν πυλᾶν
Ἐς θαλάμου μυχὸν εὐρὺν ἔβαν, τέ-
κνοισιν ὠκείας γνάθους
Ἀμφελίξασθαι μεμαῶτες. ὁ δ' ὀρ-
θὸν μὲν ἄντεινεν κάρα,
Πειρᾶτο δὲ πρῶτον μάχας,

Α. γ'. Κ. ι.

Δισσαῖσι δοιοὺς αὐχένων
Μάρψαις ἀφύκτοις χερσὶν ἑαῖς ὄφιας·
Ἀγχομένοις δὲ χρόνος
Ψυχὰς ἀπέπνευσεν μελέων ἀφάτων.
Ἐκ δ' ἄρ' ἄτλατον δέος
Πλᾶξε γυναῖκας, ὅσαι τύχον Ἀλκμή-

58. *ἐγκατέβαν* Bodl. γ. et Ald. 59. Abundat in fine versus syllaba. Schmidius *βασιλὶς* reposuit. Pauw *βασιλὴ* ex Hesychio huc transfert. Ad meum sensum scripserat *βασίλεα*, et *εα* fuit vna syllaba pronuntiatum, vt tot alia. 68. *μάρψας* Bodl. γ. et Ald. 69. *Ἀγχόμενοι δέ, χρόνῳ ψυχὰς ἀπέπνευσαν* Benedictus interpolauit: quae vulgaris ratio est pro exquisita et Pindarica. Sic et Pauw iudicat. 71. *βέλος* Oxon. ex Bodl. γ. dederant: vulgo omnes *δέος*, quod rei accommodatius est, etsi alterum magis lyricum; nam *βέλος* esset pro *dolore* dictum. *ἄτλαντον* Scholiis praefixum.

quod altero loco ὡς iterato scribitur v. 57. ὥς τ' οὐ λαθών. v. V. L. Itaque sit, hoc ὥς τε abiecto, sententia: 53. *quomodo, postquam cum fratre, Iphiclo, natus fuit, non latens Iunonem puer fasciis inuolutus est.*

νας ἀρήγοισαι λέχει.
Καὶ γὰρ αὐτὰ, ποσσὶν ἄπεπλος ὀρού-
σαισ᾽ ἀπὸ στρωμνᾶς, ὁμῶς
Ἄμυνεν ὕβριν κνωδάλων.

Ε. γ΄. Κ. ή.

Ταχὺ δὲ Καδμείων ἀγοὶ χαλ-
κέοις σὺν ὅπλοις ἀθρόοι ἔδραμον.
Ἐν χερὶ δ᾽ Ἀμφιτρύων
Κολεοῦ γυμνὸν τινάσσων φάσγανον
Ἵκετ᾽, ὀξείαις ἀνίαισι τυπείς.
Τὸ γὰρ οἰκεῖον πιέζει
Πάνθ᾽ ὁμῶς· εὐθὺς δ᾽ ἀπήμων κραδία
Κᾶδος ἀμφ᾽ ἀλλότριον.

75. *ἀπὸ στρωμνᾶς, ὁμῶς Ἄ.* interpunctionem sequor Pauwio probatam: nam *pariter cum ceteris accurrit* Alcmena. Vulgo, *ἀπὸ στρωμνᾶς ὁμῶς, Ἄ.* quod esset: *illa cum ceteris* mulieribus *exsiliit cubili.* Stephanus primus intulit: *ἀπὸ στρωμνᾶς, ὅμως Ἄ.* 78. *ἀθρόοι ἔδραμον* omnes vulgati. Nec apparet, cur aut vnde Oxonienses mutauerint: *ἔδραμον ἀθρόοι.* 80. Versum refinxerunt Oxon. ex Bodl. *γ. κολεοῦ γυμνὸν φάσγανον τινάσσων.* sed vt metro responderet, saltem *τινάσσων φάσγανον* scribere debebant. Vulgaris lectio et ipsa metro infesta erat: *Κ. γ. ξίφος ἐκτινάσσων*, ex glossa, vt mihi videtur, nata. Pauwio visum, olim alteram lectionem fuisse in libris: *Κ. γ. τινάσσων ἐκ ξίφος*, pro *ἐκτινάσσων.* 83. *ἀπήμων* per *ἀπήμαντος* (non *εὐπήμαντος*) explicat, vtpote in soluta oratione, Pausan. X, 22. p. 852. *κραδία* Schmidius, propius ad legem versus, pro *καρδία.* 84. *ἀμφαλλότριον* Bodl. *γ.* cum Aldo.

82. *Domesticum enim malum πιέζει, λυπεῖ, πάντα* (pro *πάντας*) *pariter; cum in alieno luctu statim animus sit expers doloris, ἀπήμων, intactus, liber, solutus*, h. facile deponitur luctus.

Σ. δ'. Κ. ι.

Ἔστα δὲ θάμβει δυσφόρῳ
Τερπνῷ τε μιχθείς. εἶδε γὰρ ἐκνόμιον
Λῆμά τε καὶ δύναμιν
Υἱοῦ. παλίγγλωσσον δέ οἱ ἀθάνατοι
Ἀγγέλων ῥῆσιν θέσαν.
Γείτονα δ' ἐκκάλεσεν Διὸς ὑψί-
στου προφάταν ἔξοχον,
Ὀρθόμαντιν Τειρεσίαν. ὁ δέ οἱ
Φράζε καὶ παντὶ στρατῷ,
Ποίαις ὁμιλήσει τύχαις,

Α. δ'. Κ. ι.

Ὅσσους μὲν ἐν χέρσῳ κτανὼν,
Ὅσσους δὲ πόντῳ θῆρας ἀϊδροδίκας,
Καί τινα σὺν πλαγίῳ
Ἀνδρῶν κόρῳ στείχοντα, τὸν ἐχθρότατον
Φᾶσέ νιν δώσειν μόρον.

90. *ἐκκάλεσεν* Schmid. ex Aldo: et sic Bodl. *γ.* *ἐκάλεσε* prima peccauerat ed. Rom. 96. *ὅσσους δὲ πόντῳ.* Sic metro iubente emendarat Schmidius, cui debebant obtemperare Oxon. qui reuocauerant ὅσσους δ' ἐν π. 97. 8. 9. Impedita et dura oratio. *νιν* volunt pro *αὐτῷ* dictum. Pindarus structura excidit. Pauw et Mingarell. emendant: *χ' ὅντινα — στείχοντα· τῷ* ἐ. h. *τούτῳ.* Non male. [Hermann. ad Orph. p. 788. *φᾶσέν ἰν.* *Ex Schedis.*]

Mox 85. 86. *μιχθείς*, vt saepe *μιχθῆναι, admoueri, προσαχθῆναι:* adeoque h. l. *affectus erat et admiratione et voluptate.*

88. *παλίγγλωσσον θέσαν.* Ad verbum: dii rem ita moderati erant, vt nuntiorum narratio esset contraria ei quod vere euenerat.

92–99. Interpretatus est ostentum Tiresias (*φράζε*), *ὅσους μὲν ἐν χέρσῳ, ὅσους δὲ πόντῳ θῆρας κτανὼν* (*occidendo*) *ποίαις ὁμιλήσει τύχαις.* In seqq. stru-

Καὶ γὰρ ὅταν θεοὶ ἐν πεδίῳ Φλέ-
γρας Γιγάντεσσιν μάχαν
Ἀντιάζωσιν, βελέων ὑπὸ ῥι-
παῖσι κείνου φαιδίμαν
Γαίᾳ πεφύρσεσθαι κόμαν

Ε. δ΄. Κ. η΄.

Ἔνεπεν, αὐτὸν μὰν ἐν εἰρά-
νᾳ τὸν ἅπαντα χρόνον σχὲν ἀεὶ
Ἀσυχίαν, καμάτων

103. *φαιδίμων* malit Pauw, ne ambigua sit oratio ex subintellecto *αὐτῶν*. Ita vero noua ambiguitas existit, si *βελέων φαιδίμων* aliquis iunxerit. 105. *ἔννεπεν* inuexit Rom. editio. Schmidius retraxit *ἔνεπεν* ex Ald. et Bodl. *γ*. in quo et *μὲν*. Fuit *εἰράνᾳ*, non, vt vulgg., *εἰρήνᾳ*. 106. *σχεῖν ἀεὶ* restituerunt ex Bodl. *γ*., cum quo Scholia consentire videntur, Oxonienses: metrum postulat *σχὲν ἀεὶ*, quod Pauwius quoque monuit. Vulgaris lectio erat *χρόνον σχερῷ*, vel *σχερῷ*, quod exhibet Ald. et Rom. tum *σχερῷ* Cratand. Brub. Deerat sic vna syllaba in colo dactylico, et forma loquendi est communi vsu *ἐπισχερῶ*, vel *ἐνσχερῶ*, pro *ἐν σχερῷ*, (vt inf. Isthm. VI, 32. *ἐν σχερῷ*) et *ἐπὶ σχερῷ*, ex *σχερὸς*, *continuus*, a *σχέω*, vt bene docet etiam Pauw inf. ad Nem. XI, 50. cf. ad Hesych. in h. v. Pauwius duplicem olim lectionem fuisse suspicatur: alteram, quam primo loco memorauimus — *σχὲν ἀεί:* alteram, (quae merus ingenii lusus est) *ἐν εἰρήνᾳ τὸν ἅ. χρόνον ἐχυρῷ* (h. *ἀσφαλεῖ*) *ἡσυχίαν*, *κ. μ. π. λαχόντ᾽ ἐξαίρετον*, etc. vt ab *αἰνίσσειν* omnis pendeat oratio.

cturam verborum mutasse videri debet Pindarus. Debebat esse: *καὶ τίνι στείχοντι — δώσει μόρον* Hercules: haec inuertit: *καί τινα κτανὼν*, *φᾶσεν*, *ἔφη*, *νιν* (Herculem) *δώσειν μόρον* (*αὐτῷ*), *illum esse mortem illaturum* ei: *τῷ στείχοντι*. Etsi nondum veritati loci satis confido. *τὸν ἐχθρότατον μόρον*, ne langueat, eritne *dirissimum mortis genus?* Porro *σὺν πλαγίῳ κόρῳ στείχοντα* h. *σὺν ὕβρει*. *πλάγιος* pro *ἄδικος*, *prauus*. oppon. *ὀρθός*. Isthm. III, 8. *πλάγιαι φρένες*.

Μεγάλων ποίναν λαχόντ' ἐξαίρετον
Ὀλβίοις ἐν δώμασι, δεξάμενον
Θαλερὰν Ἥβαν ἄκοιτιν,
Καὶ, γάμον δαίσαντα, πὰρ Διὶ Κρονίδᾳ
Σεμνὸν αἰνήσειν δόμον.

108. Lenior est iunctura, si poeta scripsit: *λαχέν τ' ἐ.* pro *λαχεῖν — καὶ αἰνήσειν.* Mingarellus conj. *ὀλβίοις δ' ἐν.* bene. Interpunxi etiam post *δώμασι.* Alii post *ἐξαίρετον.* 111. *πὰρ Διὶ* pro spondeo; non ergo opus est diaeresi *Διΐ.* 112. *δόμον* friget vtique. Bodl. *γ. γάμον*, deterius etiam. Mingarellus *δόμον* faciebat subiectum: *conuentum deorum esse laudaturum Herculem.* vt Aeschyl. Pers. 580. *πενθεῖ δ' ἄνδρα δόμος στερηθείς.* et in *conuentu illo* potissimum Musas et Apollinem animo designabat. Dura tamen haec multo magis frigent. Latet exquisitior vox: an *ἕδος*? vt *mirari* dicatur *sedem deorum augustam.* Scholiastes: *οὗτινος Διὸς καὶ θαυμάσει τὴν σύνοδον. εἷς δὲ ἐκ τῶν θεῶν γενόμενος, σύννομος ἔσται τοῖς οὐρανίοις θεοῖς.* Ex altero forte Pauw sumsit, quod coniicit: *σεμνὸν νόμον*, *fatorum leges et decreta*, quibus Hercules post labores arduos immortalitatem est assequutus. [*δώμασι — δόμον.* Gilb. Wakefield vitium in priore quaerit, et em. *στρώμασι.* Mox quoque *αἰνήσειν* mutat in *ἀντήσειν.* (Silv. Part. I. p. 77.) *Ex Addendis.*]

112. De nouissimis vss. dixi in V. L. Simplicissimum mihi videbatur, *ἔνεπεν*, *vaticinatus est*, Herculem perpetua requie esse fruiturum ducta Hebe, *et celebratis nuptiis perpetuo apud Iouem esse victurum*, *πάρεδρον Διί*, quod Horatius extulit III, 3, 35. *adscribi quietis ordinibus deorum;* aut, si *ἕδος* probetur, *sedem et locum esse habiturum.* *αἰνήσειν* pro *ἕξειν*, ornatius, cum significatione *animi sua sorte contenti*, probantis et laudantis id quo fruitur.

NEMEA

εἶδος ϛ'.

ΤΙΜΟΔΗΜΩι ΑΘΗΝΑΙΩι

παγκρατιαστῇ.

Argumentum.

Prima Timodemi [qui Atheniensis Salaminem concesserat. v. ad v. 19. *Ex Schedis.*] victoria fuerat haec in Nemeis — 8. Auguratur poeta plures alias in posterum, etiam Isthmiis et Pythiis — 18. idque multo magis ex eo, quod et Salaminii et Acharnenses, et ipsa stirps Timodemi, victoriis multis inclaruerant.

Ὀγδοὰς α'.

Ὅθεν περ καὶ Ὁμηρίδαι
Ῥαπτῶν ἐπέων τὰ πόλλ' ἀοιδοὶ

Est haec Ode *μονόστροφος*, distributa in strophas octo versuum, *ὀγδοάδας*. Metrum interpolauerat Schmidius: v. 2. *ἄρχον-* et sic porro in ceteris strophis secundo versui duas syllabas ex tertio adiecit. v. Pauw ad v. 3. Nam ante eum editum erat: *Ῥαπτῶν — ἀοιδοὶ Ἄρχονται Διὸς ἐκ προοιμί-*, quod iterum reuocaui, cum ipsum aurium iudicium postulare videretur: sed mouit virum doctum, quod sic vs. 27. et 33. a trochaeo ordiuntur. 2. Possunt iungi et *ῥαπτῶν ἐπέων ἀοιδοί*, et *ἀρχόμενοι τοῦ προοιμίου ῥαπτῶν ἐπέων*. [1. 2. Strabo XIV. p. 955. B. C. *Ex Schedis.*]

1. Ordo verborum varie potest institui. Praeferam: *Ὅθεν περ καὶ Ὁμηρίδαι, ἀοιδοὶ ῥαπτῶν ἐπέων, (κατὰ) τὰ πολλὰ ἄρχονται τοῦ προοιμίου, ἐκ Διός, (ἔνθεν) καὶ* etc. [*ὅθεν περ* — et

Ἄρχονται Διος ἐκ προοιμί-
ου· καὶ ὅδ᾽ ἀνὴρ
Καταβολὰν ἱερῶν ἀγώνων
Νικαφορίας δέδεκται πρῶ-
τον, Νεμεαίου
Ἐν πολυϋμνήτῳ Διὸς ἄλσει.

Θ. β'.

Ὀφείλει δ᾽ ἔτι, πατρίαν
Εἴπερ καθ᾽ ὁδόν νιν εὐθύπομπος

5. *ἱερᾶν ἀγώνων* edebatur. Recte dubitant Schmidius et Pauw, an *ἱερᾶν* hoc genere Dores extulerint. Legeraut forte, vt Pauw suspicatur, nonnulli *καταβολὰν ἱερὰν*. Quare Schmidio assentior rescribenti *ἱερῶν*. Bodl. γ. *ἱρᾶν*. 6. *Νικαφορίας δέδεκται* 7. *Πρῶτον Νεμεαίου* versus descripti erant ante Schmidium. cf. Pauw. Ald. *πρῶτα Νεμαίου*. *Νεμαίου* etiam ex Bodl. γ. notatum. Possis suspicari *πρώταν* fuisse lectum. 9. *δέ τι* omnes vett. praeter Crat. et Steph. cum Schol. vnde ceterae *δ᾽ ἔτι*. Etiam Bodl. γ. *δέ τι* et *πατρῴαν*. 10. *εὐθυπομπὴς* receperunt ex Bodl. γ. Oxonienses, vt e Schmidii metiendi ratione — *εὐθύπομπος αἰὼν* syllabam producerent: qua analogia, non dicam. Vbique lectum *εὐθύπομπος*, quod vnice verum. Sed versus finiri debebat in hac voce, et

ἐκ Διὸς parum placet. Iunge, *ἐκ Διὸς, ὅθεν περ* —. *Ex Schedis.*] *Prooemia*, quibus rhapsodi proludebant recitationibus, *a Ioue* illa petita, nunc nota res sunt. De *Homeridis* v. Schol. ad h. l. cf. Isthm. IV, 66. Videntur autem *ῥαπτὰ ἔπη* non vno modo dicta: *primum*, quatenus *ῥάπτειν ἔπη* est *versus facere, componere; tum*, quatenus *diuersas Iliadis partes*, *ἔπη*, quas memoria tenebant, *deinceps aut iunctim recitabant.* Mox v. 5. de voc. *καταβολὴ* propr. *fundamentum* designante v. Schweighaeus. Emendatt. in Suid. pag. 66.

9. *ὀφείλει δ᾽ ἔτι* debet esse *ὀφειλόμενόν ἐστι*, (sed v. V. L. ad v. 16.) *Τιμονόου παῖδα δρέπεσθαι — νικᾶν τε Πυθίοισι.* — *καθ᾽ ὁδὸν πατρίαν*, patris instituto, exemplo. Pater et ipse fuit pugil, et forte idem victor in Isthmiis et Pythiis.

Αἰὼν ταῖς μεγάλαις δέδωκεν
Κόσμον Ἀθάναις,
Θαμὰ μὲν Ἰσθμιάδων δρέπεσθαι
Κάλλιστον ἄωτον, ἐν Πυθί-
οισί τε νικᾷν
Τιμονόου παῖδ'. ἔστι δ' ἐοικὸς,

Ο. γ'.

Ὀρειᾶν γε Πελειάδων
Μὴ τηλόθεν Ὠρίωνα νεῖσθαι.

v. 11. *Αἰὼν ταῖς μ.* v. ad v. 2, Tum *κάθοδον* vitiose Ed. Rom. Brub. Morell. emendate Crat. Steph. etc. 14. Ante Schmidium: *Πυ-* 15. *θίοισί τε νικᾷν.* Porro *δὲ* Schmid. 16. Vt nunc scribitur et interpungitur, *Τιμονόου παῖδ'* pendet ab *ὀφείλει* v. 9. Absolute hoc et impersonaliter poni, vt *ὀφείλει, Τιμονόου παῖδα νικᾷν*, sit: *necesse est, Timonoi filium vincere,* equidem nec factum alibi memini, nec fieri posse arbitror. Si ab *ὀφείλει* pendet, haud dubie erit *παῖς*. Si *παῖδα* tuearis, dicendum fraudem in seqq. latere, vt partim ex Schol. assequi in promtu est, et scriptum fuisse: *ἐν Πυθίοισι δὲ νικᾷν Τιμονόου παῖδ', ἔστιν ἐοικὸς, Ὀρειᾶν τε Πελειάδων μὴ τηλόθεν Ὠρίωνα νεῖσθαι, etiam Pythiis fore vt vincat Timonous, probabile fit, non secus ac Orionem instare Pleiadibus.* Praefero tamen prius. Cum semel Nemea vicerit, fieri non potest, quin Pythica, et post eam Olympica victoria sequatur. Hoc suo more extulit: Quomodo Orion a Pleiadibus disiunctus esse, absistere, nequit: ita nec diu aberit Olympica olea. Porro *ἔτι δ'* Bodl. *γ*. 17. *Πελιάδων* Ald. Sed *Πλειάδες* etiam dictae *Πελειάδες*. vnde et eaedem narrantur in columbas mutatae, cum Orionis vim fugerent. v. Schol. ad h. l. Fragm. Pind. p. 49. et primo loco Athen. XI.

11—18. *Si vita, procedens eodem tramite, destinauit eum,* h. e. *si fato ille destinatus est, tanquam decus futurum Athenis in instituto patris:* (scilicet et is pugil vel pancratiasta et victor fuit:) *multas ille victorias Isthmicas et Pythicas*

Καὶ μὰν ἁ Σαλαμίς γε θρέψαι
Φῶτα μαχατὰν
Δυνατός. ἐν Τροΐᾳ μὲν Ἕκτωρ
Αἴαντος ἄκουσεν, ὦ Τιμό-
δημε, σὲ δ' ἀλκὰ
Παγκρατίου τλάθυμος ἀέξει.

p. 489. 490. 491. qui etiam h. l. nostri recitat, cum Scholiorum parte, p. 490. F. cf. Eustath. ad Iliad. Σ, 486. item p. 869, 40. et p. 1535, 50. 1712. 1713. vbi Athenaeum exscribit. Hygin. Astron. II, 22. Schol. Arat. Phaenom. 266. Vocis ὀρειᾶν interpretationes et etymologiae ab ὄρος, ὅρος, οὖρος, οὐρὰ, ὅρω sunt plures ap. Schol. et Athen. l. c. Si *montanas* accipimus, dictae sunt tanquam nymphae montis Cyllenii. ὀρίαν (debebat saltem ὀριᾶν) exaratum est apud Athen. l. c. et Eustath. l. c. Crates Grammaticus apud Schol. et ap. Athen. l. c. θερειᾶν scripserat, quod equidem praefero; error ortus est ex forma τοῦ Θ et Ο. quandoquidem messis tempus suo ortu nuntiabant veteri Graeciae Pleiades. v. Hesiod. Ἔργ. 383. 616. 7. Arat. Phaen. 266. loca iam ab intpp. notata. — 18. — νεῖσθαι καὶ μὰν 19. ἁ Σαλαμίς Schmidius. 18. Ex Schol. Nemeorum prolegomenis laudat Schmidius: Ὠαρίων (Ὠαρίων) ἀνεῖσθαι. Eustath. ad Homer. Odyss. ε, 274. p. 1535, 50. Πίνδαρος δὲ ἐν τῷ, ὀρίαν ἢ ὀριᾶν Πελειάδων μὴ τηλόθι Ὠαρίωνα νεῖσθαι ἢ κεῖσθαι. — 21. Τροίᾳ vulgo; Τροΐᾳ resolutis literis Schmidius propter antitheticos scripsit; ridet factum Pauw, quippe esse colon trochaicum. Concedam ei nominis ius: ita tamen constituisse metrum suum poetam, docent antithetici, vt Schmidius refinxit. μὰν male Oxon. immutauerunt aduersus metrum: itaque eiecimus, nulla, vt videtur, auctoritate illatum. 22. Pro ἄκουσεν Matthiae noster conj. ἐγεύσατ', ingeniose saltem. ὦ Τι- 23. μόδημε, σὲ δ' ἀλκὰ ante Schmidium. σὰ ἀλκὰ Παγ-

est consequuturus; nec, has adeptus, *longe aberit ab Olympica victoria.* Hoc suo more tropice extulit: *facile est ad coniectandum*, probabile fit, *a Pleiadibus haud longe Orionem abesse.*

19. Aut Salaminius fuit Timodemus, et se Atheniensem pronuntiari iussit, aut, quod v. 25. suadet, fuere pater et maiores Athenienses, et quidem ex domo Acharnarum, sed habitatum concesserant Salaminem. Sic et Asclepiades censuerat in Schol.

22. ἄκουσεν pro ᾔσθετο, lyrica tropi audacia.

Ο. δ'.

Ἀχάρναι δὲ παλαίφατον
Εὐάνορες. ὅσσα δ' ἀμφ' ἀέθλοις,
Τιμοδημίδαι ἐξοχώτα-
τοι προλέγονται..
Παρὰ μὲν ὑψιμέδοντι Παρνασ-
σῷ, τέσσαρας ἐξ ἀέθλων νί-
κας ἐκόμιξαν·
Ἀλλὰ Κορινθίων ὑπὸ φωτῶν

κρέττιον τ. ἀέξει Bodl. *γ.* sed alterum poetae et alibi frequentatum: *clarum, insignem reddit, honore mactat.* 25. *παλαίφατοι* in Schol. exaratum. 26. *ὅσσα δὲ* pro *καθ' ὅσα, ὡς,* et cum admiratione, vt iam Schol. exposuit. Ea carere nos posse arbitror: *Τιμοδημίδαι προλέγονται* (*anteferuntur aliis, praestant, προκέκρινται*) *ἐξοχώτατοι ὅσα ἀμφ' ἀέθλοις:* pro vulgari *κατὰ τὰ ἄθλα.* 26. 27. Vt legitur, in metro Alcaico primam regionem trochaeus obtinet pro spondeo. Pauw ita occurrit, vt vel *Τιμαδαμίδαι* vel *ἀέθλοι-σιν Τιοδαμίδαι* rescribat, vel non Alcaicum, sed Antispasticum dimetrum hypercatalectum esse metrum statuat, cuius antispasti variant licite. Atqui v. 38. iterum *Τιμοδήμω* occurrit. Ceterum necesse est e maioribus Timodemi alium fuisse eodem nomine, a quo gens Timodemidarum erat ducta. 29. *Τὰ μὲν* Oxonienses reposuerant ex Bodl. *γ.* Aldo consentiente, nec animaduertentes, sic colon infringi. Saltem deb. *Τὰ μὲν ἐν ὑψ.* Vulgg. inde a Rom. *Παρὰ μὲν* recte. 30. Ante Schmid. — ἐξ *ἀέθλων* 31. *νίκας ἐκόμιξαν.* Idem vir doctus videtur in exemplari aliquo inuenisse *τέσσαρας ἀέθλων* sine ἐξ — 32. Bene Pauw obseruat, in *Κορινθίων* penultimam produci. Emendat *Κορινθείων* vel *Κορινθιακῶν*, Mingarell. *Κορινθίων καί*, vt *θιων* vna syllaba efferatur; nisi omnino glossema habemus pro vera lectione. [Gilb. Wakefield quoque adsciscit *Κορινθείων.* (Silv. Part. I. p. 77.) *Ex Addendis.*]

32. 33. In Isthmiis, in quibus Corinthii *ἀγωνοθέται* fuere. v. Schol.

Ο. έ.

Ἐν ἐσλοῦ Πέλοπος πτυχαῖς
Ὀκτὼ στεφάνοις ἔμιχθεν ἤδη·
Ἑπτὰ δ' ἐν Νεμέᾳ· τὰ δ' οἴκοι,
Μάσσον' ἀριθμῷ,
Διὸς ἀγῶνι. Τὸν, ὦ πολῖται,
Κωμάξατε, Τιμοδήμῳ σὺν
Εὐκλέϊ νόστῳ·
Ἁδυμελεῖ δ' ἐξάρχετε φωνᾷ.

[33. *ἐν ἐσλοῦ Πέλοπος* Gilb. Wakefield mutat in *ἐν ἄλσους Π.* (Silv. Part. I. p. 77.) *Ex Addendis.*] 36. *μᾶσσον* Bodl. *γ.* et omnes vett. vsque ad Steph. qui recte mutauit, vel Scholio praeeunte: *τὰ μείζονά ἐστιν ἢ ἀριθμεῖσθαι.* Erat *μάσσον' ἀριθμῷ.* At *ἀριθμῶ* (pro *ἀριθμοῦ*, quod etiam Bodl. *γ.* exhibet) Rom. et Crat. Hoc cum Pauwio praeferam, vt magis graecum: *μάσσον' ἀριθμῷ*, et vt vsu poetae frequentatum, vt Ol. II, 178. XIII, 66. Nem. X, 85. 6. 38. — *Τιμοδήμω* 39. *Σὺν εὐκλέϊ νόστῳ* ante Schmid. 38. *Τιμοδήμῳ* legit Aldus cum Schol. minus bene. 39. *εὐκλεεῖ* Bodl. *γ.*

[35. *οἴκοι*, Salamine Diasia. *Ex Schedis.*]

NEMEA

εἶδος γ'.

ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΙΔΗι ΑΙΓΙΝΗΤΗι

παγκρατιαστῇ.

Argumentum.

Vt victorem meritis laudibus celebret, Musam inuocat — 19. Orditur laudes ab insula Aegina: vnde oriundus victor summam gloriam est assequutus, ac si columnas Herculis attigisset, in cuius laudes egressus, — 45. mox reuocat se — 53. et laudibus suis effert indigenas Aeginetarum heroes, Peleum — 61. Telamonem — 68. Achillem — 111. Redit ad Nemea et victorem — 122. trinarum vitae aetatum virtutes eum attigisse cunctas — 132. Commendat inde carmen suum; — 138. at victorem ita eminere inter alios, vt merito id ei debitum sit.

Σ. ά. Κ. ιγ'.

Ὦ πότνια Μοῖσα, μᾶτερ
Ἀμετέρα, λίσσομαι,
Τὰν πολυξέναν ἐν
Ἱερομηνίᾳ Νεμεάδι

1. Μᾶτερ Μοῖσα inuerse Bodl. γ. perperam. 4. ἱερομηνείᾳ Ald.

Ἵκεο Δωρίδα νᾶσον Αἴγι-
ναν. ὕδατι γὰρ μένοντ' ἐπ' Ἀσωπίῳ
Μελιγαρύων τέκτονες
Κώμων νεανίαι, σέ-
θεν ὄπα μαιόμενοι.
Διψῇ δὲ πρᾶγος ἄλλο μὲν ἄλλου·
Ἀεθλονικιας δὲ, μάλιστ' ἀοιδὰν
Φιλεῖ, στεφάνων ἀρετᾶν τε
Δεξιωτάταν ὀπαδόν.

6. Ἀσσωπίῳ Ald. Asopus Aeginae fl. optime vtique hic locum haberet, cum Musa Aeginam vocetur, modo constaret, eo nomine fluuium in Aegina fuisse. Alter quidem Phliasii et Sicyonii agri fluuius non longe a Nemea abfuit, adeoque in via quae versus littus et insulam duceret. Ad suum Asopum traxerant Phliasii fabulam de Aegina Asopi filia a Ioue amata ap. Pausan. V, 22 f. 6. 7. Haec cola in omnibus strophis et antistrophis in aliam τάξιν redigit Pauw, — ἐπ' Ἀσω-πίῳ μ. τέκτονες. Assentitur Mingarell. 11. Ἀεθλονικία Schmid. ex Plant. et Commelin. repetiit: eae autem ex Stephaniana prima ductae sunt: Praua, meo iudicio, interpolatio. Schol. et Bodl. γ. ἀθλονεικία, etiam vitiose. Omnes edd. vett. ἀεθλονικίας sc. πρᾶγος. Tum frustra ἀεθ. scribitur, quandoquidem vna syllaba efferendum est. Verum itaque erit: ἀθλονικίας δὲ μ. 12. ἀρετάν τε Bodlej. γ. et

6. Victor est in reditu a Nemea versus Aeginam. Qui eum deducunt, vbi propius ad patriam accesserunt, hymnum, κῶμον, canunt; expectantur Musae vtpote carmen ἐξάρχοισαι. — Peruentum erat ad Asopum fl. haud longe a Nemea, apud Sicyonem: inf. IX, 21. v. Strab. VIII. pag. 587. A. [Apollon. IV, 567 sq. *Ex Schedis.*] τέκτονες κώμων, pro κώμου, sunt οἱ χορευταί.

10. Διψῇ δὲ — Desiderat victoria laudes. Alia aliis rebus conueniunt, victoriae hymnus. Simile sup. Ol. XI, 1. ἀθλονικίας scil. πρᾶγμα. Itaque ἀοιδὴ ὀπηδεῖ στεφάνοις, et ὀπηδός ἐστι δεξιωτάτη, *accommodatissima*, quam adesse par et consentaneum est.

Α. ά. Κ. ιγ'.

Τᾶς ἀφθονίαν ὄπαζε
Μήτιος ἁμᾶς ἄπο·
Ἄρχε δ' οὐρανῶ πο-
λυνεφέλα κρέοντι, θύγατερ,
Δόκιμον ὕμνον. ἐγὼ δ' ἐκείνων
Τέ μιν ὀάροις λύρᾳ τε κοινώσομαι.
Χαρίεντα δ' ἕξει πόνον
Χώρας ἄγαλμα, Μυρμι-
δόνες ἵνα πρότεροι
Ὤικησαν, ὧν παλαίφατον ἀγορὰν
Οὐκ ἐλεγχέεσσιν Ἀριστοκλείδας
Ἑὰν ἐμίανε κατ' αἶσαν,
Ἐν περισθενεῖ μαλαχθεὶς

v. 15. ἁμᾶς, v. 16. οὐρανῷα. Aldus: οὐρανῷ πολυνεφέλᾳ. [Hermann. de Dial. Pind. p. XII. tuetur —ῳ—ᾳ. *Ex Schedis.*] Sed vett. in his verss. mire trepidarunt circa verborum iuncturam. 15. 16. 17. laudantur a Schol. Eurip. Hec. 684. 18. ἐγὼ δὲ κώμων conj. Matthiae p. 41. ingeniose. Sic ἐκείνων erit ex 7. et 8. supplendum. 19. Refingendus 19. κοινώ- 20. σομαι χαρίεντα seq. 23. Metrum Iambicum in fine laborat. Pauw: πολύφατον ἀγοράν. 25. Si τεάν, quod vulgo legitur, recte se habere debebat, supra v. 20, ἕξεις scribendum erat, vt χώρας ἄγαλμα, vrbs Aegina, casus vocandi esset. ἑάν Pauw offert, vel Θ' ἑάν, (saltem Γ' ἑάν.) sed quo sensu, non addit. Puto sic: ἑὰν κατ' αἶσαν, *quantum quidem ad eum spectaret, pro sua parte.*

17. 18. Principio a Ioue facto carmen ordiri Musam iubet, ipse ea, quae Musa canit, carmine lyrico enuntiare vult.

23. 4. Vt κατελέγχειν aliquoties de probro, si quis victus esset: Ol. VIII, 24. 25. P. VIII, 50. Isthm. III, 23. παλαίφατον ἀγορὰν Μυρμιδόνων, *populum*, vt στρατὸν dixit alibi, h. e. *maiorum gloriam non obscurauit.* Mox 26. μαλαχθείς, *fractus*, de-

E. ά. K. ιά.

Παγκρατίου στόλῳ. κα-
ματωδέων δὲ πλαγᾶν
Ἄκος ὑγιηρὸν ἐν
Βαθυπεδίῳ Νεμέᾳ
Τὸ καλλίνικον φέρει.
Εἰ δ' ἐὼν καλὸς
Ἔρδων τ' ἐοικότα μορφᾷ

27 sqq. Epodi cola diuersis modis constituta sunt; et octona quidem a Metrico, quem sequutus est Calliergus, Crat. Morell. et Steph. cum cett.; vndena dedit ex suo codice Aldus, quem sequitur vna Brubach. cum Schmidio et Oxon. Primum et alterum Epodi versum malo et ipse pro vno habere. Pauw digladiatur de pedum et metrorum *nominibus*: quae ipsi remittam, qui mihi persuasum habeam, Pindarum cumulata illa metrorum nomina et tam argute tornatas et implexas naturas ignorasse, quibus metrorum lyricorum natura magis obscuratur et corrumpitur, quam illustratur et expeditur. Ita fit quoque, vt, quoties de metro constituendo dubitetur, plures rationes iniri fere possint, eaeque omnes recte et legitime. Satis, puto, habuit poeta, tempora animo tenere, et numeros modosque ad aurium sensum exigere, idque, quod semel mente conceperat, schema per totum carmen tanquam ante oculos positum habere. Nolim tamen cum quopiam de eo, quod coniectura nititur, et, quantum assequor, sensu potius quam demonstratione ex argumentis intelligitur, contendere. Si fallor, lubenter veriora amplectar. 29. ἐν 30. γε βαθυπέδῳ Bodl. γ. 32. εἰ δὲ ὢν erat cum hiatu. Facilis est medicina.

bilitatus, victus 27. παγκρατίου στόλῳ, *numero certantium*, vt στρατὸς, Pyth. VIII, 141. Et 29. ἄκος ὑγιηρὸν τὸ καλλίνικον de victoria, mercede ac praemio, quasi lenimine dolorum: vt mox Nem. IV, 2. 3. εὔφροσύνα πόνων ἰατρός. et φάρμακον ἀρετᾶς, *praemium virtutis*, P. IV, 332.

32. εἰ δ' — *cum autem iam*, quandoquidem. vt saepe; v. c. inf. IX, 109. — ἐπέβη ἀνορέᾳ

Ἀνορέαις ὑπερτάταις ἐπέβα
Παῖς Ἀριστοφάνευς· οὐκέτι πρόσω
Ἀβάταν ἅλα κιόνων
Ὑπὲρ Ἡρακλέος περᾶν εὐμαρὲς,

Σ. β'. Κ. ιγ'.

Ἥρως θεὸς ἃς ἔθηκεν
Ναυτιλίας ἐσχάτας
Μάρτυρας κλυτὰς, δά-
μασε δὲ θῆρας ἐν πελάγεϊ
Ὑπερόχως· ἰδίᾳ τ' ἐρεύνα-
σε τεναγέων ῥοάς· ὄπα πόμπιμον,
Κατέβαινε· νόστου τέλος

34. Annon *Ἀνορέας ὑπερτάτας ἐπέβα?* nam cum altero casu iungit: vt paullo ante Nem. I, 27. *πολλῶν ἐπέβαν* et Isthm. I, 55. *πότμος ἐπέβασέ μιν εὐαμερίας.* Vtitur sane Pindarus et plurali et singulari. 35. Deficit syllaba in fine. *οὔ οἱ ἔτι* Schmid. refinxit. 40. *Κλυτᾶς* alii ap. Schol. et omnes inde a Romana edd. vsque ad Steph. qui ex Aldo reduxit *κλυτὰς*, recte, vt *ναυτιλίας ἐσχάτας* iungeretur. 41. *πελάγεϊ* per diaeresin colo trochaico postulante Schmidius recte ediderat cum Plantin. et Commelin. adde: cum Steph. praeeunte Morell. 42. *ὑπερόχους*, vulgare, Ald. et Bodlej. *γ.* Tum *διά τ' ἐρεύνασε* olim nonnulli ap. Schol. vitiose. recte Schol. *ἰδίᾳ, ἀντὶ τοῦ, ἐφ' ἑαυτοῦ, οὐκ ἐπιτάξαντος Εὐρυσθέως* etc. et excitat Callimachi Fragm. CXX. pag. 488. [Hermann. de Dial. Pind. p. XXII. *διά τ' αὖτ' ἐρεύν.* *Ex Schedis.*] 43. Restituendum: *ὄπα πόμ-* 44. *πιμον κ.* sq. Interpungebatur: *κατέβαινε νόστου τέλος, καὶ γ. φ.*

ἀρετῇ ὑπερτάτῃ, summam corporis virtutem exeruit certamine, vt victor fieret. Sententia similis Ol. VIII, 24 seq. Isthm. VII, 30. *nulla ei maior gloria prostat quam assequi possit;* hoc suo modo eloquitur, de quo v. ad Ol. III, 77.

42. Sequentia ita interpungenda et iungenda sunt: *ἰδίᾳ τ'* (non iussus ab Eurystheo) *ἐρεύνα-σε τεναγέων ῥοὰς, ὄπα πόμ-*

Καὶ γᾶν φράδασσε. Θυμέ,
Τίνα πρὸς ἀλλοδαπὰν
Ἄκραν ἐμὸν πλόον παραμείβῃ;
Αἰακῷ σε φαμὶ γένει τε Μοῖσαν
Φέρειν. ἕπεται δὲ λόγῳ δί-
κας ἄωτος, ἐσλὺς αἰνεῖν·

Α. β΄. Κ. ιγ΄.

Οὐδ᾽ ἀλλοτρίων ἔρωτες
Ἀνδρὶ φέρειν κρέσσονες.

50. *ἐσλῶς* Plant. et Commelin. inuito metro, cum ed. Steph. prima; nam altera, et quae inde fluxerunt, recte *ἐσλὸς*, ita enim Dorismus: vide v. c. Theocr. Id. *ά*, 90. Videtur antiquum dictum subesse, quod ex Alcaei, seu cuius cuius fuit, Scolio ap. Eustath. ad Iliad. *β*. pag. 326. nouimus: *Ἀδμάτου λόγον, ὦ 'ταῖρε μαθὼν, τοὺς ἀγαθοὺς φίλει, τῶν δειλῶν δ᾽ ἀπέχου, γνοὺς ὅτι δειλοῖς ὀλίγα χάρις.* [Aristophan. Vesp. 1231. *Ex Schedis.*]

πιμον (sc. *ἦν*), *κατέβαινε*, *νόστου τέλος καὶ γᾶν* (non, *γᾶς*) *φραδ.* Copulam neglexit: *quousque peruium erat mare, penetrauit; et terrarum extremum terminum, vnde reuertendum esset, monstrauit:* cf. mox Nem. IV, 112–115. Fuere haud dubie plures de Hercule Oceanum tentante fabulae; etiam de belluis marinis illo tempore ab eo domitis v. 40. Nam ad belluam, cui Hesione exposita fuit, vix hic respici potest. [Euripid. Herc. fur. 400. *Ex Schedis.*]

46. Similis forma a digressione reuocandi se v. Pyth. XI, 58.

48. *Aeaco te volebam et generi eius hymnum ferre.* *ἕπεται δὲ* (pro *γὰρ*) *λόγῳ δίκας ἄωτος·* (*πάρεστι τῷ λόγῳ τὸ δίκαιον*, *dictum istud, carmen, veritatem habet*, quod est:) *ἐσλὸς αἰνεῖν·* (*δεῖν αἰνεῖν τοὺς ἐσλούς.*) Fuit versus ex prisco carmine, ad quem alludebat quoque Pyth. IX, 169. Nem. IX, 13. cf. V. L.

51. 2. Ordo verborum sic constituendus est: *οὐ κρέσσονες* (*εἰσὶν*) *ἀνδρὶ ἔρωτες ἀλλοτρίων* (*ὥστε*) *φέρειν.* pro sollenni: *οὐ κρεῖσσον* (*οὐ καλόν*) *ἐστιν ἀνδρὶ, φέρειν* (h. e. *ἔχειν*) *ἔρωτας* (*ἔρωτα*) *τῶν ἀλλοτρίων* (scil. *πλέον ἢ*

Οἴκοθεν μάτευε.
Ποτίφορον δὲ κόσμον ἔλαβες
Γλυκύ τι γαρυέμεν. παλαιαῖ-
σι δ' ἐν ἀρεταῖς γέγαθε Πηλεὺς ἄναξ,
Ὑπέραλλον αἰχμὰν ταμών.
Ὃς καὶ Ἰωλκὸν εἷλεν,
Μόνος ἄνευ στρατιᾶς·
Καὶ ποντίαν Θέτιν κατέμαρψεν
Ἐγκονητί. Λαομέδοντα δ' εὐρυ-
σθενὴς Τελαμὼν, Ἰόλᾳ πα-
ραστάτας ἐὼν, ἔπερσεν·

56. *σιν ἐν ἀ.* malit Pauw. Metrum restituit idem: — *Πηλεὺς* 57. *ἄναξ ὑπέραλλον* sq. 59. *μόνος ἄνευ στρατιᾶς.* Ad Scholiorum ductum, nouum hoc ac tumidum et *παρατραγῳδούμενον* a Pindaro videbatur Pauwio; itaque ille vitium subesse ratus, rescribebat: *μόνος ἀγεστρατίᾳ.* Varie quoque tentabat Mingarell. *μόνος ἄγων στρατιὰν, μόνος ἀνὰ στρατιὰν*, et al. [Matthiae Obseruatt. pag. 41. pro *ἐγκον.* conj. *ἀγκόνησι*, i. q. *ἀγκοίνησι* (?). *Ex Schedis.*]

τῶν οἴκοθεν e seqq.), *poetae non decorum est*, non consentaneum est, poetam *praeferre laudes exterorum heroum domesticis;* praestat tenere ea quae sunt patria.

54. *ποτίφορον — γαρυέμεν*, *habes accommodatum, idoneum, laudum argumentum, vnde dulce carmen confici possit.*

55. *παλαιαῖσι δ'* (*δὲ* pro *γὰρ*) *ἐν ἀρεταῖς*, (vt Nem. I, 51.) *γέγαθε Πηλεὺς ἄναξ ὑπέραλλον αἰχμὰν ταμὼν* (pro *ἔχων αἰχμὴν ἐξαίρετον* Iliad. τ, 387.), *nam et inter facta prisca* (est et illud quod) *Peleus hasta sua exultabat*, pro: Nobilis est in nostris fabulis Pelias hasta.

58. *μόνος*, comite tamen Iasone et Tyndaridis, vt Pherecydes narrauerat: conf. Apollod. III, 12, 7. cf. inf. IV, 88.

62. *Ἰόλᾳ παραστάτας ἐὼν*, vna cum Iolao, qui et ipse adstabat Herculi pugna; erat is Herculis

Ε. β'. Κ. ιά.

Καί ποτε χαλκοτόξων
Ἀμαζόνων μετ᾽ ἀλκὰν
Ἕπετό οἱ· οὐδέ μίν
Ποτε φόβος ἀνδροδάμας
Ἔπαυσεν ἀλκὰν φρενῶν.
Συγγενεῖ δέ τις
Εὐδοξίᾳ μέγα βρίθει.
Ὃς δὲ διδάκτ᾽ ἔχει, ψεφηνὸς ἀνὴρ,
Ἄλλοτ᾽ ἄλλα πνέων, οὔποτ᾽ ἀτρεκέϊ

64. *χαλκότοξον* Ald. 65. Bis *ἀλκὰν* hic et 68. Fuit *αἰχμάν?* 66. Cur Iolaum pro Hercule memorauerit poeta v. 62. non assequi se profitetur Pauw, et tandem suspicatur legendum: ἕπετ᾽ (ἕπεθ᾽ voluit) *ἥρῳ· οὐδέ μιν*, vt *heros* sit Hercules; versu autem 62. *Ἰόλᾳ* accipit pro *σὺν Ἰόλᾳ παραστάτας ἐὼν* sc. Herculi. Enimuero Iolaus satis notus est ex fabulis tanquam Herculis comes, famulus et auriga: vt adeo, qui Iolao adfuisse semper et adhaesisse memoretur, eum simul et in Herculis comitatu fuisse ad assequendum procliue sit. Nec vero Pindaro, tanquam Thebano, Iolaus inter infimos heroes censeri potuit, quippe qui inter heroes *ἐπιχωρίους* a Thebanis praecipuo honore, ludorum quoque, afficeretur. Iolaea ipse poeta aliquoties celebrat, v. c. Ol. IX, 148. 9. 72. *ἀτρεκέϊ* poscit metrum, et hoc Schmidius receperat. Idem in *Ἀχιλεὺς θεράπων* et auriga. vid. Isthm. I, 21. 25. — Mox ad 64. cf. Isthm. VI, 39 sqq.

69-74. Vniuerse extulit, quod de Telamone dicere volebat: *adeo innata virtus in Telamone eminuit*. Sententiam iam Ol. II, 154 seq. IX, 152-8. vidimus. *praeualet εὐδοξίᾳ συγγενεῖ* pro *ἀρετῇ*. *ὃς δὲ διδάκτ᾽ ἔχει*, *qui non tenet nisi quae didicit*, *τὰ διδακτὰ*, Ol. IX, 153. *διδακτὰς ἀρετάς*. *Ψεφηνὸς ἀνὴρ* opp. *εὐδοξίᾳ*, *qui virtute non illustratur: is non satis sibi fidit*, non audacter in proposito manet, *οὔποτ᾽ ἀτρεκεῖ κατέβη* (pro simplici *βαίνει*) *ποδὶ*, *verum*, vt insignem se reddat, *modo hoc modo illud aggreditur*, *ἄλλοτ᾽ ἄλλα πνέων*, *spirans*, *audens*, *aspi-*

Κατέβα ποδὶ, μυριᾶν
Δ' ἀρετᾶν ἀτελεῖ νόῳ γεύεται.

Σ. γ'. Κ. ιγ'.

Ξανθὸς δ' Ἀχιλεὺς, τὰ μὲν, μέ-
νων Φιλύρας ἐν δόμοις,
Παῖς ἐὼν ἄθυρεν
Μεγάλα ἔργα, χερσὶ θαμινὰ
Βραχυσίδαρον ἄκοντα πάλλων,
Ἴσος ἀνέμοις, μάχᾳ λεόντεσσιν ἀ-
γροτέροις ἔπρασσεν φόνον·
Κάπρους τ' ἔναιρε· σώμα-
τα δὲ παρὰ Κρονίδαν

factum v. 75. nam metro inuito *Ἀχιλλεὺς* habent edd. vett. ante Morell. et Steph. 78. Post *θαμινὰ* maiorem distinctionem poni iubet Pauw, vt mox nouo spiritu sequantur illa: *βραχυσ.* Sed multo aptior exit iunctura, si distinguas cum Aldo: *παῖς ἐὼν ἄθυρεν μεγάλα ἔργα χερσὶ θαμινὰ βρ. ἄ. πάλλων.* 80. *Ἴσον τ'* erat. *τ'* post *ἴσον* sublatum volebat Schmidius, vt tamen mox *λεόντεσσι δ'* refingeret; sed *τὸ τ'* tuetur Pauw, vt ad *ἄκοντα* alterum sit adiunctum. *ἴσος* legerat Schol. vt ad v. 88. manifestum fit: *ποδώκης γὰρ ἦν — οὕτως ἦν ἴσος ἀνέμοις.* idque, arbitror, praestat. 82. *ἔναιρε* primum Morell. nam anteriores *ἔναιρεν.* 83. *σώμα-τι δὲ* Ald. cum Schol. vnde Schmidius refinxerat perperam: *σώματι δὲ — ἀσθμανόντι.*

rans, appetens, μυριᾶν δ' ἀρετᾶν ἀτελεῖ νόῳ γεύεται pro *ἀτελῶς γεύεται (σὺν) νόῳ.* dixit *νοῦν ἀτελῆ, qui nil efficit.* et *ἀρεταὶ* nunc sunt *studia virtutum*, h. e. rerum, quibus quis gloriam consequitur. Possis quoque totum locum ad seqq. referre, vt sibi ad Achillem aditum paret. Videtur tamen cum vss. 66. 67. 68. melius conuenire. Mox 75. in *τὰ μὲν* aestuant Interpretes. Equidem iungo cum v. 85. vbi debebat sequi *τὰ δὲ, ὅλον, cum puer — tum adultus.* [Cf. Philostrat. Imagg. II, 5. *Ex Schedis.*]

Κένταυρον ἀσθμαίνοντα κόμιζεν,
Ἑξέτης τὸ πρῶτον. ὅλον δ᾽ ἔπειτ᾽ ἀν᾽
Χρόνον τὸν ἐθάμβεεν Ἄρτε-
μίς τε καὶ θρασεῖ᾽ Ἀθάνα,

Α. γ'. Κ. ιγ'.

Κτείνοντ᾽ ἐλάφους ἄνευ κυ-
νῶν δολίων θ᾽ ἑρκέων·
Ποσσὶ γὰρ κράτεσκεν.
Λεγόμενον δὲ τοῦτο προτερὸν
Ἔπος ἔχω. βαθυμῆτα Χείρων
Τράφε λιθίνῳ τ᾽ Ἰάσον᾽ ἔνδον τέγει,
Καὶ ἔπειτά γ᾽ Ἀσκληπιόν·

85. *ἂν* si est particula, otiosa est. Fuit *ἔπειτ᾽ ἀν᾽ χρ.* pro *ἀνά*. 86. *ἐθάμβεον* Bodl. γ. sed vulgatum Pindaricum est. 91. *προτέρων* sua auctoritate reposuere Oxonienses. Vulgg. *πρότερον*, quod tamen non aliter accipiendum censeo, quam *priscum*. 92. Maiorem *στιγμὴν* apposui, vt mira facinora adhuc narrata claudat sententia haec. Ita quoque Schmidium fecisse video. Pauw *πρότερον tempore prius* interpretatur, et ad sequentia refert, quae prius contigerunt, quam Achilles apud Chironem haberetur. 93. *τράφε* Schmidii debetur sollertiae. vulgo *τράφεν*, et *λιθίνῳ τ᾽*. sed *τ᾽* sustulit Schmidius: Oxonienses autem refinxerunt *γ᾽*. — 94. Vulgo *ἔπειτ᾽ ἐν*. Schmidius emendauerat *ἄν*. Monuerant Oxonienses, referri *ἐν* vel ad *τέγει* vel ad *τράφε* pro *ἐνέτραφε*. At Pauw, satis quidem seuere, illud *ἐν*, inquit, probare non possum, et nugantur Interpretes etc. Tentat itaque vir doctus modo: *ἔπει-*

85. Iungenda, vt dixi, cum v. 75. *τὰ μὲν* — (*τὰ δὲ*) *ὅλον ἀνὰ χρόνον ἐθάμβεεν αὐτὸν Ἄ.*

91—96. *Quod narro, a Chirone Achillem nutritum, a veteribus traditum est. Idem Iasonem et Aesculapium educavit.*

93. Attigit haec Pyth. IV, 180. et 94. de Aesculapio Pyth. III, 10. 79.

Τὸν φαρμάκων δίδαξεν
Μαλακόχειρα νομόν.
Νύμφευσε δ' αυθις ἀγλαόκαρπον
Νηρέος θύγατρα· γόνον τέ οἱ φέρ-
τατον ἀτίταλλεν ἐν ἀρμέ-
νοισι πάντα θυμὸν αὔξων.

Ε. γ. Κ. ιά.

Ὄφρα, θαλασσίαις ἀ-
νέμων ῥιπαῖσι πεμφθεὶς

τιν, Ionum more, modo: *Καὶ ἔπειτα Ἀ.* et paullo melius: *Καὶ ἔπειτά γ' Ἀ.* vt in superiore versu *λιθίνῳ τ'* retineatur; atque hoc verum arbitror. Hiatum admittere Pindarus haud potuit et maiusculis litteris apertum fit, quomodo *επειτ' εν* ex *τα γ'* oriri potuerit. [*ἔπειτεν* Boeckh. Commentt. pag. XIV. *Ex Schedis.*] 96. *νόμον* Ald. cum Bodl. *γ.* sed *νομὸν* inde a Rom. praeeunte Schol. 98. *Νηρέος* Bodl. *γ.* Pindaricum. 99. *-τατον ἀτίταλλεν, ἀρμέ-* sic lectum ante Schmid. qui, vt metro succurreret, refinxerat: *γονάν τέ οἱ φερ-τάταν ἀτίταλλεν, ἐν ἀρμέ-.* Pro his *ἀτίταλλέ γε ἀρμ.* cum hiatu Oxonienses dederunt, nescio an de suo: nam ex Bodl. *γ.* notant tantum *ἁρμένοισι.* Certe ex Scholiis firmatur Schmidii lectio *ἐν ἀρμένοισι: ἔτρεφεν ἐν τοῖς ἁρμοδίοις καὶ προσήκουσι τὴν Ἀχιλλέως παιδεύων ψυχήν.* adeoque eam seruandam arbitror. *-τατον* in principio ferri posse, vt in Iambico, Pauw contendit. 102. Negotium facit prima in *ῥιπαῖσι* correpta praeter morem. cf. Pauw.

97. Redit ad Peleum, cujus filium educauit, *cui iam ante in matrimonium adduxerat Chiron Thetidem pulcram*, *ἀγλαόκαρπον*, *ἀγλαὰν τὰς χεῖρας*, vt alias *λευκώλενος*, *καλλίσφυρος.*

99. *θυμὸν αὔξων*, *impertiens, instruens*, *πάντα*, pro *penitus:* sic inf. VI, 4. *πᾶσα κεκριμένη δύναμις*, aduerbio *πάντως* in epitheton mutato. Nisi placet pro *κατὰ πάντα* accipere. Mingarell. quaerit, cur non *ἁρμένοισι πᾶσι* dixerit. Puto lyricum tanquam exquisitius alterum praetulisse. *τὰ ἄρμενα* sunt *idonea, vtilia.*

Ὑπὸ Τροΐαν, δορί-
κτυπον ἀλαλὰν Λυκίων
Τε προσμένοι καὶ Φρυγῶν
Δαρδάνων τε, καὶ
Ἐγχεσφόροις ἐπιμίξαις
Αἰθιόπεσσι, χεῖρας ἐν φρεσὶ πά-
ξαιθ᾽, ὅπως σφίσι μὴ κοίρανος ὀπίσω
Πάλιν οἴκαδ᾽ ἀνεψιὸς
Ζαμενὴς Ἑλένοιο Μέμνων μόλοι.

103. Schol. arguitur: *οἱ δὲ ἁπλῶς εἰς τὴν Τροίαν ἤκουσαν. ἵνα ᾖ ὑπὸ ἀντὶ τῆς εἰς κέηται. οἱ δὲ ἔξωθεν τὸ, χώραν, προσυπήκουσαν. ἵν᾽ ᾖ, ὑπὸ Τρῴαν χώραν.* Schmidium obiurgat Pauw ob resolutionem *Τροΐαν* factam, vtpote in Iambico. Sed ita scriptum erat iam in edd. Steph. non modo, sed in omnibus omnino antiquis. 107. *ἐγχεσιμόροις* Rom. et seqq. edd. In Scholio praefigitur *ἐγχεσιφόροις*, quod Crat. in marg. et Morell. in contextu habent. Schmidius in metrum peccari ratus, primum *ἐγχειμόροις* tentat, tum ex Aldo retraxit *ἐγχεσφόροις*, quod quoque Bodl. γ. habet. Si Pauwium audimus, etiam vulgata *ἐγχεσιμόροις* ferri potest in tali metro. Sustuli quoque *στιγμὴν* post *χεῖρας* v. 108. saltem melius ponitur post *Αἰθιόπεσσι*, vt Aldus fecit cum Bodl. γ. [Pro *χεῖρας* Jacobs conj. *κῆρας*. *Ex Schedis.*] Expuli et h. l. importunum *φρασί*. Tandem v. 109. Aldus *πά-ξαι θ᾽* (*θ᾽* pro *τε*). Eidem deest *μή*.

106—111. *καὶ* (*ὄφρα*) *ἐγχεσφόροις ἐπιμίξαις Αἰθιόπεσσι, χεῖρας ἐν φρεσὶ πάξαιθ᾽*, e seqq. supplendum *Μέμνονος*, *ὅπως* (*αὐτὸς*) *μὴ μόλοι πάλιν ὀπίσω οἴκαδε*. Proprie *manu hasta* impingitur praecordiis seu pectori; nunc ipsa *manus*: *ὄφρα ἐμπήξαιτο χεῖρας ταῖς φρεσί.* Eandem fabulam attigit inf. VI, 84. Isthm. VIII, 116. *Heleni patruelis* est Memnon; quia eius pater Tithonus Priami est frater. *ἐπιμίξαις* sc. *τὰς χεῖρας*, vt etiam alibi de congressu. Nam an absolute dictum sit *ἐπιμίξαις*, dubito.

Σ. δ'. Κ. ιγ'.

Τηλαυγὲς ἄραρε φέγγος
Αἰακιδᾶν αὐτόθεν,
Ζεῦ· τεὸν γὰρ αἷμα·
Σέο δ' ἀγὼν, τὸν ὕμνος ἔβαλεν,
Ὀπὶ νέων ἐπιχώριον χάρ-
μα κελαδέων. βοὰ δὲ νικαφόρῳ
Σὺν Ἀριστοκλείδᾳ πρέπει·
Ὃς τάνδε νᾶσον εὐκλέ-
ϊ προσέθηκε λόγῳ

[112. *ἄραρε* Gilb. Wakefield mutat in *ὄρωρε*. (Silv. Part. I. p. 78.) *Ex Addendis*.] 113. *αὐτόθεν* est, *ex gestis ad Troiam* antea memoratis. Ab his profecta est summa Aeacidarum gloria. Jacobs Animaduerss. pag. 228. pro *αὐτόθεν* conj. *οἰκόθεν*, vt v. 53., h. e. *propriis gentis virtutibus, factis, decoribus*. 114. Vett. edd. distinguunt: *αὐτόθεν. Ζεῦ, τεὸν γὰρ* etc. 116. *ἐπὶ* vitium Bodl. *γ*. 117. *βοᾷ* olim aliquot ap. Schol. 119. 120. *εὐκλε-εῖ* Rom. cum seqq. *εὐκλέ-ϊ* Schmidius ex Aldo dedit, cum Bodl. *γ*. 120. Sustuli interpunctionem post *λόγῳ*, vt, quod Pauw quoque monet, iungantur: *ὃς τάνδε νᾶσον καὶ Θεάριον, σεμνὸν μερίμναις ἀγλααῖς Πυθίου, προσέθηκε λόγῳ εὐκλέϊ.* aut, quod

112. 113. *O Iupiter, tua enim stirps sunt, Aeacidarum gloria ex his* ad Troiam gestis *profecta est.* — *φέγγος*, vt iam Ol. II, 102. Pyth. VIII, 138. *ἄραρε*, *apta est ex his, prodiit.* v. V, 81.

114–122. *Ζεῦ, τεὸν γὰρ αἷμα.* (vt mirum non sit Aeacidas clarum nomen esse adeptos.) *σέο δ' ἀγὼν*, (*tibi vero etiam sacrum est certamen s. victoria*) *τὸν ὕμνος ἔβαλεν*, (noto tropo de laudum scopo: v. c. Ol. II, 161.) pro *βάλλει*. Post *ὀπὶ νέων* interpunctio delenda; nam iungenda: *ὕμνος κελαδέων ἐπιχώριον χάρμα (σὺν) ὀπὶ νέων. βοὰ δὲ συμπρέπει Ἀριστοκλείδᾳ νικαφόρῳ*, *competit, debetur:* quod simplicius alibi extulit: Ol. II, 83. Pyth. V, 159. Etiam Mingarell. sic accipit, et laudat Aeschyl. Suppl. 467. *τύχῃ γυναικῶν ταῦτα συμπρεπῆ πέλοι.*

119. *ὃς τάνδε νᾶσον εὐκλέϊ προσέθηκε λόγῳ* (vt *προσέμιξε* Ol. I, 54.), *famae clarae admo-*

Καὶ σεμνὸν ἀγλααῖσι μερίμναις
Πυθίου Θεάριον. Ἐν δὲ πείρᾳ
Τέλος διαφαίνεται, ὧν τις
Ἐξοχώτερος γένηται,

Α. δ'. Κ. ιγ'.

Ἐν παισὶ νέοισι, παῖς· ἐν
Δ' ἀνδράσιν, ἀνήρ· τρίτον
Ἐν παλαιτέροισι·

melius, ὅς τάνδε νᾶσον προσέθηκε λόγῳ εὐκλεῖ, καὶ Θεάριον σεμνὸν Πυθίου (προσέθηκε) μερίμναις ἀγλααῖς. Ita vtrumque, λόγος et μέριμναι, de hymno accipiendum. Debet per Θεάριον, pro Θεώριον, (fuit is locus publicus in vrbe Aegina, Apollini sacer. cf. Schol.) aut sacerdotium, aut tota vrbs designari. 124. Post γένηται maiorem στιγμὴν vulgg. edd. sustuli: minorem, quam Pauw quoque requirit, ed. Rom. habebat, quam male deseruere: τίς — παῖς ἐν παισὶν ἐξοχώτερος et sic porro. 127. Τ' ἐν παλαιτέροισι scribendum cum Pauwio; dictum pro παλαιός τε (h. e. γέρων) ἐν παλαιτέροις. ὡς ἕκαστον μέρος, h. e. ὡς ἑκάστην τῶν προλεχθεισῶν ἡλικιῶν, βροτοὶ ὄντες λαγχάνομεν, vt iuuenes, viri, senes sumus.

vit, celebrem reddidit, καὶ (προσέθηκε) σεμνὸν Θεάριον Πυθίου ἀγλααῖσι μερίμναις, *et inseruit poetarum carminibus dignitatem Theori, quam ille tenet*, s. ipsum Theorum. Fuisse videtur sacerdotium Apollinis, forte cum magistratu, in Aegina. Θεάριον, pro Θεώριον, locus sacer Apollinis Pythii, qui et ipse Θεώριος dictus: vt ex Hesych. h. v. discimus. In eo sacra faciebant οἱ Θεωροί.

122 — 131. Expedii locum, quantum licuit; nunc hoc addo. Aristoclidas pancratiastes in aetate erat constitutus iam prouectiore; excelluerat idem puer, iuuenis, vir, et iam senilem minabatur prudentiam. Iterum vniverse hoc extulit: Ἐν δὲ πείρᾳ (*ipsa re*) τέλος διαφαίνεται ὧν τις ἐξοχώτερος γένηται (τέλος ἐκείνων, ἐν οἷς). Dicitur τέλος πράγματος id quod summum est in re, summa rei, adeoque ipsa res. διαφαίνεται, ἐν οἷς τις ἔξοχός ἐστι. *cernitur, qua in re quis excellat inter alios, seu in puerili seu in virili seu in pro-*

Μέρος ἕκαστον οἷον ἔχομεν
Βρότεον ἔθνος. ἐλᾷ δὲ καὶ τέσ-
σαρας ἀρετὰς ὁ μακρὸς αἰών, φρονεῖν
Δ' ἐνέπει τὸ παρκείμενον.
Τῶν οὐκ ἄπεστι. χαῖρε
Φίλος. ἐγὼ τόδε τοι

128. Ante Schmid. interpungebatur post *παλαιτέροισι. Μέρος ἕκαστον οἷον* etc. Sic et Schol. cum Bodl. *γ*. Hoc repetii. Induxerant Oxon. *ἐν π. μέρος. ἕκαστον* —. 130. Reponi curaui *ὁ μακρός*, quod Oxonienses (qui *ὁ* omittunt) videntur edere voluisse; saltem metrum ita postulat scribere, et sic Aldus, vnde haec lectio repetita. Vulgo *ὁ* deest, et *θνατὸς* legitur inde a Romana: quod Schmidius emendauit *ὁ θνατός*. Brub. Morell. *θνατὸς ἐών*. Sensus autem: *ὁ μακρὸς αἰὼν ἐλᾷ καὶ τέσσαρας ἀρετάς*, h. *φέρει, ἐπάγει ὁ βίος ἐπὶ ταῖς τρισὶν ἀρεταῖς τῶν τριῶν ἡλικιῶν*, in quibus aliquis an excellat, experimentis declaratur, *καὶ τετάρτην τινὰ ἀρετήν, τὸ περὶ τοῦ ἐνεστῶτος φροντίζειν*. haec vltima sic effert: *φρονεῖν δ' ἐνέπει τὸ παρκείμενον. Τῶν οὐκ ἄπεστι*, h. *et haec cadunt in Aristoclidem. πρὸς τὰς τρεῖς ἐκείνας ἑκάστῃ ἡλικίᾳ προσαρμοζούσας ἀρετὰς καὶ ταύτην τὴν ἀρετὴν κέκτηται ὁ Ἀριστοκλείδης*. aut, vt in Nota reddidi: *a quo aetatis gradu ille non multum abest.* 131. *παρακείμενον* Bodl. *γ*.

vecta aetate. Porro v. 127. restituo interpunctionem, quam Schmidius non bene sustulit. *τρίτον ἐν παλαιτέροις·* (pro *παλαιὸς ἐν παλ.*) *μέρος ἕκαστον οἷον ἔχομεν βρότεον ἔθνος*, h. *οἷον, ὡς, ἔχομεν ἕκαστον μέρος*, *vnamquamque vitae partem, quam viuimus nos mortales.* Tum distinguo *ἐλᾷ — ὁ μακρὸς αἰών, φρονεῖν δ' ἐνέπει τὸ παρκείμενον* (*τοῦ παρόντος φροντίζειν*). *Prouectior vita etiam quartam virtutem admouet, adducit, τὴν φρόνησιν. τὴν τετάρτην ἀρετὴν ἔχει, διδάσκει γὰρ φρονεῖν τὸ παρόν:* Sequitur *τῶν, ὧν, οὗ, οὐκ ἄπεστι. Ab quo aetatis gradu ille haud multum abest.* Etiam Schol. legerat in suo *ὁ θνατὸς αἰών*, et video nunc hoc magis lyricum decere.

133–138. Potest forte *χαῖρε* esse *προπίνοντος*. Nam seqq. spectant ad *πρόποσιν*. Possit esse *salue* in aduentu: nam *mittitur* carmen. Mitti vidimus

Πέμπω μεμιγμένον μέλι λευκῷ
Σὺν γάλακτι, (κιρναμένα δ' ἔερσ' ἀμφ-
έπει πόμ' ἀοίδιμον) Αἰο-
λῖσιν ἐν πνοαῖσιν αὐλῶν,

Ε. δ'. Κ. ιά.

Ὀψέ περ. ἔστι δ' αἰε-
τὸς ὠκὺς ἐν πετανοῖς,

135. Interpungi potest duplici modo, aut vt πόμα ἀοίδιμον iungatur cum μέλι per appositum, vtque interposita sint: κιρναμένα δ' ἔερσ' ἀμφέπει: tum haec ἔερσα esset aliquid *quod adiungitur*, προσκεκραμένον ἐστί: parum commode, cum potius sit ipsa illa potio, mel cum lacte; aut vt interpungatur post πόμα ἀοίδιμον, vt sit κιρναμένα δ' ἔερσα ἀμφέπει πόμ' ἀοίδιμον, eo sensu, quem vides in Nota. Quod *carmen suum* cum *dulci potione* comparat, insolens videri nequit post Ol. VII, 1 sqq. 12 sqq. Idem πόμα ἀοίδιμον appellat; quod potest simpl. accipi *praeclarum*, vt posui in Nota. Nec tamen dubito poetam audacius h. l. πόμα ἀοίδιμον dixisse, quatenus *cantu*, ἀοιδῇ, constat, et adiunxisse ἀοίδιμον Αἰολῖσιν ἐν πνοαῖσιν αὐλῶν, *cantu cum tibia*, ἀειδόμενον πρὸς αὐλόν, quo ducere forte possit adiectum: Αἰολῖσιν ἐν πνοαῖς αὐλῶν, *modis tibiae Aeolicis*. Nec comparari potest inf. VIII, 25. μίτρα καναχηδὰ πεποικιλμένη. v. sup. Pyth. II, 128. Ol. I, 164. 136. Post ἀοίδιμον ab Oxoniensibus interpungitur. Etiam ἐέρσ' et ἑέρσ' ante Schmid. scribitur v. 135. 139. πετανοῖς omnes, quantum video, vbique: quod vnde aut cur in ποτανοῖς Oxonienses mutarint, nec apparet, nisi forte ex Pyth. VIII, 46. Occurrit vtrumque.

aliud Pyth. II, 126. Sed vtroque comparato intelligo esse potius a formula discedentis seu epistolam finientis petitum. Carmen cum potione melle et lacte mixta comparat. Sollenni more confunditur comparans cum comparato: pro τόδε (ὡς) μέλι. κιρναμένα δ' ἔερσ' ἀμφέπει πόμ' ἀοίδιμον, non est, vt praeterea ros adiiciatur; verum κιρναμένη ἔερση est *idem ille mixtus (infusus) liquor*, qui *coronat, ambit oram poculi, adimplet poculum praeclarum*. Tum πέμπω ἐν πνοαῖσιν Αἰολῖσιν αὐλῶν ὀψὲ

Ὅς ἔλαβεν αἶψα, τη-
λόθε μεταμαιόμενος,
Δαφοινὸν ἄγραν ποσίν·
Κραγέται δὲ κο-
λοιοὶ ταπεινὰ νέμονται.
Τίν γε μὲν, εὐθρόνου Κλεοῦς ἐθελοί-
σας, ἀεθλοφόρου λήματος ἕνεκεν
Νεμέας, Ἐπιδαυρόθεν
Τ' ἄπο καὶ Μεγάρων, δέδορκεν φάος.

142. δαφοινὰν Bodl. γ. male. 148. Vbique interpungitur Ἐπιδαυρόθεν τ' ἀπὸ, κ. Nec tamen video, quidni scribatur commodius: Ἐπιδαυρόθεν Τ', ἀπὸ καὶ Μεγάρων, h. φάος δέδορκέ τιν ἀπὸ Νεμέας, Ἐπιδαυρόθεν τε καὶ ἀπὸ Μεγάρων. *affulget tibi decus, laus, ex Nemeis, Epidauriis et Megarensibus victoriis.* Sic et supra Ol. I, 151 sqq. τὸ κλέος Πέλοπος τηλόθεν δέδορκε *longe fulget in Olympiorum cursibus* accipi potest.

περ. h. σὺν. *mitto illum potum, s. hymnum, inter cantum tibiarum accinentium, serius quidem.*

138 sqq. Sunt haec diuinando pôtius quam interpretando assequenda. Vniuerse efferri ea, quae de *vno aliquo* dicenda erant, etiam hic obserua. Possunt autem ea et *ad victorem* et *ad poetam* referri. Cum omnes vias inierim, hoc praeferam: commendauerat carmen suum poeta, *sero quidem missum; verum impetu semel facto euolasse se et sublimem ferri vt aquilam, dum interea alii poetae humilia sectentur.* Subiicit v. 145.: *esse autem carmini materiem idoneam in hoc victore laudes e victoriis pluribus.* εὐθρόνου Κλεοῦς ἐθελοίσας, *fauente tibi Musa*, vt celebratus sis praeclaro carmine.

NEMEA

εἶδος δ'.

ΤΙΜΑΣΑΡΧΩι ΑΙΓΙΝΗΤΗι

παλαιστῇ.

Argumentum.

Commendatur a dulcedine carmen — 13. consecrat id victori et insulae Aeginae et patris memoriae — 35. hinc ad veteres heroes Aeginetas digreditur, Telamonem, Herculis comitem, et hinc ad Herculem ipsum. At v. 53. reuocat se a digressione, v. 71. tamen ad alios procedit heroes Aeginetas: Teucrum, Aiacem, Achillem, Neoptolemum, Peleum. At v. 112. iterum reuocat se et ad tribules redit Theandridas. Inde v. 129. laudat auunculum victoris, v. 144. auum et Melesiam alipten.

Διαίρεσις ά. Κ. ιγ'.

Ἄριστος εὐφροσύνα
Πόνων κεκριμένων

Εἶδος est *μονοστροφικόν*, duodecim stropharum, seu diaereseon, vt inf. Isthm. VIII. perperam in strophas, antistrophas et epodos distinctarum. Deleui siglas *A.* et *E.* Antistrophen et Epodon declarantes. Prorsus nouam distributionem versuum iniit Mingarellus. 2. Mingarell. conj. *κεκριμένου*, victoris, vt *κριθείς*, victor, inf. Nem. VII, 10. Malit quoque *νιν* referre ad *πόνους*.

1. Fuit Timasarchus Timocriti f. luctator, victor *ἐν παισὶ* v. 146. e tribu Theandridarum 118. auus maternus Callicles 130.

Ἰατρός· αἱ δὲ σοφαὶ
Μοισᾶν θυγατέρες ἀοιδαὶ
Θέλξαν νιν ἁπτόμεναι.
Οὐδὲ θερμὸν ὕδωρ τόσον
Γε μαλθακὰ τεύχει
Γυῖα, τόσσον εὐλογία φόρ-
μιγγι συνάορος.

4. θύγατρες Schmidius edidit. θυγατέρες erit tribrachys pro iambo. Tum θέλξαν νιν, scil. τὴν εὐφροσύναν, iungenda noli dubitare; quod Lat. *condiunt*, *acuunt laetitiam*, κηλοῦσι, *suauiorem reddunt*, ἁπτόμεναι αὐτῆς, *sumentes eam sibi argumentum*, celebrando decus victoriae. 6. τόσσον, quod vitiat metrum, iterum intulerunt Oxonienses. τόσον Ald. Brub. Morell. et Steph. recteque Schmidius tuetur. Plutarchus de Tranquill. p. 467. Frf. D., vbi h. l. respicit, legisse videri debet τοσόνδε, et mox pro τεύχει, τέγξει vel τέγγει, quam quidem lectionem magis esse ornatam nemo dubitet. 8. ὅσσον Schmidius emendauerat: accedit Pauwius. Dubito equidem, an hiatum inferre expediat. An fuit γυῖά θ', ὅσσον? Ceterum metra verss. 8. 9. mutauit Schmidius, nec constat, qua auctoritate et qua de caussa. Suspicor, caussam fuisse hanc, quod videbat in antiqua ratione primum pedem modo iambum modo spondeum esse. Dubitaui, an mutarem. Cum tamen nondum omnia ad liquidum perducta viderem, nec mihi ipse vbique satisfacerem: melius visum est, nil mutare. Edd. ante ipsum cum Metrico, cui Pauw adstipulatur, v. 8. choriambicum dimetrum acatalectum, et v. 9. Ionicum hephthemimeres edunt: Γυῖα, τόσσον εὐλογία Φόρμιγγι συνάορος, et sic in ceteris.

auus paternus Euphanes 144. — εὐφροσύνα, *hilaritas*, *voluptas*, aerumnis exhaustis, est ἄριστος ἰατρὸς πόνων κεκριμένων, τελεσθέντων. ἰατρὸς pro ἴαμα, φάρμακον, (Pyth. IV, 332.) *leuamen*, *compensatio*, vt ἄκος ὑγιηρὸν sup. Nem. III, 29. Carmina θέλξαν, θέλγουσί νιν, sc. τὴν εὐφροσύνην, *recreant*, h. e. condiunt; nouam iucunditatem afferunt. Mox 8. εὐλογία est *laus*, *hymnus*. ea τεύχει μαλθακὸν, aut verius τέγγει, *recreat*. Hymnus συνάορος φόρμιγγι, vt φόρμιγξ συνήορος δαιτὶ Odyss.

Ῥῆμα δ' ἐργμάτων χρονιώ-
τερον βιοτεύει,
Ὅ, τι κε σὺν Χαρίτων τύχᾳ
Γλῶσσα φρενὸς ἐξέλοι βαθείας.

Δ. β'. Κ. ιγ'.

Τό μοι, θέμεν Κρονίδᾳ
Τε Διῒ καὶ Νεμέᾳ
Τιμασάρχου τε πάλᾳ
Ὕμνου προκώμιον, εἴη.
Δέξαιτο δ' Αἰακιδᾶν
Ἠΰπυργον ἕδος, δίκᾳ
Ξεναρκέϊ κοινὸν

16. In *Τιμασάρχου* tertia longa spondeum in loco secundo iambici coli infert. Vnum est simile inf. 107. Pauw conj. *Θεανδρίδου* fuisse: fuit enim Timasarchus ex tribu Theandridarum. cf. v. 118. 17. *ὕμνου προκώμιον.* lego *ὕμνον.* vid. Not. 19. Iterum male deseruerunt Schmidium Oxonienses, recipiendo *Εὔπυργον:* metrum requirit *Ἠΰπυργον.*

Θ, 99. Tum 10. *ῥῆμα*, vt *λόγος*, pro laude, carmine, et *ῥῆμα ἐργμάτων*, hymnus, laus rerum gestarum superstes est ipsis factis.

17. *ὕμνου προκώμιον* non expediunt Grammatici. Carmen, quod ante pompam canitur ducendam seu ductam, vel quod praeludit aliis futuris victoriis, partim locum non habet, partim cum voc. adiecto *ὕμνου* non conuenit. Vitium inest; scripsit Pindarus *ὕμνον προκώμιον.* Est *ὁ καὶ ἡ προκώμιος.* (*τὸ* est *δι' ὅ*) *quare contingat mihi condere hunc Hymnum, qui praeeat pompae, qui ducat pompam victoris*, dum accinitur.

18. Aegina, *κοινὸν φέγγος, φῶς, salus, τοῖς ξένοις, δίκᾳ,* h. e. *διὰ τὴν δίκην*, quae propterea *ξεναρκὴς* est, *iustitia advenas ab iniuriis defendens.* Inter laudes Aeginae hoc ipsum vidimus Ol. VIII, 28 sqq.

Φέγγος. εἰ δ᾽ ἔτι ζαμενεῖ Τι-
 μόκριτος ἁλίῳ
Σὸς πατὴρ ἐθάλπετο, ποι-
 κίλον κιθαρίζων
Θαμά κε, τῷδε μέλει κλιθεὶς,
 Ὕμνον κελάδησε καλλίνικον

Δ. γ΄. Κ. ιγ΄.

Κλεωναίου τ᾽ ἀπ᾽ ἀγῶ-
 νος ὅρμον στεφάνων
Πέμψαντα, καὶ λιπαρᾶν

[25. Heynius in textu deleuit comma post κε posuitque post *μέλει.*] 29. Aestuant in *πέμψαντα* interpretes, etiam Oxonienses. Pauw, ad *ὕμνον* non nisi inepte referri clamans, emendat: *πέμψαντε*, scil. *Τιμασάρχῳ*, et ne secunda persona v. 23. offendat, iterum mutat ὅς. Mingarell. *κελάδησε τὸν πέμψαντα τὸν ὕμνον. caneret eum qui misit.* Noli turbari; nihil expeditius, quam *Ὕμνον πέμψαντα* (h. *προσάγοντα, ἀγγέλλοντα*) *ὅρμον στεφάνων* (*plures victorias*) *ἀπὸ ἀγῶνος Κλεωναίου. Hymno* et *Como* toties tribuit hoc poeta, vt *nuntiet, afferat, adducat*, victoriam, decus, laudem. Itidem *Comus aduenit, inuehitur, incedit, excipitur*, v. c. Ol. VI, 165 sq. XIII,

21 sq. Obscura haec de patre victoris, quia nihil aliunde de eo nouimus. Videtur et ipse victor fuisse ludis Thebanis; idem citharam pulsasse. *Hymnum* igitur *in filium victorem* e Nemeis, Athenis et Thebis, ait poeta *patrem, si adhuc viueret, saepe fuisse repetiturum cithara, sibi placentem in hoc carmine.*

25. *τῷδε μέλει κλιθεὶς, προσκλιθεὶς*, vt *ἐρειδόμενος* de *studio, quo incumbimus in rem, applicamus animum.* [pater si viveret, recubans in epulis saepe tacta cithara iteraturus esset hymnum meum hunc enumerantem victorias filii. *Ex Schedis.*]

26-29. Iunge *Ὕμνον καλλίνικον πέμψαντα ὅρμον στεφάνων ἀπὸ Κλεωναίου ἀγῶνος* etc. v. V. L. et *εὐωνύμων* 30. iunge cum *στεφάνων*. Thebis 31-33. fuere Iolaëa (*τὰ Ἰολάεια*) et Heraclea ad Amphitruonis tumulum.

29. *Ἀθάνας λιπαρὰς* dixit et inf. Isthm. II, 30. et in alio car-

Εὐωνύμων ἀπ' Ἀθανᾶν,
Θήβαις τ' ἐν ἑπταπύλοις·
Οὕνεκ' Ἀμφιτρύωνος ἀ-
γλαὸν παρὰ τύμβον
Καδμεῖοί νιν οὐκ ἀέκοντες
Ἄνθεσι μίγνυον,
Αἰγίνας ἕκατι. φίλοι-
σι γὰρ φίλος ἐλθὼν
Ξένιον ἄστυ κατέδραμεν
Ἡρακλέος ὀλβίαν πρὸς αὐλάν.

Δ. δ'. Κ. ιγ'.

Ξὺν ᾧ ποτε Τρωΐαν
Καρτερὸς Τελαμὼν

29 sq. Pyth. V, 27. Et nunc repente omnia ista exciderunt animo? Schol. legisse videtur: *πέμψαντος*, inuito metro. 30. *Ἀθανᾶν* recte Ald. Vulgg. *Ἀθηνᾶν*. 31. Dura est inuersio, sed poetae non adeo insolens, pro *ἀπὸ Θηβῶν τε*. Pauw conj. *Θήβας τε ἑπταπύλου*. et Mingarell. *Θηβᾶν τε ἑπταπυλᾶν*, foedo hiatu. Immo variauit structuram poeta. 36. Hic et v. 75. et 127. spondeus in principio pro trochaeo occurrit. Vidit quoque Schmidius. Ad Antispastum, ita variantem, rem reuocat Pauw. 40. *Τροΐαν* emendarat Schmidius pro *Τροίαν*. Et hoc ipsum admittit Pauw. *Τρωΐαν* sc. *χώραν, γῆν*. Isthm. IV, 64. est *ὅσοι Τρῴανδ' ἔβαν*. 41. *Κρα*-mine erant *αἱ λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι καὶ ἰοστέφανοι, Ἑλλάδος ἔρεισμα, κλειναὶ Ἀθᾶναι.* conf. Aeschin. Epist. IV. [v. Fragm. p. 74. *Ex Schedis.*] Loca congesserunt Schneider in Vitam Pindari p. 38. et Wyttenb. Bibl. crit. Vol. III. 1. p. 49. Ad laudes Athenarum cf. Pyth. VII. pr.

32. *Victor fuit renuntiatus a Thebanis haud inuitis*, ipse Timocritus (nam *νιν* vix alio quam ad ipsum patrem spectare potest), *tanquam a cognatis*, quia Aegineta erat, respectu originis vtriusque gentis ab Aegina et Thebe, Asopi filiabus. v. Schol. ad h. l. cf. Isthm. VIII, 34 sq. VI, 45 sq. Herodot. V, 80. et sup. ad Ol. VIII, 140 sq. [an: Thebani in laude victoris lubenter patris nomen pronun-

Πόρθησε καὶ Μέροπας
Καὶ τὸν μέγαν πολεμισταν
Ἔκπαγλον Ἀλκυονῆ,
Οὐ τετραορίας γε πρὶν
Δυώδεκα πέτρῳ
Ἥρωάς τ' ἐπεμβεβαῶτας
Ἱπποδάμους ἕλεν
Δὶς τόσους. ἀπειρομάχας
Ἐὼν κε φανείη,
Λόγον ὃ μὴ ξυνιείς. ἐπεὶ
Ῥέζοντά τι καὶ παθεῖν ἔοικεν.

Δ. έ. Κ. ιγ'.

Τὰ μακρὰ δ' ἐξενέπειν
Ἐρύκει με τεθμὸς
Ὧραί τ' ἐπειγόμεναι·

ταιός, vel κράτιστος conj. hocque recepit Schmidius, vt ceteris versibus par esset. Hic probandam se praebet illa ratio versus dispescendi, qua esset: ξὺν ᾧ ποτε Τρωΐαν κρατε- 41. ρὸς Τελαμὼν πόρθη- 42. σε καὶ Μέροπας καὶ τὸν 43. μέγαν πολεμιστάν. 49. Edebatur Δίς τόσσους. ita similis est versui 36. Schmidius ex Aldo dedit: Δὶς τόσους. 50. ἐάν κε Ald. 51. Notabilis est lectio ap. Stobaeum Serm. CLII. p. 526. ed. Wech. et Schol. Sophocl. ad Elect. v. 1032. ἐπη-ρεάζοντα (τὸν βλάπτοντα, aut, vt Hesych., βιάζοντα), vt εα vna syllaba efferatur.

tiarunt, qui hospitii jure cum iis conjunctus erat. *Ex Schedis.*]

44. v. Schol. Apollon. I, 1284. Ab insula Co Pallenen aduersus Gigantes processerat ap. Apollod. II, 7, 1. In ea pugna Alcyoneus caesus ibid. I, 6, 1.

45. οὔ γε πρὶν, πρὶν ἕλεν sc. Alcyoneus.

53 sqq. Iterum in eo erat, vt de Hercule longam digressionem ingrederetur, a qua se reuocat. τὰ μακρὰ (τὰ μακρότερα) *vt eloquar, prohibet et lex* (carminis: cum Aegineta victor celebrandus sit, non Thebanus) [Heynius, deletâ voce *Thebanus*, adscripsit *Hercules.*] *et*

Ἴϋγγι δ' ἕλκομαι ἦτορ
Νουμηνίᾳ θιγέμεν.
Ἔμπα, καί περ ἔχει βαθεῖ-
α ποντιὰς ἅλμα
Μέσσον, ἀντίτειν' ἐπιβουλί-
ᾳ· σφόδρα δόξομεν
Δαΐων ὑπέρτεροι ἐν
Φάει καταβαίνειν·
Φθονερὰ δ' ἄλλος ἀνὴρ βλέπων,
Γνώμαν κενεὰν σκότῳ κυλίνδει

57. *Νουμηνίᾳ* a *θιγέμεν* regi nequit: et errat Schmidius, qui id fieri aiebat, laudatis locis P. VIII, 33. IV, 528. Emendat Pauw, quod in promtu est, *Νουμηνίας* vel *Νουμηνίαν*, quae scilicet Como et festiuitati erat praestituta. At v. Not. 61. δόξομεν Schmid. ex Aldo. reliquae: δόξωμεν.

tempus properans: potuit carmen ad certum diem esse promissum; nam v. 122. *συνθέμενος, pollicitus.* Ἴϋγγι (v. Pyth. IV, 381.) δ' ἕλκομαι ἦτορ Νουμηνίᾳ θιγέμεν· sic ceteris conuenient: *etsi admodum cupio attingere haec in sollenni hoc.* [*in carmine tali. Ex Schedis.*] θίγειν scil. τῶν μακρῶν ἐκείνων de Hercule: in quo se sibi tantopere placere saepius dixit. νουμηνίᾳ est pro ἐν νουμηνίᾳ, et haec pro *festo ludorum*, adeoque et pro *hymno*.

58. ἔμπα καίπερ ἔχει — *Etsi mare altum te*, anime mi, *iam tenet in medio cursu*, (narratione, quam institueram de Hercule; iam aliquantum prouecta) *tamen insidiosis illecebris resiste*, noli in digressione progredi. Ita non habebunt inimici, quod in me arrodant: id quod a v. 62. ornat: *multum videbor superior esse obtrectatoribus;* pro *esse* dixit ἐν φάει καταβαίνειν, de splendido, glorioso incessu, quando quis, rebus gestis conspicuus, insigni laude ornatur, λαμπρύνεται, φλέγεται, φαεινός ἐστιν, vt alias de victoribus loqui amat. *Obtrectatores enim* (v. 64.) *clam varia in me incassum meditantur, sed meam virtutem, adeoque et laudem, nunquam atterent* v. 66 sqq. φθονερὰ βλέπων, φθονερός, et ἄλλος ἀνὴρ pro ἄλλος

Δ. ζ'. Κ. ιγ'.

Χαμαὶ πετοῖσαν. ἐμοὶ
Δ' ὁποίαν ἀρετὰν
Ἔδωκε Πότμος ἄναξ,
Εὖ οἶδ', ὅτι χρόνος ἕρπων
Πεπρωμέναν τελέσει.
Ἐξύφαινε γλυκεῖα καὶ
Τόδ' αὐτίκα, φόρμιγξ,
Λυδίᾳ σὺν ἁρμονίᾳ μέ-
λος πεφιλημένον
Οἰνώνᾳ τε καὶ Κύπρῳ, ἔν-
θα Τεῦκρος ἀπάρχει

66. *χαμαιπετοῖσαν* vulgg. at diuisim Ald. 68. *Ἔνδωκε* Schmid. refinxerat propter antitheticos. Est tamen Colon Iambicum. [*ἄναξ* Gilb. Wakefield vertit in *ἅπαξ*. (Silv. Part. I. pag. 78.) *Ex Addendis.*] 75. *Οἰνόπᾳ* metro veritus Schmid. legit, quoniam inf. Isthm. VIII, 45. *Οἰνοπία νᾶσος* et ap. Ouid. Met. VII, 472. 3. *Oenopia* occurrit: sed *Οἰνώνᾳ* defendunt (conuenit v. 36.) Oxon. et Pauw: hic etiam coli vitium nemini obseruatum deprehendit: scribendum enim: — *Κύπρῳ, ἔν-* 76. *θα Τ. ἀ.* cum esset — *Κύπρῳ,* 76. *Ἔνθα Τ.* 76. *ὑπάρχει* Schmidius, vti Scholiis praefixum inuenitur, *primus auctor regni est. Ἀπάρχειν τις.* Videtur autem poeta in nonnullorum reprehensionem incurrisse, quod Herculis vbique laudes carminibus intruderet. Subiungit itaque 66 — 70. *At mihi ingenium, quod naturae aliqua felicitas dedit,* (inuidorum obtrectatio non eripiet) *aetas progressa perficiet.* In personam mutatus *Πότμος ἄναξ*, qui Nem. V, 73. est *Πότμος συγγενής*, ὁ *Δαίμων*, *felicitas in nascendo;* hanc sibi *perpetuam* fore ait. Quod in voti parte extulit Horatius: *integra cum mente nec turpem senectam degere nec cithara carentem;* hoc tribuit *tempori:* ὁ *χρόνος ἕρπων τελέσει* (*potest et perficere et ad finem seruare*) *πεπρωμέναν*, h. *κατὰ τὸ πεπρωμένον.*

71. Nunc ad laudes heroum Aeginetarum procedit. *αὐτίκα,*

Ὁ Τελαμωνιάδας· ἀτὰρ
Αἴας Σαλαμῖν' ἔχει πατρῴαν·

Δ. ή. Κ. ιγ'.

Ἐν δ' Εὐξένῳ πελάγει
Φαεννὰν Ἀχιλεὺς
Νᾶσον· Θέτις δὲ κρατεῖ
Φθίᾳ· Νεοπτόλεμος δ' Ἀ-
πείρῳ διαπρυσίᾳ,
Βουβόται τόθι πρῶνες ἔξ-
οχοι κατάκεινται
Δωδώναθεν ἀρχόμενοι πρὸς
Ἰόνιον πόρον.

pro simplici ἄρχειν dictum accipit Pauw. alioqui conj. ἐπάρχει. An in ἀπάρχειν latet *seorsum*, *procul a patria*, *in alia terra?* 79. Ἐν δ' spondeus in principio Iambici. Nec probandus Schmidius, qui cum Aldo δ' eiecit. 80. Hic idem haud dubie recte dederat Ἀχιλεὺς pro Ἀχιλλεύς. 86. Δωδόναθεν Ald. operarum incuria: sed Schmidius inuolauit, vt trochaeum extunderet. Pauwius ex hoc et 112. colo colligit, etiam octauum colon strophae non epichoriambicum trochaicum, sed epichoriambicum antispasticum esse. cf. v. 34. et 47. ἐρχόμενοι etiam Ald. quod non spernit Mingarellus. 87. Ἰώνιον sphalma ed. Rom. et Brub.

statim, *primo loco.* Mox 76. ἀπάρχει, si sanum est, accipiendum, vt in V. L. dixi, *procul a patria regnat*; h. e. pro heroe colitur. Vt dii regnare dicuntur, praeesse locis quae tuentur, in quibus coluntur. Contra *Aiax* Salamine, *in patria pro heroe colitur.* Eodem sensu mox κρατεῖ. 80. Leucen Insulam declarat: quae Achillis herois sedes cum Iphigenia: v. Antonin. Lib. 27. et ibi Munck. [V. supra ad Olymp. II, 142. *Ex Schedis.*] 81. Thetis Phthiae colitur praecipue.

Παλίου δὲ πὰρ ποδὶ λα-
τρίαν Ἰαωλκὸν,
Πολεμίᾳ χερὶ προστραπὼν,
Πηλεὺς παρέδωκεν Αἱμόνεσσιν,

Δ. θ'. Κ. ιγ'.

Δάμαρτος Ἱππολύτας
Ἀκάστου δολίαις
Τέχναισι χρησάμενος.
Τᾷ Δαιδάλω δὲ μαχαίρᾳ

89. Vulgo *λατρείαν*. Schmid. emendat *λατρίαν*. Amat autem Pindarus *-ιος* pro *-ειος*, et *λάτρειος* ac *λάτριος* frequentatur. 90. *χερὶ* recte Schmidius, vrgente metro, pro *χειρί*. Vt interpunxi, accipio: *τραπεὶς πρὸς αὐτὴν (σὺν) πολεμίᾳ χειρὶ*, *hostili vi aggressus:* pro *προστραπόμενος*. Rem attigerat Nem. III, 58. 59. conf. V, 48. Scholium *νικήσας ἐν πολέμῳ διὰ τροπαίου ὁ Πηλεὺς* praeivit Intpp. qui vertunt *Iolcum quum expugnasset.* Videtur Schol. legisse *προτραπών. euertens.* 94. *χρησαμένης* interpolauit Schmidius, vt ad Hippolyten referatur, *dolosis artibus* in Peleum *vsam.* quod est vulgare pro lyrico. Mingarellus et Matthiae noster p. 41. conj. *χωσάμενος*: argute saltem. Pauw defendit *χρησάμενος*, dictum vt: *χρῆσθαι τύχῃ, νιφετῷ* et al. Malim laudare *χρῆσθαι δυστυχίαις, δυσπραγίαις, συμφοραῖς, χειμῶνι*, vt sit: *incidens in laqueos Hippolytes, oppressus eius insidiis.* Scholia perperam accipiunt. 95. *Δαιδάλω*, Doricam formam, quantum video, intulerunt Oxonienses. vulgo *Δαιδάλου*. Schmidius emendauerat *δαιδάλᾳ*. melius arri-

88. De fabula v. 88. cf. Nem. III, 58. Isthm. VIII, 88. Apollod. III, 13, 7. Not. p. 801. At de altera v. 92 sqq. cf. mox Nem. V, 48. et Apollod. III, 13, 3. et Not. p. 788 sq. In v. 90. iungenda sunt *παρέδωκεν λατρίαν Αἱμόνεσσι. hostili vi aggressus Iolcum*, Acasto superato, *subiecit ditioni Haemonum.* Mox v. 94. *χρησάμενος* recte videor exposuisse: *expertus fraudes*, vt *χρᾶσθαι τῇ τύχῃ* aliquis dicitur.*

In sqq. v. 95. haereo adhuc quid statuendum putem. *Δαιδάλου μάχαιρα* est tumor plus

Φίτευέν οἱ θάνατον
Ἐκ λόχου Πελίαο παῖς.
Ἄλαλκε δὲ Χείρων,
Καὶ τὸ μόρσιμον Διόθεν πε-
πρωμένον ἔκφερεν.
Πῦρ δὲ παγκρατὲς θρασεο-
μαχᾶν τε λεόντων

puisset Didymi lectionem *δαιδάλῳ* (sic enim scripsisse videtur) *μαχαίρᾳ*, *artificiose fabrefacto gladio.* In Scholiis occurrit primo loco: *Δαιδάλου μάχαιραν τὸν δόλον εἶπε, τμητικὸν γεγονότα εἰς ἀπώλειαν· παρόσον δολίᾳ τέχνῃ χρησάμενος ἐπεβούλευσεν.* Videtur igitur Scholiastes v. 93. *Ἄκαστος* legisse. Ita locus sic refingendus esset: — *Αἱμόνεσσιν. Δάμαρτος Ἱππολύτας Ἄκαστος δολίαις τέχναισι χρησάμενος, τᾷ Δαιδάλῳ δὲ μαχαίρᾳ, φίτευέν οἱ θάνατον ἐκ λόχου Πελίαο παῖς.* Quae apud Schol. Apollonii I, 224. memoratur, *μάχαιρα ἡφαιστότευκτος*, ad aliam narrandi rationem spectat, et male ad Pindarum aduocatur ab vno Scholiastarum et a Zenob. Prouerb. V, 50. Iterum alia narratio apud Apollodor. III, 12, 3. occurrit. 96. Vulgo *φύτευεν.* Recte mutauit, vt prima syllaba producatur, Schmidius *φίτευεν.* Vtrumque poetis est *μηχανᾶσθαι, ποιεῖσθαι, τελεῖν.* 101. *θρασυμα-* 102. *χᾶν τε λ.* edd. vulgg inde a Romana: ita truncatus alter versus. Schmidius *παγκρατές τε θρασυ-* coniiciebat: nec male; mox Aldinam reuocauit, quam in textu habemus. Vulgaris sane forma est *θρασυμάχης;* vnde Pauw emendare volebat: *θρασυνο-μαχᾶν*, vel *παγκρατές γε θρασυ-μ.*

quam lyricus; si tamen in epitheton mutes, et *Daedaleum* vel *Daedallum ensem* dixeris, non adeo ab vsu poetarum id abhorret. Vsus tamen vocis *δαίδαλος* adiectiua forma etiam ad Romanos poetas peruenit. Simpliciter verba sic se habent: *τᾷ δαιδάλῳ δὲ μαχαίρᾳ* (pro *διὰ τῆς μαχαίρας*) *ense fabrefacto* ipsi *subducto* necem machinatus est Acastus.

98. *ἄλαλκε δὲ Χείρων* (sc. *τὸν θάνατον*) *καὶ τὸ μόρσιμον ἔκφερεν*, *quod fatale erat, ad exitum perduxit.* Male multa mouet Schol.

Ὄνυχας ὀξυτάτους ἀκμὰν
Τε δεινοτάτων σχάσαις ὀδόντων,

Δ. ι. Κ. ιγ'.

Ἔγαμεν ὑψιθρόνων
Μίαν Νηρεΐδων·
Εἶδεν δ' εὔκυκλον ἕδραν,
Τᾶς οὐρανοῦ βασιλῆες
Πόντου τ' ἐφεζόμενοι
Δῶρα καὶ κράτος ἐξέφα-
ναν, ἐς γένος αὐτῷ.
Γαδείρων τὸ πρὸς ζόφον οὐ πε-
ρατόν. ἀπότρεπε

104. *τε δεινοτά-* Paeon secundus pro Ionico, vt saepe, monente quoque Pauwio. Schmidius refinxerat: v. 103. *Ὄ. ὀ. καὶ ἀ-* 104. *κμὰν δεινοτάτων.* 107. Ne colon Iambicum in altero loco laboret, tribrachyn mauult Pauw: *εὔκυκλον.* 111. *ἐς γένας* omnes vett. edd. donec primus Steph. dedit *ἐς γένος*, *in posteritatem*, quem sequuti sunt ceteri edd. etiam ipse Commelinus. Rittershusius *ἐγγενὲς* (ad *κράτος*) emendabat: ex Scholiis scilicet; elegantius Pauw: *ἐς γέρας.* Sunt *τὰ ἕδνα* Pyth. III, 167. quem locum confer. Nec tamen *κράτος* per se satis commodum videtur, nisi iungas *τὸ κράτος ἐς γένος* (*ἐσόμενον*), h. *potentiam*, *opes ad posteritatem duraturas*, pro vulgari: *τὸ κράτος τοῦ γένους αὐτοῦ.* *ἐξέφαναν* duplici sensu, aliter *δῶρα*, afferendo, aliter *κράτος*, praedicendo. 112. Iterum in capite spondeus pro trochaeo. Inclinat Schmidius in emendationem: *Γαδέρων;* sed Pauw confugit ad metrum antispasticum. Versum in animo habuisse videtur Euripides Hippol. 744. 5.

104. *σχάσαις. ἐπισχὼν, παύσας.* non a *σχάω*, sed a *σχάζω.* Voces sunt remigantium, dum remos inhibent; vt sup. Pyth. X, 79.

107. *εὔκυκλον ἕδραν, τᾶς. ἐφ' ἧς. concessum* in nuptiis, *in quo sedentes dii* —.

112. In digressionem euagatus sollemni more et formula se reuocat. Vltra Herculis columnas

Αὖτις Εὐρώπαν ποτὶ χέρ-
σον ἔντεα ναός.
Ἄπορα γὰρ λόγον Αἰακοῦ
Παίδων τὸν ἅπαντά μοι διελθεῖν.

Δ. ιά. Κ. ιγ'.

Θεανδρίδαισι δ' ἀε-
ξιγυίων ἀέθλων
Κάρυξ ἕτοιμος ἔβαν
Ὀλυμπίᾳ τε καὶ Ἰσθμοῖ
Νεμέᾳ τε συνθέμενος·

114. Hic vero metrum turbat media in *Εὐρώπαν* pro breui syllaba. Satis audacter Schmidius in textum adeo intulit *εὐρίαν*, nouam vocem ab *εὖρος*, sc. *χέρσον*, *regredere versus ortum.* Pauw *εὐροπὰν* emendat, vt sit pro *εὐρυοπὴν χέρσον*, *terram, quae late extenditur, late patet*, vt sit Europae declaratio. Dura tamen et ipsa forma, (nam ex *εὐρύωψ* duceretur *εὐρυωπὸς* vel *εὐρυώπης*) et illa synizesis; etsi et apud Hesych. *εὐρωπὸν* — *πλατὺ* occurrit. A Pindari ingenio non esset alienum, si quis suspicaretur, in etymo vocis eum lusisse, vt occidentem orbis terrarum *εὐρωπὸν*, et, simili modo, atque interdum alia deriuata similis formae efferri memini, *εὐροπὸν*, h. l. *χέρσον εὐρωπὰν* dixerit: videntur enim veteres ex *εὐρὼς*, quasi *εὖρος* esset, nescio quid argutati esse, vnde et apud Hesych. *εὐρωπὸν*, *σκοτεινὸν*, et *εὐρώπη*, *χώρα τῆς δύσεως*, *ἢ σκοτεινή.* item: *εὐρώεντος*, *σκοτεινοῦ*, *ἀπὸ τοῦ εὐρῶτος*, legitur. Vel sic tamen malim dicere, eum hic nouasse aliquid, aut vetustiorem auctoritatem esse sequutum. 121. *Οὐλυμπίᾳ τε* Schmid. 122. Idem minus bene intulit *συνθεμένοις*, vt ipsi Theandridae propter numerum victoriarum videantur quasi foedus pepigisse. Tuetur Pauw *συνθέμενος*, nec clare exponit, quo sensu. Arbitror sic: non est progrediendum nauigando; nauis igitur est retroagenda.

116. *ἄπορον γὰρ*, *λόγον πάντα.* *omnes laudes*, facta, vel *narrationem* omnem de iis.

118-129. Progreditur ad tribules victoris, Theandridas: e quibus multi victores fuerant. *ἔβαν* pro *ἔρχομαι* — *συνθέμενος*, *ἐκ συνθέσεως*, *cum pollicitus*

Ἔνθα πεῖραν ἔχοντες, οἴ-
  καδε κλυτοκάρπων
Οὐ νέοντ' ἄνευ στεφάνων. πά-
  τραν νὶν ἀκούομεν,
Τιμάσαρχε, τεὰν ἐπινι-
  κίοισιν ἀοιδαῖς
Πρόπολον ἔμμεναι. εἰ δέ τοι
Μάτρωί μ' ἔτι Καλλικλεῖ κελεύεις

a digressione redit ad victorem, Theandridarum tribulem. *Enimvero victorias Theandridarum celebrare promiseram*, susceperam, institueram. 125. οὐ νέων γ' ἄνευ Ald. corrupte. 126. πάτραν, νὶν ἀκούομεν etc. interpungit Pauw: πάτραν *quod attinet, eam audimus* etc. Equidem sic accipiebam: poeta debebat pergere: ἀκούομεν αὐτοὺς (τοὺς Θεανδρίδας v. 118.) πάτραν τεὰν, ἔμμεναι etc. *Audimus eos*, tribules tuos, *tribum tuam, esse* etc. Retraxit tum solito more pronomen ad posterius νιν, πάτραν τεάν. Alioqui expedita ratio erat νυν scribere, in quod et Mingarellus propensus est; aut μέν. πάτραν pro φρατρίαν accipio, vt et alibi, v. c. Isthm. VI, 93. 94. πρόπολον ἀοιδαῖς ἔ. pro ἀοιδῶν, *sacerdotem, antistitem epiniciorum*, addictam iis esse et vacare. v. Not. 127. σὰν Schmid. Melius τεὰν vna syllaba effertur. 129. In seqq. distinxi cum Pauwio: protasis εἰ δέ τοι — λευκοτέραν· apodosis est v. 138. κεῖνος ἀμφ' Ἀ. reliqua in medio interiecta sunt. Στήλην autem in animo habet, qualis victoribus illa poni solebat. cf. Ol. VII, 158. 9. — 130. Μάτρωϊ vulgo editum. Schmidius iam monuit, et post eum Pauwius, synizesin faciendam binarum syllabarum. Itaque delenda erat diaeresis, quod fecimus, nisi adhuc melius erat rescribere μάτρῳ. Mansit τὸ ι ex vetere literarum chara-

sim. — 123. ἔνθα πεῖραν ἔχοντες, pro πεῖραν ποιούμενοι, πειρώμενοι ἀγώνων, *in certamen prodeuntes.* — 125. ἀκούομέν νιν, πάτραν τεὰν, ἔμμεναι πρόπολον ἀοιδαῖς ἐπινικίοις, antistitem, προφήτην, *multos hymnos in victorum honorem seruare,* quibus celebrant suos tribules, quos adeo necesse est, *multis hymnis materiam subministrasse* victoriis suis.

129 sqq. εἰ δέ τοι μάτρωί μ' ἔτι Καλλικλεῖ κελεύεις στάλαν θέμεν Παρίου λίθου λευκοτέ-

Δ. ιβ'. Κ. ιγ'.

Στάλαν θέμεν, Παρίου
Λίθου λευκοτέραν·
Ὁ χρυσὸς ἑψόμενος
Αὐγὰς ἔδειξεν ἁπάσας·
Ὕμνος δὲ τῶν ἀγαθῶν
Ἐργμάτων βασιλεῦσιν ἰ-
σοδαίμονα τεύχει
Φῶτα· κεῖνος ἀμφ' Ἀχέροντι
Ναιετάων ἐμὰν
Γλῶσσαν εὑρέτω 'κελαδῆ-
τιν, Ὀρσοτριαίνα
Ἵν' ἐν ἀγῶνι βαρυκτύπου
Θάλησε Κορινθίοις σελίνοις·

ctere maiusculo. 131. In capite spondeus iterum pro iambo. 143. *Θάλλησε* Schmid. sed et *θηλέω, θαλέω.*

ραν· potest apodosis subiici: *recte, eius meminero.* At e poetae mente apodosis videtur sequi v. 138. *κεῖνος ἀμφ' Ἀ.* — *εὑρέτω, ἐχέτω ὕμνον ἐμόν.* vt in medio *παρένθετα* sint (*ὁ χρυσὸς — τεύχει φῶτα*). [Haec in textu Heynius parentheseos signis inclusit.] Inuersione autem vsus est in comparatione, 133-138. quae proprie esse debebat: *vt aurum igni coctum splendorem summum habet, sic facta praeclara carminibus exposita;* subiicit: *hymnus regibus aequat:* quorum scil. summus splendor est. Si ita exponas, nil desideres. [Quod si desideras me inter Theandridas attingere laudes Calliclis aui, tanquam monumentum e splendido marmore, ego eum jam mortuum memorabo victorem fuisse in Isthmiis. Est enim carmen id, quod decus summum factorum haberi potest, splendidius auro cocto. *Ex Schedis.*] 131. *στάλαν, monumentum*, dixit hymnum, vt Nem. VIII, 80. cfr. mox N. V, 1. Vnde aliquis dixit *ἔμψυχον στήλην.* v. Morell. ad Aristid. in Leptin. p. 178. In 140. iungo *γλῶσσαν κελαδῆτιν εὑρέτω, ἐχέτω, ἐν ἀγῶνι Ὀρσοτριαίνα, ἵνα θάλησε σελίνοις. in quo apio florenti coronatus est.* *ἔτυχε στε-*

Δ. ιγ'. Κ. ιγ'.

Τὸν Εὐφάνης ἐθέλων
Γεραιὸς προπάτωρ
Ὁ σὸς ἀείσατο, παῖ.
Ἄλλοισι δ' ἅλικες ἄλλοι.
Τὰ δ' αὐτὸς ἄν τις τύχῃ,

146. Erat: ὁ σὸς ἀείσεται, παῖ. Manifeste corruptus versus et sensu et metro. Quomodo enim idem Euphanes προπάτωρ, *auus*, carmine celebrare potuit et *Callielem, victoris auunculum*, et idem celebrabit *Melesiam, alipten nepotis;* et quidem tanquam *aequalem suum*, vt vterque sint ἥλικες v. 147. Occurras, si subiunxeris mente: Si ille Euphanes adhuc viueret, *quantum is omnes alios superaturus esset laudando Melesiam ipse luctae peritus! quantum luctaturus ille esset verbis, inuictus carmine!* Quod si haec non satis placent: adi Notam. Praeteritum vtique tempus requiritur. Pauw emendat: ὁ σός γ' ἄεισε πάλαι vel ὁ σός γ' ἀείσατο, παῖ. Remittemus ei prius, et tenebimus alterum. Euphanes, et ipse poeta, celebrauerat hymno Callielem, aequalem suum, quem genere quoque attingebat. 148. Corruptum et hoc colon. Schmidius: τῶν δ' αὐτὸς ἂν τυχέῃ. Pauw: τὰ δ' αὐτὸς ἄν τύχε τις, vt τύχε, ἔτυχε, cum quarto casu iunctum sit, quod satis notum esse ait. Alia ariolatur Mingarellus: ἂν τετύχῃ, ἄντα τύχῃ, ἀντιτύχῃ, vt ἀντίκειται Isthm. VII, 36. Equidem substituam: (καθ') ἅ (vt Ol. II, 85. Nem. VII, 16. 81.) τις ἔτυχεν, (alias ἔτυχε τοῦ σκοποῦ, τοῦ τέλους,) ἐν οἷς ηὐτύχησε. et quidni propius ad vulgatam: τὰ δ' αὐτὸς ἄν γε τύχῃ. quorsum enim τις bis infertur?

φάνου θάλλοντος. Callicles olim Isthmiis victor fuerat: cuius nunc mentionem honorificam facit Pindarus.

144-7. Continuo orationem et iungo cum superioribus: Callicles — *quem Euphanes auus tuus senex carmine celebrauit*, eius aequalis, vt sunt *alii aequales aliis.* Nam ἀείσατο vel metrum legere iubet. Tacita est oppositio: At ego aequalis tuus celebro te.

148. καθ' ἅ τις αὐτὸς τύχῃ, εὐτυχεῖ, qua in re aliquis ipse successum habuit, *ea videri potest ipse optime celebrare carmine posse.* ἔλπεται, δοκεῖ, vt

Ἔλπεταί τις ἕκαστος ἐξ-
οχώτατα φάσθαι.
Οἷον αἰνέων κε Μελησί-
αν ἔριδα στρέφοι.
Ῥήματα πλέκων, ἀπάλαι-
στος ἐν λόγῳ ἕλκει·

151. Quantopere veteres in h. l. trepidauerint, vide in Schol. Mireris tamen, quam vana captauerint. Aristarchus *οἷον* legebat; nescio quo sensu. Quid sequutus sim, in Nota apposui. Pauw legebat, quod ipse amplectebar: *Μελησίας*, egebat tantum bono interprete vir doctus. Si eum sequaris, totum locum sic interpunges: *Οἷον, αἰνέων κε Μελησίας ἔριδα, στρέφοι, ῥήματα πλέκων! ἀπάλαιστος ἐν λόγῳ ἕλκει, Μαλακὰ μὲν* etc. Necesse est in his statuere, Melesiam alipten et ipsum poetam fuisse: is igitur, *si canere laudes certaminis*, hymnum, *recipiat, quantopere contendat*, (*στρέφοι*, nam *στρέφειν τὸν ἀντίπαλον*, non vero *στρέφειν ῥήματα*) verba *iungendo* versibus! *inuictus laudibus*, laudando, *λόγῳ, λόγοις*, vt saepe, *ille superat*; (*ἕλκει, prosternit alios*) *amicis ille facilis*, Nem. VI, 45. VII, 29. et al. Obscurum esse potest, quorsum haec spectent. Vulgo referunt ad Euphanem: ita sequentia de Melesia [Ol. VIII, 71. *Ex Schedis.*] non satis conueniunt: v. V. L. ad 146. Aliam viam ingressus eram, cum Pauwium sequutus legerem *Μελησίας*, vt ipse is aliptes esset et poeta: v. V. L. ad 151. Apponam nunc nouam rationem, accommodatam mori poetae, subiungendi in carminis fine pauca in laudem aliptae; qua quidem ratione nil mouendum erit, meliore tantum interpunctione apposita: 148. Qua in re quis ipse excellit, eam ipse optime eloquitur. *Si quis*, talis vir, ipse luctae peritus, *Melesiam laudaret, quam praeclarum ille carminis argumentum habiturus esset!* Is igitur carmine suo esset *superaturus alios in victorum laudibus occupatos. οἷον στρέφοι κεν, ῥήματα πλέκων, αἰνέων Μελησίαν* (*κατὰ τὴν*) *ἔριδα, in certamine*, qualis sit ille certamine. Verba petita sunt a lucta: *στρέφειν, ἀπάλαιστος, ἕλκει, ἔφεδρος.* [153. *ῥήματα πλέκων.* Ap. Herodot. VIII, 83. Themistocles *καταπλέξας τὴν ῥῆσιν.* vt *ῥάπτειν. Ex Schedis.*] Extremos carminis versus ipsius aliptae laudes pronuntiare, sentio: certe 155. 156. forte etiam *ἀπάλαιστος* et *ἕλκει*. At *ἐν λόγῳ* non conuenit: quod ad poetam

Μαλακὰ μὲν φρονέων ἐσλοῖς,
Τραχὺς δὲ παλιγκότοις ἔφεδρος.

suauis, inimicis grauis aduersarius. [f. Schol. εἰ pro ἐν legerat. *Ex Schedis.*] 153. *Μαλθακὰ* erat. *Μαλακὰ* Schmidius ad antitheticorum exempla et conuenienter metro.

potius spectabit. Erit adeo iungendum cum superioribus: ille poeta *inuictus carmine, laudibus,* aemulum *ἕλκει, prosternit:* requiritur sic *ἕλκοι*, vti erat *στρέφοι.* Suspicor tamen fuisse *ἐν πόνῳ, in certamine.* Ita lectio et interpunctio erit: *οἷον*, (talis poeta) pro *ὥς*, per exclamationem, vt iam Didymus accepit, *αἰνέων κε Μελησί-* 152. *αν ἔριδα, στρέφοι,* 153. *ῥήματα πλέκων! ἀπάλαι-* 154. *στος* (is Melesias) *ἐν πόνῳ ἕλκει,* 155. *μαλακὰ μὲν φρονέων ἐσλοῖς,* 156. *τραχὺς δὲ παλιγκότοις ἔφεδρος.* Dicta sunt *στρέφειν* et *ἕλκειν* in lucta de eo, qui illum, cum quo commissus est, de statu deiicit, corpus eius *inflectit*, curuat, tandem *prosternit.* Tropice *καθέλκεσθαι ὑπὸ λήμματος* ap. Polluc. VI, 191. et inter Sophistarum artes est *τὸ στρέφεσθαι.* Quorsum tamen haec? cum iam apud Homerum sit: *τετρίγει δ' ἄρα νῶτα, θρασειάων ἀπὸ χειρῶν ἑλκόμενα στιρεῶς.* Ap. Hesiod. Sc. H. 302. *ἐμάχοντο πὺξ τε καὶ ἑλκηδόν.* — *ἔφεδρος* est aduersarius, quem vincens habiturus est, vt cum eo pugnam ineat; nunc simpliciter *infestus;* Latine dixeris: additus; vt *Teucris addita Iuno, ἔφεδρος.* Sunt sane haec operose elicienda carmine: nam deficiunt nos notitiae hominum, rerum et temporum. Ita v. 148. possit ad tempus trahi: *καθ' ἃ* — *quibus quis ipse interfuit,* ea etc.

NEMEA

εἶδος έ.

ΠΥΘΕΑι ΑΙΓΙΝΗΤΗι

παγκρατιαστῇ ἐν παισί.

Argumentum.

Praedicat poeta munus suum, hymnum, et victoriae praestantiam. — 11. Hinc ad heroes Aeginetas transit: Aeacum et filios — 40. inprimis Peleum. — 75. Inde alii victores Aeginetae celebrantur, Euthymenes, — 77. quem aemulatur Pytheas, — 85. Menander alipta, — 90. Themistius, auus maternus Pytheae. v. ad Isthm. VI. pr.

Σ. ά. Κ. ιά.

Οὐκ ἀνδριαντοποιός εἰ-
μ', ὥστ' ἐλινύσσοντά μ' ἐργάζε-

Αἰγινήτῃ insertum a Schmidio, recte ex v. 5. cf. Isthm. VI. et Schol. ad Isthm. V. At alienum erat alterum *υἱῷ Λάμπωνος*, non quod per se non verum sit, verum quod parum ex vsu *υἱῷ* adiicitur. Contra appositum esse debebat *ἐν παισί*. De *Lampone* patre v. Isthm. VI, 97. Herodot. IX, 78. Pausan. III, 4 f. Quo iure is historiam belli Persici scripsisse tradatur, mihi non liquet. 2. 3. Metricus aliter dispescuit versus: — *μ' ἐργά-ζεσθαι ἀγ. ἐπ' α. β.*

1. Cum *hymni* sint monumenta virtutis et victoriae, comparanda cum columnis et statuis, vt sup. Nem. III, 131. *στά-*

σθαι ἀγάλματ' ἐπ' αὐτᾶς βαθμίδος
Ἑσταότ'. ἀλλ' ἐπὶ πάσας

atque ea expeditior ratio, iudice quoque Pauwio. Idem Plantinianam et Commelinianam obseruat eam rationem tenere per totum carmen, excepta prima hac stropha; sed non proprium hoc est illis, verum haustum ex edd. Steph. Turbatum fuit propterea, quod in codd. quos vett. Ald. et Rom. expressere, pes hoc v. 2. exciderat: habent enim: μ' ὥς τ' ἐλιννύσοντ' ἐργάζε—. Brubachiana emendatius exhibet, nescio vnde, μ' ὥς τ' ἐλλινύζοντά μ' ἐργά—. Eam sequitur Morell. nisi quod μ'. ὥστ' retinuit. Veterem lectionem iterum retraxit Steph. 2. ἐλλινύσοντ' legebatur inde a Stephano, nec aliter Ald. et Rom. cum Crat. Corruperat Brub. et Morell. ἐλλινύζοντα. Emendaverat Schmidius ἐλινύσοντα. ἐλινύω scribi recte per vnum ν, nemo dubitet, cum syllaba per se sit producta: quod post viros doctos ad Callimach. in Cer. 48. Toup. Emendat. in Suidam voc. στραγγεύομαι, (etsi vnus locus Etymologi h. v. sufficere poterat) iterum copiose docuit Brunck. ad Aeschyl. Prom. 53. ad Analecta Tom. III. pag. 240. ad Apollon. I. 862. Mirum tamen Valckenarium non mouisse de loco duplex ν in Theocr. X. 51. ἐλινύας ἄγειν reperio apud Polyb. Tom. IV. pag. 144. Nec vero minus quaeri potest de altera syllaba νυ, sitne per se longa, an duplici σσ producenda? Apud Apollon. eodem lib. I. 589. ἦματ' ἐλινύεσκον, at 862. δηρὸν δ' ἂν ἐλίνυον αὖθι μένοντες, vnde conficitur, esse hanc syllabam ancipitem. Apud Pindar. tamen inf. Isthm. II, 67. υ breuis est syllaba; sed vel sic statuo, nouam esse formam ἐλινύσσω: vt adeo recte h. l. per duplex σσ scribatur. Locum Pindari expressit Diodor. in Exc. de Virt. et Vit. p. 556, 96. ἵνα μὴ περὶ τὰς τῶν λιθίνων μνημείων κατασκευὰς σπουδάζωσιν, ἃ καὶ τόπον ἕνα κατέχει καὶ φθορᾶς ὀξείας τυγχάνει· ἀλλὰ περὶ λόγον καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς, αἳ πάντῃ φοιτῶσι διὰ τῆς φήμης. ὁ δὲ χρόνος, ὁ πάντα μαραίνων τἆλλα, ταύτας ἀθανάτους φυλάττει, καὶ πρεσβύτερος γενόμενος αὐτὰς ταύτας ποιεῖ νεωτέρας. Praeclarus locus!

λαν se esse positurum dixerat, Παρίου λίθου λευκοτέραν, ita nunc statuis suum hymnum comparat quidem, diuersitatem tamen agnoscit in hoc, quod hymnus per omnes terras vulgatur, statua eodem loco manet. ἐλινύσσοντα ἀγάλματα sunt ἀκίνητα. cf. V. L.

Ὀλκάδος ἔν τ' ἀκάτῳ, γλυκεῖ' ἀοιδά,
Στεῖχ' ἀπ' Αἰγίνας, διαγγέλ-
λοισ' ὅτι Λάμπωνος υἱὸς
Πυθέας εὐρυσθενὴς
Νικῇ Νεμείοις παγκρατίου στέφανον.
Οὔπω γένυς φαῖνεν τέρειναν
Ματέρ' οἰνάνθας ὀπώραν,

5. In libris non legitur nisi Ὀλκάδος ἔν τ' ἀκάτῳ. Desunt versui quinque syllabae, vt ex antitheticis cognoscere in promptu est. Scholion: ὦ γλυκεῖά μου ᾠδή, πορεύου. vnde Schmidius suppleuit: — ἔν τ' ἀκάτῳ, γλυκεῖ' ἀοιδά, —. Pauw mauult: γλυκεῖα Φάμα vel Μοῖσα. 6. Στοῖχ'. etiam hic populari nostro debebant parere Oxonienses. Nulla forma nota est στοίχω. leg. στεῖχε. et sic iam Commelin. ediderat. 7. In ὅτι vltima producta displicet Pauwio, qui emendat: — λοισ', ὅτι γε Λ. vel — λοισα, ὅτι Λ. anapaestus pro spondeo, in trochaico. Mingarell. — λοισ', ὅτι ὁ Λ. Vtrumque cum hiatu; praefero vltimam productam tono. 9. νικῇ Aeolum ac Dorum more esse debet pro νικᾷ, quod est alienum. Malo esse νίκη pro ἐνίκη a νίκημι. Laudari vidi νικῇ ex Theocr. VI. f. At et ibi est νίκη pro ἐνίκη a νίκημι. vt ὅρημι, φίλημι et alia. Non adeo necesse suspicari, fuisse inter lineam νίκη, cum in versu scriptum esset εἶλεν, quod conueniret cum στέφανον. Reposuit Νεμείοις Schmid. Perpetuus eius obtrectator, Pauwius mauult: Νεμέοισι. non enim probasse veteres Νέμειος de Nemea Argolidis, quoniam τὸ Νέμειον Locridis erat. Non meminerat vir doctus, toties occurrere Νέμειος apud Pausan. v. c. VI, 3. et alios. In nostro loco Νεμίοις vett. edd. vsque ad Steph. qui Νεμέοις edidit. 10. γένυσι videtur Scholiastes legisse. Tum φᾶνεν emendat Pauw, pro ἔφανεν, ἔφηνεν. Mingarell. φάνεν, priore breui. 11. Emendat Pauw: Ματέρ' οἰνάνθαν ὀπώρας. nam οἰνάνθη gignit ὀπώραν, *flos fructum*, et οἰνάνθη sunt ἴουλοι, *lanugo*. v. Notam. Saue οἰνάνθη est *flos vitis*, proprie agrestis, tum cuiuscunque vitis, vt ap. Aristoph. Ran. 1355. οἰνάνθης γάνος ἀμπέλου. v. [Philostrat. Imagg. II, 17.

9. νικᾷν στέφανον. Sollenne est νικᾷν ἀγῶνα, δρόμον, πάλην (κατά). Inf. 97. νικᾷν ἀρετάν.

10. οὔπω γένυς φ. Sensus: *erat adhuc imberbis*, et tamen *Aeacidis nouum decus addidit.*

Α. ά. Κ. ιά.

Ἐκ δὲ Κρόνου καὶ Ζηνὸς ἥ-
ρωας αἰχματὰς φυτευθέντας
Καὶ ἀπὸ χρυσέων Νηρηΐδων
Αἰακίδας ἐγέραρεν,
Ματρόπολίν τε, φίλαν ξένων ἄρουραν·
Τάν ποτ' εὔανδρόν τε καὶ ναυ-
σὶ κλυτὰν θέσσαντο, πὰρ βω-

p. 837. *Ex Schedis.*] Script. Geopon. V, 51. et ib. Niclas. Ammon. h. v. et Valcken. p. 173. *flos* antecedit *ὀπώραν*, *fructum*: adeoque hic non esse potest mater oenanthes s. floris. Enimuero *ὀπώρα* h. l. declarat tempus, non quidem auctumni, nam is flores non emittit, sed *tempus anni iustum*, *quo efflorescit vitis.* Transfert poeta *ὀπώραν* ad *pubertatem*, *ἥβην*, cum qua progerminat *lanugo*, *ἴουλος*, *οἰνάνθη*, *flos*, ex poetarum vsu. [nondum ostendit mentum pubertatem, quae lanuginem gignit. *γένυς οὔπω φαίνει τὴν οἰνάνθην*, lanuginem, quae gignitur a pubertate. *Ex Schedis.*] Simili modo *Ὀπώραν* pro *pubertate* dixit Isthm. II, 8. vbi eandem appellat *Ἀφροδίτας μνάστειραν*, cum Veneris vsus ab ea procedat; et simplicius pro ea *ὥραν* Nem. VIII, 1. Nec aliter expediendus locus Chaeremonis ex Athen. XIII. p. 608. allatus a Schneidero in Vita Pind. p. 124. Conuenit, quod puellae immaturae *ὄμφακες* dictae sunt. 12. *Ἐκ δὲ K. Διός τε ἥ-* Schmidius, vt purum iambicum esset. Sed et in ceteris spondei sunt. 14. *χρυσέων*. prima et hic corripitur; aut pro anapaesto est spondeus. 15. *ἐγέραιρεν* Ald. Sane aut hoc metrum postulat, aut *ἐγέραρεν* est pro *ἐγέρηρεν*. 18. Dawes Misc. crit. p. 59. praeclare sibi emendasse videbatur *ἕσσαντο*, vt Pyth. IV, 363. *Ποσειδάωνος ἕσσαντ'*.

Mutaui itaque interpunctionem post *ὀπώραν*. *Ὀπώρα* nunc est *pubertas*, *ἥβη*, cum qua progerminat lanugo, *οἰνάνθη*. cf. V. L.

12. *ἐκ δὲ Κρόνου.* per Endeidem (v. 21.), matrem Pelei et Telamonis, Chironis *Κρονίδου* filiam: cf. Antonin. Lib. 38. Et mox *ἀπὸ Νηρηΐδων*, Thetide et Psamathe, inf. 23. — 16. *ματρόπολιν*, non respectu coloniarum, sed pro vrbe in insula. *ξένων ἄρουραν* Nem. III, 3.

17. *τὰν θέσσαντο*, sc: *εἶναι*, *γίνεσθαι*, vrbem *εὔανδρον*: pre-

μὸν πατέρος Ἑλλανίου
Στάντες, πίτναν τ' εἰς αἰθέρα χεῖρας ἁμᾶ
Ἐνδαΐδος ἀρίγνωτες υἱοὶ
Καὶ βία Φώκου κρέοντος,

Ε. ά. Κ. ιά.

Ὁ τᾶς θεοῦ, ὃν Ψαμάθεια

εἰναλίου τέμενος. Sed aliena prorsus est vis τοῦ ἕζω ab h. l. Non Aeacidae ἕσαντο, *condiderunt vrbem*, neque conueniunt reliqua; etsi per se non absonum videtur, a θέω (nunc τίθημι) θέσσασθαι ductum accipere pro ποιεῖσθαι, *reddere.* Ad Scholiasten nemo attendit, qui ita exponit: *ἥν τινα Αἴγιναν ηὔξαντο ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐπιτυχεῖν καὶ ἔνδοξον γενέσθαι τὰ ναυτικά.* Est igitur θέσσασθαι a θέσσομαι, h. l. eadem notione acceptum, quae ab Hesychio notata (θέσσαντο — ἱκέτευσαν, et sic θέσσεσθαι, θεσσάμενος) et a viris doctis cum ad eum locum, tum ad Callim. in Cer. 48. illustrata est: ἀπόθεστος a Ruhnken. Ep. Crit. p. 287. vt tamen magis h. l. αἰτεῖν, ἐξ αἰτήσεως ἀναλαβεῖν, accipiam, vt Schol. Apollonii exponit lib. I. Arg. v. 824. Itaque θέσσαντο, *precibus consequuti sunt*, *obtinuerunt*, vt esset Aegina hominibus frequentata. Suppl. εἶναι ad εὔανδρον, vt 67. πείσαις γαμβρόν. Respicit hunc locum Isocrates in Euagora c. 4. 19. πατρός θ' Ἑ. Schmid. bene et metro conuenienter. 20. πίτναν τ' Stephanus distinxit; sane a πίτνημι: vt πίτνα a πιτνάω notum ex Hom. Iliad. φ, 7. et θέσσαντο — στάντες, πίτναν τε expedita omnis est oratio. A πίτνημι (quod est id. q. πετάω) ἐπίτνην, ἐπίτνησαν, ἐπίτναν. εἰς αἰθέρα ad metri normam: legit iam Schmidius pro ἐς. At Pauw refingere iubet: — θέσσαντο, πὰρ β. π. Ἑ. στάντες, πιτνάντες αἰθέρι χεῖρας ἁμᾶ, Ἐ. vel πιτνάντες τ' αἰθέρι χ. 23. Erat ὁ τᾶς θεοῦ, τὸν —. At τοῦ τᾶς θεοῦ, ὃν Ψ. antitheticos respiciens dedit Schmid. Stuporem hominis miratur Pauw. Miretur alius quoque meum. Concedam in alio poeta, pro choriambo diiambum ferri posse; at Pindarum video seruare typum metri semel probatum diligentissime. Seruo igitur θεοῦ ὃν, at improbo τοῦ τᾶς. In prima versus fronte syllaba ista variat: sic inf. 89.

cati sunt Iouem, vt esset vrbs frequens hominibus. v. V. L. 19. Διὸς Ἑλλανίου. Fabula vel apud Schol. est videnda. Apollod. III, 12, 6. pag. 253. Not. p. 778.

Τίκτ᾽ ἐπὶ ῥηγμῖνι πόντου.
Αἰδέομαι μέγα εἰπεῖν, ἐν δίκᾳ τε
Μὴ κεκινδυνευμένον·
Πῶς δὴ λίπον εὐκλέα νᾶσον,
Καὶ τίς ἄνδρας ἀλκίμους
Δαίμων ἀποινώσαις ἔλασεν. στάσομαι.
Οὔ τοι ἅπασα κερδίων
Φαίνοισα πρόσωπον ἀλάθει᾽ ἀτρεκής.
Καὶ τὸ σιγᾷν, πολλάκις ἐστὶ σοφώ-
τατον ἀνθρώπων νοῆσαι.

Σ. β΄. Κ. ιά.

Εἰ δ᾽ ὄλβον ἢ χερῶν βίαν
Ἢ σιδαρίταν ἐπαινῆσαι

24. *Τίκτεν ἐπὶ ῥ.* aut *Τίκτ᾽ ἐπιῤῥηγμῖνι* emendat Pauw, ne trochaicus iambum habeat in secundo loco. Atqui vltima in *ἐπὶ* sequente *ῥ* producitur. 27. *εὐκλέαν* vett. edd. inde a Rom. donec Steph. emendauit ex Aldo. 28. *ἄνδρας γ᾽* Schmid. vt in antitheticis est. 29. *ἀπ᾽ Οἰνώνας* Schmid. et Benedict. ad ductum Scholiastae, *ex Aegina. ἀποινώσας* vbique editum: *τὰ ἄποινα* pro *praemio* aut *poena*, adeoque *vltione.* plenior hinc oratio, *ἔλασεν ἀποινώσας.* 30. *ἁπάσα* Schmid. vt doricum sit pro *ἁπάσῃ*, nam *α* in fine produci debet. [32. respicit Theodor. Hyrtacen. Ep. 55. v. *Notices et Extr. d. Manuscr.* T. VI. p. 19. *Ex Schedis.*] 33. *ἀνθρώπων* molestam facit iuncturam, etsi doctam, *κατ᾽ ἀνθρώπων*. Forte *ἀνθρώπῳ* cum Aldo. [Locum sic refingit Gilb. Wakefield Silv. Part. IV. p. 104. *οὔ τοι ἅπαντα κερδίων φαίνοισα πρόσωπον Ἀλάθει᾽ ἀτρεκές. καὶ τὸ σιγᾷν πολλάκις ἐστὶ σοφώ- τατον ἀνθρώπῳ νόαμα.* Non *semper* melior est *naturalem* ostendens *faciem* veritas; silere saepe est etiam *homini* sapientissima *cogitatio. Ex Addendis.*] — 35. Erat *σιδηρίταν*, deb. esse *α*, *σιδαρίταν*, vt Pyth. IV, 438.

25. *τὸ μύσος* Pelei et Telamonis fratre Phoco necato obliteratum esse vult. Similis locus erat Ol. VII, 43. 49. de Tlepolemo. — Mox 29. *Δαίμων ἀποινώσας* est *deus vltor.*

30. Vulgare esset, *οὐ κέρδιόν ἐστιν, ἀλήθειαν ἅπασαν (καίπερ) ἀτρεκῆ φαίνειν τὸ πρόσωπον.* Eadem sententia Ol. I, 84.

34. Si vero Aeacidarum laudes canendae sunt, vincam omnes

Πόλεμον δεδόκηται, μακρά μοι
Αὐτόθεν ἅλμαθ᾽ ὑποσκά-
πτοι τις· ἔχω γονάτων ἐλαφρὰν ὁρμάν.
Καὶ πέραν πόντοιο πάλλον-
τ᾽ αἰετοί. πρόφρων δὲ κἀκεί-
νοις ἄειδεν Παλίῳ
Μοισᾶν ὁ κάλλιστος χορός· ἐν δὲ μέσαις
Φόρμιγγ᾽ Ἀπόλλων ἑπτάγλωσσον
Χρυσέῳ πλάκτρῳ διώκων,

Α. β΄. Κ. ιά.

Ἁγεῖτο παντοίων νόμων.
Αἱ δὲ πρώτιστον μὲν ὕμνησαν
Διὸς ἀρχόμεναι σεμνὰν Θέτιν,

37. *Δ᾽ αὐτόθεν.* *Δ᾽* expungam, aut scribam *γ᾽*. 38. *ἐλαφρὸν ὁρμὰν* Schmid. metro cauens in vltima voc. *ἐλαφράν*. 41. Erat *ἀείδει*. *ἄειδεν* cum Schmidio legendum esse non dubito: et sequitur v. 45. *ἁγεῖτο*. Tamen Pauw aliter: *ἀείδει ᾽ν Π.* nisi quod mox *ἄειδ᾽ ἐν Π.* substituit. 42. *ἐν δὲ μέσαις* Schmid. recte ad metrum, et debebant seruare Oxonienses, qui dedere *μέσσαις*. Vulgo *ἐν δὲ Μοίσαις*, nisi quod Romana Scholiis praefixum habet *ἐν δὲ μέσσαις*. vnde in marg. Crat. et Brub. venit. 45. *νομῶν diuisiones musicas* explicant Oxonienses: debebant obtemperare Schmidio et iam ante Stephano, qui ed. sec. *νόμων* recte edidit. Agitur de *modis* musicis.

alios. Comparat saltum, in quo *τὸ σκάμμα* pro scopo aut mensura est.

39. Vel aquilas velocitate volatus aequabo. *πάλλοντι* vel *πάλλονται*. *πάλλειν*, *vibrare*, pro *πηδᾶν*, *πέτεσθαι*.

41. Redit ad laudes Pelei, etsi plurali vtitur, cum in honorem totius gentis hoc cedat; agit autem de nuptiis cum Thetide: cfr. sup. Pyth. III, 160 sq. Ipsae Musae chorum duxere, cantante lyra Apolline. *ἁγεῖτο* pro *ἐξῆρχε*.

46. Iunge *ἀρχόμενοι πρώτιστον* (*πρῶτον ἀπὸ*) *Διὸς* (h. e. *προοιμιαζόμενοι*) *ὕμνησαν Θέ-*

Πηλέα θ'. ὥς τέ νιν ἁβρὰ
Κρηθεῒς Ἱππολύτα δόλῳ πεδᾶσαι
Ἤθελε, ξυνᾶνα Μαγνή-
των σκοπὸν πείσαισ' ἀκοίταν
Ποικίλοις βουλεύμασι·
Ψεύσταν δὲ ποιητὸν συνέπαξε λόγον,
Ὡς ἄρα νυμφείας ἐπείρα
Κεῖνος ἐν λέκτροις Ἀκάστου

Ε. β'. Κ. ιά.

Εὐνᾶς. τὸ δ' ἐναντίον ἔσκεν.
Πολλὰ γάρ μιν παντὶ θυμῷ

49. Vulgo *Κρηθῆϊς.* fuit *Κρηθεῒς*, vt in tot aliis apud Pindarum obuiis, nec obstat, si dicas, *η* corripi ante *ις*. 50. *ἤθελεν ξυνᾶνα Μ.* Aldus. recte, puto, pro *ξυνάονα*, a *ξυνήων*, vt ad maritum referatur. [Pyth. III, 84. *Ex Schedis.*] *ξυνεῦνα*, vltima breui, cum tamen ex *ξυνεύνη* sit *ξυνεύνα*, vltima longa, mirabantur iam Schmid. et Pauw. (vt pro *Νύμφη, Νύμφα φίλη* Iliad. *γ*, 130.) hic quidem suspicatur, Pindarum scripsisse: *Ἤθελε, συνεύνα γε Μαγνή-* id enim licere in trochaico variare. 53. *συνέπλεξε λόγον* Aldus, quod et ipsum bonum; idem v. 55. *Ἀκάστα.* 54. *ὡς ἄρα.* In *ἄρα* prior producitur. 55. *ἐν λέκτροις εὐνᾶς* non videt Pauw quomodo copulari possint: idem enim significare et alterum officere alteri; itaque emendat: *ἐν θέλκτροις εὐνᾶς* (pro *θελκτηρίοις*). Sed *εὐνὴ* est *consuetudo, concubitus, ἐν λέκτροις Ἀκάστου.* Nec quicquam in eo insolens. Ol. IX, 68. 9. *ἄτερ εὐνᾶς — κτισάσθαν γένος.* Adde Pyth. IX, 20. II, 65. et *εὐνασθῆναι ἐν λέκτροις* III, 44. — 56. *τὸ δὲ ἐ. ἔ.* esse scribendum, vt tribrachys pro iambo sit, Pauw contendit. Non assequor virum.

τιν. — *δόλῳ πεδῆσαι, irretire, opprimere*, vt vitae periculum adiret, *πείσαισα ἀκοίταν ξυνᾶνα, consortem tori, Μαγνήτων σκοπὸν*, (*regem* Acastum) *βουλεύμασι ποικίλοις, calumniis*, se ab ipso de stupro esse compellatam. conf. Nem. IV, 92.

54. *ὡς ἄρα ἐπείρα* (sc. *αὐτὴν*) *ἐν λέκτροις εὐνᾶς νυμφείας* (*in lecto coniugali*) *Ἀκάστου.*

Παρφαμένα λιτάνευεν. τοῦ δέ τ' ὀργαν
Κνίζον αἰπεινοὶ λόγοι.
Εὐθὺς δ' ἀπανάνατο νύμφαν,
Ξεινίου πατρὸς χόλον
Δείσαις. ὁ δ' ἐφράσθη κατένευσέν τέ οἱ
Ὀρσινεφὴς ἐξ οὐρανοῦ
Ζεὺς, ἀθανάτων βασιλεὺς, ὥςτ' ἐν τάχει
Ποντίαν χρυσαλακάτων τινὰ Νη-
ρεΐδων πράξειν ἄκοιτιν,

Σ. γ'. Κ. ιά.

Γαμβρὸν Ποσειδάωνα πεί-
σαις· ὃς Αἰγᾶθεν ποτὶ κλειτὰν
Θαμὰ νίσσεται Ἰσθμὸν Δωρίαν·

58. Erat *τοῦ δὲ ὀργὰν* —. 62. *Δείσαις* est scribendum Aeolum more. *ὁ δ' εὖ φράσθη* non bene repetierunt Oxonienses: inuexerat Calliergus cum Brubach. et Morellio; sed melius dederat Aldus: *ὁ δ' ἐφράσθη*, quod Crat. et hinc Steph. cum Schmidio recte receperant. Sic quoque Schol. Elegans est Mingarelli coniectura: *ὁ δ' ἐφράνθη*. 65. *ποντίαν*. f. *ποντιᾶν* — *Νηρεΐδων*, perpetuo epitheto. *χρυσαλακάτων*. Vocem vidimus Ol. VI, 165. 69. *νίσεται* Ald. eodem iure ac *νίσσεται*.

58. *παρφαμένα* cum notione fraudis. vid. ad Pyth. IX, 77. vt *παρειπεῖν* et alia similia. *τοῦ δὲ* [Pelei. *Ex Schedis.*] *ὀργὰν ἔκνιζον λόγοι αἰπεινοί*, *eius mentem pupugit*, percussit, *oratio*, [Hippolytes. *Ex Schedis.*] *res periculosa.* [*αἰπ.* l. *χαλεπὸς*, l. arduus, periculosus. *Ex Schedis.*]

61. *κατένευσεν.* Iupiter pollicitus ipsi est, se *conciliaturum esse*, *πράξειν*, *συμπράξειν οἵ τινα Νηρηΐδων ἄκοιτιν.* [pro praemio castitatis in Hippolyten. *Ex Schedis.*] — 67. *γαμβρὸν* h. l. *σύγγαμβρον*, *affinem*, nam Neptunus Amphitriten coniugem habebat, sororem Thetidis; vtraque Nerei et Doridis f. — 68. *Αἰγᾶθεν.* ad Aegas, insulam ad Euboeam, refert Schol. vid. Strab. VIII. p. 386. Probabilius est, vrbem Achaiae Pindarum respexisse propter sollennia sacra.

Ἔνθα μιν εὔφρονες ἶλαι
Σὺν καλάμοιο βοᾷ θεὸν δέκονται,
Καὶ σθένει γυίων ἐρίζον-
τι θρασεῖ. Πότμος δὲ κρίνει
Συγγενὴς ἔργων περὶ
Πάντων. τὺ δ' Αἰγίνᾳ, θεᾶς, Εὐθύμενες,
Νίκας ἐν ἀγκώνεσσι πιτνῶν,
Ποικίλων ἔψαυσας ὕμνων.

Α. γ'. Κ. ιά.

Ἦτοι μεταΐξαντα καὶ

70. *μὶν — θεὸν*, non dubito *μὲν* fuisse. Monet idem Mingarell. 73. 74. *κρίνει. συγγενὲς ἔ.* Ald. 75. *θεοῦ — Νίκας* maluit Schmid. sed ambigua hinc oratio existit, vt bene Pauw monet. Mingarell. praeclare conj. *τὺ δ' Αἰγίναθεν, ὦ Εὐθύμενες.* 76. *ἐν ἀγώνεσσι* corruptum legisse videtur Schol. *ἐν τοῖς ἀγῶσι τῆς θεᾶς Νίκης.* nisi ipse corruptus. 78. Vt verba sunt, sensus esset: Pytheas, auunculus tuus ex matre, o Euthymenes, illustrat eius stirpem: at cuius? et quid *μεταΐξαντα?* Pytheas puer porro non erat auunculus Euthymenis, sed ex sorore nepos: v. ad Isthm. V. pr. Schmidius meliores codd. expectat. Benedictus *μεταΐξας σε,*

71. *κάλαμος* non est fistula, sed *tibia:* nam et haec ex arundine: v. sup. Pyth. XII, 44. Isthmiis deus aduenieus excipitur cantu tibiarum, et certamina gymnica in eius honorem habentur.

73. Munit poeta sibi viam ad sequentia de Euthymene. Vulgo cum superioribus connectitur, vsque ad 75. *Τὺ δ' Αἰγίνα. Vis ingenita omnium, quae aguntur, summam continet:* cf. Nem. IV, 68. *πότμος, ἀρετή,* a natura data, adeoque felicitate aliqua obtigit. Eadem *εὐδοξία συγγενής* Nem. III, 70. De Euthymene v. ad Isthm. V. pr. De v. 76. *Νίκας ἐν ἀγκώνεσσι πιτνῶν* cf. ad Isthm. II, 39. Euthymenes victor fuerat in Aegina in *Αἰακείοις.*

A v. 78. corruptus locus: v. V. L. qui vt sensum idoneum habeat, sic refingendus esse videtur: *ἤτοι, μεταΐξας τε καὶ*

Νῦν τεὸς μάτρως ἀγάλλει κεί-
νου ὁμόσπορον ἔθνος Πυθέας·
Ἁ Νεμέα μὲν ἄρηρεν,
Μείς τ' ἐπιχώριος, ὃν φίλησ' Ἀπόλλων.
Ἅλικας δ' ἐλθόντας οἴκοι
Τὲ κράτει Νίσου τ' ἐν εὐαγ-
κεῖ λόφῳ. χαίρω δ', ὅτι

καί. Pauw vero scribere iubet: *ἤτοι μετάϊξ ἄντα, κ.* nec addit, quo sensu; puto: *subsequens te, E. aemulans, aperte et confidenter.* Vnus Schol. *μετὰ τὰ προειρημένα ὑπό σου* exponit. Alter videtur *Πυθέας* quinto casu accepisse. Varie tentabat Mingarellus: *ἤτοι μεταΐξας τὰ καὶ — Πυθέα.* vel *μεταΐξαν* ad *ἔθνος.* Lenissima medicina esset, quam in Notis apposui. [o Pythea, laetatur auunculus tuus, cognatum sibi genus nunc eodem peruenisse. *μεταΐξαντα* ad *ἔθνος. Ex Schedis.*] 79. *Κείνου* corruptum. Schmidius leg. *σεῖ-ο*, et Bened. *σοῦ τὸ* ad ductum Scholiorum. Pauw: *κεῖνος*, sc. Pytheas. Fuit, puto, *κλει-νὸν ὁμ. ἔθνος.* 81. *μὶν* conj. Schmidius. [*ἄραρεν* Herm. de Dial. Pind. p. XIII. *Ex Schedis.*] 84. Scripsi *κράτει* pro *ἐκράτει.* Vulgo sine sensu *κρατεῖ.*

νῦν ἑὸν μάτρω', ἀγάλλει κλεινὸν ὁμόσπορον ἔθνος Πυθέας, Euthymenem suum auunculum aemulatus, illustrat nunc cognatos suos Pytheas. Ἁ Νεμέα μὲν ἄραρεν, Μεὶς τ', ἐπιχώριος ὃν φίλησ' Ἀπόλλων· ita interpungo: *conspirant in hoc victoriae Nemea et Aeginetica. s. vicit et ipse in Nemeis, vt tu.* Apollo *Delphinius*, cui sacra et ludi fiebant apud Aeginetas mense Delphinio dicto. *ἄρηρε*, et pro hoc, *ἄραρε*, media longa: *προσήρμοσται* Schol. h. l. Sic sup. Nem. III, 112. *Τηλαυγὲς ἄραρε φέγγος Αἰακιδᾶν αὐτόθεν, nexum ex eo est, coniunctum.* Eodem sensu *ἄραρε* media breui occurrit apud Tragicos: vt Sophocl. Electr. 148.

84. Debuit esse *οἴκοι τε κράτει*, vel *οἴκοι τ' ἐκράτει·* nam de praeterito agitur: *vicit et domi*, in Aegina, *et Megaris ἅλικας pueros ἐλθόντας·* vltimum hoc erit: *in certamen prodeuntes*, vel *peregre aduenientes.*

85. *Laetor autem, quod omnes Aeginetae studiis certaminum tenentur. μάρνασθαι* de certa-

Ἐσλοῖσι μάρναται πέρι πᾶσα πόλις.
Ἴσθι, γλυκεῖάν τοι Μενάνδρου
Σὺν τύχᾳ μόχθων ἀμοιβὰν

Ε. γ΄. Κ. ιά.

Ἐπαύρεο. χρὴ δ' ἀπ' Ἀθανᾶν
Τέκτον' ἀθληταῖσιν ἔμμεν.
Εἰ δὲ Θεμίστιον ἵκεις, ὥστ' ἀείδειν,
Μηκέτι ῥίγει. δίδου
Φωνὰν, ἀνὰ δ' ἱστία τεῖνον
Πρὸς ζυγὸν καρχασίου,

86. Cum in *μάρναται* media producta requiratur, pro *μάρνηται* dictum habebat Schmid. etsi parum accommodatus subiunctiuus ille est h. l. An fuit *μάρνανται πέρι πᾶσα πόλις?* 87. *γλυκ. τῇ Μ. — τύχῃ* Schmid. et mox 89. *Καρπώσαο* idem, vtrumque temere: hoc quidem de metro male sollicitus. 88. *σὺν τύχᾳ Μενάνδρου.* v. Not. Heinrich olim conj. *σὺν τέχνᾳ.* 90. Erat *ἀεθληταῖσιν ἔμεν.* At *ἔμμεν* Trochaicum postulat, vt et alterum, quod iam habet Ald. *ἀθληταῖσιν.* 92. Ne colon Euripideum laboret, vltima in *μηκέτι* producta, Pauw. conj. *Μή κέ τοι ῥίγει,* vel *Μηδέ τοι ῥίγει.* Prius vix graecum; hoc alterum bene. Sufficit —*ῥι* ad producendum —*τι.* [*ne turberis. Ex Schedis.*]

minibus. Pyth. VIII, 61. Nem. I, 38. *περὶ ἐσλοῖσι,* vt Isthm. V, 70. *ἀμφ' ἀέθλοις.* Eadem Nem. VII, 14. 15. *ἐσλὰ* sunt *καλὰ,* studia *τῶν καλῶν.* Mox v. 87. ad victorem se conuertit. *Ἴσθι,* absolute, ex more, vt Ol. XI, 21. Aeschyl. Prometh. 288. Suppl. 468. Alias *εὖ ἴσθι, ὅτι.* Scito te victoriam consequutum esse Menandri aliptae fortuna, h. e. disciplina.

88. *σὺν τύχᾳ Μενάνδρου,* proprie eius institutione et disciplina; at et ea cum fortunae beneficio erat coniuncta; vt supra Nem. IV, 12. propitiis Musis, adiuuantibus, *σὺν Χαρίτων τύχᾳ.*

91. *εἰ δὲ (ἐπὶ) Θεμίστιον ἵκεις, ὥστ' ἀείδειν (αὐτόν): materiae laudum tibi affatim est.*

92. *δίδου, ἀναδίδου* ex v. seq. *ἀνάτεινον.*

Πύκταν τέ νιν καὶ παγκρατίου φθέγξαι ἑ-
λεῖν Ἐπιδαύρῳ διπλόαν
Νικῶντ᾽ ἀρετάν· προθύροισιν δ᾽ Αἰακοῦ
Ἄνθεα ποιάεντα φέρειν στεφανώ-
ματα, σὺν ξανθαῖς Χάρισσιν.

95. *πύκτα τε* Ald. quasi pro *πύκτου* sit: minus bene. 97. *προθύροισιν δ᾽ Αἰακοῦ* requirere Prosodiacum, Pauw iam monuit, cum esset *προθύροισι.* 98. *Αὖθι* pro *ἄνθεα* iterum de metro sollicitus Schmidius. vid. Pauw. Malo *ἄνθεα* esse pro *ἄνθη;* vel sic scribam. *ἄνθεα ποιάεντα* per appositionem, *στεφανώματα.* 99. Cum media in *Χάρισι* produci nequeat, Schmidius emendat *Χάρισσι,* Pauwius vel *σὺν ξανθαῖσι Χάρισιν,* vel *σὺν ξανθαῖς Χαρίτεσι.*

95. *ἑλεῖν νικῶντα ἀρετὰν,* vt alias (*κατ᾽*) *ἀγῶνα:* conf. sup. ad 9. vbi *νικᾷν στέφανον.* *πύκταν καὶ παγκρατίου* pro *πυγμῆς καὶ παγκρατίου.* [Est tamen etiam *ἑλεῖν νίκαν* Od. VIII, 67. *εὖχος* Pyth. V, 27. *Ex Schedis.*]

98. Eum dedicasse (ex ipsis Aeaceis forte, cf. Ol. IX, 166.) coronam in atrio fani Aeaci, *Musis propitiis* carminibus celebratum.

NEMEA

εἶδος ϛ'.

ΑΛΚΙΜΙΔῌ ΑΙΓΙΝΗΤῌ

παιδὶ παλαιστῇ.

Argumentum.

Alcimidam victorem ἐν παισὶ declarasse vim diuinitus ingenitam, victoria insigni, quam lucta puer abstulit; — 15. aemulatum auum Praxidamantem; — 29. nam atauus Socles a gymnastica cessauerat, vti iterum Praxidamantis filius, Alcimidae pater; ita vt alternis ex ea gente prouentus victoriarum prodiisset. — 52. Celebrantur victoriae tribulium Bassidarum. — 74. Materies laudum ex heroum Aeginetarum factis. — 92. Redit ad victorem, et memorat fuisse quintam supra vicesimam victoriam, quam suae genti adiecit Alcimidas. In fine 108. mentio honorifica aliptae Melesiae.

Σ. ά. Κ. ιγ'.

Ἓν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος· ἐκ
Μιᾶς δὲ πνέομεν

1. 2. Versus passim laudati a veteribus. [Schol. ad Euripid. Med. 1224. *Ex Schedis.*]

Fuit *Alcimidas* filius *Theonis*, qui a re athletica abstinuerat; at eius pater *Praxidamas* nobilis athleta. inf. 32. Is natus a *Socle* vel *Soclide*, obscuro homine, cuius pater Agesimachus itidem pugil: inf. 21. 44.

1. *Ἓν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος* sc. *ἐσμέν*, pro ἓν ἀνδρῶν

Ματρὸς ἀμφότεροι.
Διείργει δὲ πᾶσα κεκριμένα
Δύναμις. ὡς τὸ μὲν οὐδὲν,
Ὁ δὲ χάλκεος ἀσφαλὲς αἰεὶ ἕδος
Μένει οὐρανός. ἀλλά τι προσφέρομεν
Ἔμπαν, ἢ μέγαν νόον, ἤ-
τοι φύσιν, ἀθανάτοις·
Καί περ ἐφαμερίαν
Οὐκ εἰδότες οὐδὲ μετὰ
Νύκτας ἄμμε πότμος ἄν-
τιν' ἔγραψε δραμεῖν ποτὶ στάθμαν.

5. ὡς. malim ὥς. [Sic in textu ab Heynio correctum.] 6. οὐδὲ χ. Ald. 7. Excitat versus hos Schol. Eurip. Med. 1233. 8. ἔμπας Schmid. ex Aldo. ἔμπαν pro ἔμπην etiam recte vulgg. 11. 12. μετὰ νύκτας suspectum facile cuiuis, nisi meminerit, poetam lyricum posse exquisitiorem formam affectare, vt solet. Pauw emendat l. κατὰ νύκτας l. μετὰ νυκτός. hoc puto verius, non vero vt ipse accipit: *neque post noctu*, sed vt Schol. exponit: διὰ νυκτός. εἴτε ἐν ἡμέρᾳ εἴτε ἐν νυκτί. 12. Interpolauit metrum Schmidius Coli 12 et 13. eaque de caussa hic ἄμμε ἂν πότμος ἂν refinxit. Sed Colon esse antispasticum dimetrum catalecticum, cuius antispasti in primo pede variant, docet Pauw: Colon autem 13. antispasticum trimetrum brachycatalectum est.

καὶ θεῶν γένος, et ἓν pro τὸ αὐτό. Mox πνέομεν pro ἐσμὲν, ἐγεινόμεθα.

[3. ματρός. Οὐρανὸς et Γῆ Hesiod. Theog. 116. 17. *Ex Schedis.*]

4. Διείργει δὲ (*deos et homines*) δύναμις (*natura*) πᾶσα κεκριμένα, (pro πάντως, κατὰ πᾶν, διακεκριμένη. Hesiod. Sc. H. 55. Alcmena peperit Herculem Ioui, Iphiclem Amphitruoni κεκριμένην γενεήν. διακεχωρισμένην.) [ortum habuere illi in coelo, hi in terra. *Ex Schedis.*] ὡς τὸ μὲν (γένος) οὐδὲν (ἐστί): sequi debebat, τὸ δὲ θεῶν γένος ἐστὶν ἀθάνατον: pro diis *caelum* dixit: ὁ δὲ οὐρανὸς χάλκεος μένει ἕδος ἀεὶ ἀσφαλές. ἀλλά τι προσφέρομεν ἀθανάτοις pro προσφερόμεθα. *similes sumus.* Iterum vox in Fragm. p. 60. XVI. occurrit.

10. Iunge: καίπερ οὐκ εἰδότες, ἅντινα στάθμαν ἔγραψεν ὁ Πότμος, *fatum*, (ὥστε) ἄμμε

A. ά. K. ιγ'.

Τεκμαίρει καί νυν Ἀλκιμίδας
Τὸ συγγενὲς ἰδεῖν.

14. δὲ καὶ νῦν metrum vitiabat. Audiendus erat Schmidius, qui δὲ eiecit. Idem καί νυν scripsit: Pauw probat καὶ νῦν. Aldus exhibet δέ νυν. 14. 15. Vulgo nulla interpunctio est post ἰδεῖν, at plene interpungitur post ἔμαρψαν v. 20. Vulgari interpretatione, secundum alterum ex Scholiastis instituta, commoda sententia vix efficitur. Obuium est statuere cum priore Scholiasta, concludi his sententiam superiorem; *cognationem hanc cum diis etiam Alcimidas testatam facit:* [est A. probatio (huius rei), vt videamus illam cognationem. *Ex Schedis.*] τὸ πρὸς τοὺς θεοὺς ἡμῖν διὰ τὴν εὐφυΐαν, *corporis robur*, συγγενές. Ita τεκμαίρει (ὥστε τινὰ) ἰδεῖν ex noto graecismo dictum plenius pro τεκμαίρει. Iam v. 16. noua δραμεῖν πρὸς (αὐτὴν), *ad quam metam perueniamus moriendo.* στάθμη, a cursu, *meta*, linea, vt *mors vltima linea rerum.* debebat sequi: ἢ ἐφ' ἡμέρᾳ ἢ ἐπὶ νυκτί: hoc inuertit: ἐφαμερίαν (ad στάθμαν) ἢ μετὰ νύκτας (pro νύκτα). Similis locus est ex parte Ol. II, 61 sq. Et sententia simili modo protracta Pyth. IV, 454. 5. Vulgare autem est illud: *nos a diis ortos, nos diis cognatos;* v. c. Eurip. Hec. 490. etsi multis modis dictum et acceptum. Nec vero ex Hesiodea Theogonia 126 seqq. hoc ductum puto, quod Scholiastes arbitratus est; (vt nec versum in Ἔργ. 108. ὡς ὁμόθεν γεγάασι θεοί θνητοί τ' ἄνθρωποι recte se habere censeo; repugnat enim sequentibus; sed leg. οὐχ ὁμόθεν.) sed ex antiquis cosmogonicis et theogonicis mythis hoc petiit poeta, cum Οὐρανὸς et Γαῖα omnium deorum et hominum progenitores ederentur. Dictum tamen hoc variis modis; et aliis iterum modis a philosophis antiquis; inprimis subnata opinione de anima mundi omnia peruagante. Aliter a Terra, magna matre deum hominumque, repetiit Lucret. II, 589. 598 sq.

15. Non dubito, post ἰδεῖν sententiam finiri et interpungendum esse; etsi durum esse non nego τὸ ἰδεῖν, exploratum tamen hoc habeo, sensum esse, vt in V. L. dixi: *cognationem cum diis arguit victor diuina corporis specie*, adspectu, τῷ ἰδεῖν, aut, vt noster amat, (κατὰ τὸ) ἰδεῖν, vel ὡς (τινὰ) ἰδεῖν αὐτόν. [vt intelligamus, animadvertamus. vt Pyth. IX, 116. *Ex Schedis.*] Tum noua sententia

Ἄγχι καρποφόροις
Ἀρούραισιν, αἵ τ' ἀμειβόμεναι
Τόκα μὲν ὦν βίον ἄνδρεσ-
σιν ἐπηετανὸν πεδίων ἔδοσαν,
Τόκα δ' αὖτ' ἀναπαυσάμεναι σθένος ἔ-
μαρψαν, ἦλθέ τοι Νεμέας
Ἐξ ἐρατῶν ἀέθλων
Παῖς ἐναγώνιος, ὅς,
Ταύταν μεθέπων Διόθεν
Αἶσαν, νῦν πέφαντ' οὐκ ἄ-
μοιρος ἀμφὶ πάλᾳ κυναγέτας,

erit sententia ordienda: *Ἄγχι καρποφόροις ἀρούραισιν — ἦλθέ τοι Νεμέας* etc. Ita quoque Pauw facere iubet; nec tamen, quod toties in hoc viro aegre feras, addit, qua sententia acceptum velit. *Ἄγχι* dictum erit pro *ἴσως*, *ὁμοίως*, quod an vsus ferat, nescio: *Pariter atque agri, nunc redit Nemea A.* vt *ἀγχίθεοι* Hom. Od. ε, 35. Phaeaces accipiuntur a multis pro *ἀντίθεοι*. Grammaticus in Scholiis mollire voluit: *ἐγγύς τι καὶ παραπλήσιον εἰργασμένος ταῖς ἀρούραις.* Forte *ἄγχι* ex glossa venit et fuit *ἶσα καρποφόροις*. Potest et interpungi post *Ἀλκιμίδας*, et post *τὸ συγγενές;* possunt et aliae rationes iniri, sed nulla satisfacit. 21. — *μάρψαντ'* malit Schmid. Sed variat antispastus. 25. 26. Editum erat: — *οὐκ ἄμοι-* 26. *ρος ἀμφὶ π.* Ita alter versus syllaba auctus, alter deficiens. Interpolauit Schmidius: (v. ad v. 12. 13.) *Αἶσαν αὖ πέφαντ'* (Benedictus: *ἐκπέφαντ'*) *οὐκ ἄμοι-ρος ἂν ἀμφὶ πάλᾳ κυναγέτας.* At Pauw: *Αἶσαν νῦν πέφαντ' οὐκ ἄ-μοιρος ἀμφὶ π. κ.* hoc recte.

continuanda ad v. 29. *ἄγχι — κατέμαρψαν, ἦλθε τοι Ν. Ad eundem modum, quo ager alternis quiescit et recreatur, etiam nunc alternis ex hac stirpe post auum prodit luctator Alcimidas.*

17 sqq. Similis sententia inf. Nem. XI, 50. *ἔδοσαν* pro *διδοῦσι*, et *ἔμαρψαν*, *μάρπτουσι.* [vires recuperant. *Ex Schedis.*]

[25. *αἶσαν*, institutum, pugilatum, studium, amplexus; *Διόθεν*, robore a natura dato favente, *οὐκ ἄμοιρος*, *οὐκ ἀτυχής. Ex Schedis.*]

Ε. ά. Κ. ιά.

Ἴχνεσιν ἐν Πραξιδάμαν-
τος ἑὸν πόδα νέμων
Πατροπάτορος ὁμαιμίου.
Κεῖνος γὰρ Ὀλυμπιόνι-
κος ἐὼν, Αἰακίδαις
Ἔρνεα πρῶτος ἀπ᾽ Ἀλφεοῦ,
Καὶ πεντάκις Ἰσθμοῖ
Στεφανωσάμενος, Νεμέᾳ δὲ τρὶς,
Ἔπαυσε λάθαν Σωκλείδα,
Ὅς ὑπέρτατος Ἀγησιμάχῳ
Υἱέων γένετο.

Σ. β΄. Κ. ιγ΄.

Ἐπεὶ οἱ τρεῖς ἀεθλοφόροι
Πρὸς ἄκρον ἀρετᾶς

34. *Νέμεα* Ald. 36. 7. Metricus Epodorum duo postrema cola paullo aliter ordinasse videtur. v. Pauw. 36. *Ἀγησιμάχῳ* Ald. *Ἀγησίμαχος* f. ex *Ἡγησίμαχος*. *ὑπέρτατος* recte Schol. interpretatur *πρεσβύτερος*. Perperam accepit etiam Plutarch. pro nobilit. p. 262. Anecd. Wolf. T. IV. *ἐξοχώτατον*. 37. *Υἱῶν* al. *Υἱέων* metro postulante ex Aldo recepit Schmid. 38. Variat in edd. *ἐπεί οἱ* et *ἐπεὶ οἱ*. priore modo, vt *οἷ* sit pro *τῷ*, *αὐτῷ*, acceperunt Scholiastae, et modo ad Soclidam, modo ad Agesimachum retulerunt: hoc quidem ita, vt ei, praeter Soclidam, natu maximum, tres alii filii strenui athletae fuerint. Pugnat Schmidius pro altera ratione *οἱ τρεῖς*, vt sint tres illi victores ex hac domo: Alcimidas, Praxidamas, Agesimachus, interuallo inter quemque relicto ignaui parentis: Alcimidae pater, Theon, si Grammatico ad pr. cre-

27. Praxidamas notus ex eo, quod primus ex victoribus Olympicis statuam dedicauit, victor Olymp. LIX. Paus. VI, 18.

38. *οἱ τρεῖς* sunt *trini illi ex ea gente, qui gymnica certamina attigerunt, Agesimachus, Praxidamas, Alcimidas.* v. Var.

Ἦλθον, οἵ τε πόνων
Ἐγεύσαντο. σὺν θεοῦ δὲ τύχᾳ
Ἕτερον οὔ τινα οἶκον
Ἀπεφάνατο πυγμαχία πλεόνων
Ταμίαν στεφάνων μυχῷ Ἑλλάδος ἁ-
πάσας. ἔλπομαι μέγα εἰ-
πὼν τύχεν ἄντα σκοποῦ.
Ὧτ᾽ ἀπὸ τόξου ἱεῖ-
σ᾽ εὐθὺν ἐπὶ τοῦτον ἄγε,

dendum, Praxidamantis Soclides vel Socles, vt Didymus notat: neuter ἐναγώνιος. Schmidium sequuntur Benedictus et Pauw: et respicit sane sententia comparationem illam vss. 16 sqq. et est vnice vera. 40. τε in οἵ τε abundare monet Schol. οἵ γε π. Schmid. at Pauw: ᾧ τε, vt sit: ἀρετᾶς ἄκρον, ᾧ καὶ Π. ἐ. Probo Schmidium: attamen οἵτε pro simplici οἵ, vel οἵτινες, frequenter occurrit. 43. 44. πλεόνων ex ingenio Schmidius restituit, praeeunte tamen Schol. πλείους ἀπενηνοχότα στεφάνους. Vulgo deerat pes, etsi ταμίαν modo ad priorem modo ad posteriorem versum trahebatur. πυγμαχίᾳ Morell. 46. ἄντα σκοποῦ τυχεῖν Schol. et vulgg. inde a Romana, turbato metro, etiam in ceteris. At Aldus, quem Crat. sequitur, — πὼν τυχεῖν ἄντα σκοποῦ. Vnde Schmidius eleganter: τύχεν ἀ. σ. dorica forma. nisi quis malit suspicari fuisse: — πὼν σκοποῦ ἄντα τυχεῖν vel τυχέν. Dubito enim Pindarum ἄντα σκο- pro dactylo extulisse. Et alii apud Schol. scribebant: ἂν τετυχεῖν. Mingarellus inde effingebat τετύχειν, aut potius σκοποῦ ἄντα τυχεῖν. De toto loco v. Notam. 47. ὦτε Schol. τὸ ὦτε Δωρικῶς ἀντὶ τοῦ ὥστε φησίν. Pauw: ὥτε pro ἐφ᾽ ᾧτε, *quamobrem*. et sic Aldus edidit. Reizius Prosod. gr. pag. 29. damnabat ὥτε, et factum volebat ὦτε ex

Lect. Erat autem *Agesimachus* stirpis auctor. v. ad Argument.

45. Sequentia sic corrigenda: — ἔλπομαι μέγα εἰπὼν τυχέν ἄντα σκοποῦ, ὅτ᾽ ἀπὸ τόξου ἱείς. εὐθὺν᾽ ἐπὶ τοῦτον, ἄγε, Μοῖσα, οὖρον ἐπέων εὐκλέα. [dirige carmen ἐπὶ τοῦτον τὸν οἶκον, ex qua familia, cuius tribules Bassidae, fuere victores iam mortui digna poëtis materia. In his e tribu Bassidarum Callias 65. *Ex Schedis.*] Pessime duo diuersa

Μοῖσ', οὖρον ἐπέων εὔ-
κλέα. παροιχομένων γὰρ ἀνέρων

Α. β'. Κ. ιγ'.

Ἀοιδοὶ καὶ λόγιοι τὰ καλά

ὦτε. [Sic et VII, 90. et 137. *Ex Schedis.*] Apud Schmidium ἰεῖς aliqui: non vero in edd. 48. In εὐθὺν vltima syllaba producta requiritur. Schmidius praeclare ad metrum et ad sensum, εὔθυν' ἐπὶ τοῦτον, ἄγε, nam εὐθύνειν οὖρον poeta et aliis locis dixit. Ol. XIII, 38. Ξενοφῶντος εὔθυνε δαίμονος οὖρον. Pauwius, Schmidium et hic arrodens, fulcrum inserit εὐθὺν γ'. 49. 50. vid. ad v. 12. 13. Erat 49. — εὐκλέα. 50. Παροιχ. At docet metrum, alteri versui -κλέα esse attribuendum, vt vna syllaba sit -κλῆ. Et ἀνέρων prima longa, vt et apud Homer. et al. forte geminato νν. Schmidius: Μ. οὖ. ἐ. εὔ-κλέ'. Ἀποιχομένων γ. ἀ. Pauw: Μ. οὖρ. ἐπ. εὐκλέ-α. παροιχομ. γ. ἀνέρ. Mingarell. Μοῖσ', οὖρον cum Aldo. 51. λόγιοι anapaestus pro spondeo vel iambo. Poterat tamen poeta scribere: Ἀοιδαὶ καὶ λόγοι. Dubitat Pauw, an sic scripserit. Mingarellus putabat καὶ omitti posse, vt ἀοιδοὶ λόγιοι sint *facundi*, vt 75., aut λόγιοι esse pro dissyllabo, aut parendum esse Pauwio; mensuram esse versus paeonici, aut esse Iambicum impurum. Igitur manebimus in hoc, vt nihil moveamus.

iunguntur in vulgari lectione. Immo vero: *Videor mihi veram laudem pronuntiasse.* ὦτε pro ὥστε, *veluti.* Pergit v. 48.: *Verum missis aliis ex hac gente, hunc celebra, Musa, Alcimidam:* tum subiicit v. 50.: *maiorum enim facta iam alii poetae celebrarunt.* σφὶν refer ad οἶκον, iis qui ex ea gente sunt. εὐθύνειν οὖρον, *ventum moderari*, vt secundus sit; vt sup. Ol. XIII, 38. Ξενοφῶντος εὔθυνε δαίμονος οὖρον. Nam εὐθύνειν proprie, *dirigere, recta via aut regula ducere;* mox est omnino *regere, mouere.* Hinc εὐθύνειν πόδα ap. Tragicos, et νῆα, (cf. Euripid. Hec. 39.) ergo et οὖρον; et alia metaphora δίκας Pyth. IV, 273. Tum οὖρον ἐπέων, vt Pyth. IV, 5. αὔξῃς οὖρον ὕμνων. Eodem tropo dixit Pyth. I, 88. εὐθύνειν ὄλβον.

51. λόγιοι post ἀοιδοὶ erunt *oratores:* nisi mauis *historicos.* cf. Pyth. I, 183. At inf. 75.

Σφιν ἔργ᾽ ἐκόμισαν.
Βασσίδαισιν ἅτ᾽ οὐ
Σπανίζει· παλαίφατος γενεὰ,
Ἴδια ναυστολέοντες
Ἐπικώμια, Πιερίδων ἀρόταις
Δυνατοὶ παρέχειν πολὺν ὕμνον, ἀγε-
ρώχων ἐργμάτων ἕνεκεν.
Καὶ γὰρ ἐν ἀγαθέᾳ,
Χεῖρας ἱμάντι δεθεὶς,
Πυθῶνι κράτησεν ἀπὸ
Ταύτας αἷμα πάτρας χρυσα-
λακάτω ποτὲ Καλλίας ἁδὼν

52. Erat *ἔργα ἐκόμισαν* cum hiatu, et laborat metrum, nec debebant reluctari Oxonienses, quin cum Schmidio *ἔργα κόμισαν* scriberent, vel cum Aldo *ἔργ᾽ ἐκόμισαν*. Vulgo inde a Romana *ἔργα ἐκόμιξαν.* quod et ipsum tuetur Pauw in penthemimeri iambico, nempe, puto, vt sit: *ἔργ᾽ ἐκόμιξαν.* 53. *Βουδίδαισιν* Didymus scribere iubebat apud Schol. fuisse enim Aeginae gentem Budidarum a Budione aliquo ductam. Perperam, si Bassidarum etiam vel gens vel tribus Aeginae fuit, vnde oriundus Alcimidas. Haerebant Grammatici in interpunctione. 62. 63. v. ad v. 12. 13. Schmidius: *Τᾶσδε αἷμα π. χρυσα-λακάτας π. Κ. ἁδὼν* — Pauw: *Ταύτας αἷμα πάτρας χρυ-σαλακάτα π. Κ. ἁ.* At Mingarellus, esse antispastum truncatum: *πάτρας χρυσα-*, vt 86. 63. *χρυσαλακάτα — Λατοῦς* legebatur; hoc erat pro *—άτου* ab *χρυσαλακάτης*. hoc erit *ὁ χρ.* atqui h. l. est Latona. Recte Schmidius *χρυσαλακάτας* emendauit: male Pauw refragabatur post Oxo-

sunt *poetae.* *ἐκόμισαν*, celebrarunt. *κομίζειν* nude sic positum accipio pro fouere, curare, adeoque carmine tractare.
Iuuenes modo faustos modo infaustos in amores incidunt; 1 — 9. fausti fuere amores Iouis et Aeginae; inde natus Aeacus, cuius virtus fuit celeberrima; — 21. huic pro Aeginetis supplicat poeta, et felicitatem expetit, quanta Cinyrae fuit. — 31. A digressione se retrahit, ne inuidentium obtrectationi locum faciat; — 37. Inuidia etiam Aiacem perdidit, vt solet mala fraus grassari — 58. a qua alienum se ostendit; — 66. contra se carminibus virtutem ornare, vt nunc Dinidis, tum patrem Megam et Chariadas tribules.

Σ. ά. K. θ'.

Ὥρα πότνια, κάρυξ
Ἀφροδίτας ἀμβροσιᾶν φιλοτάτων,

Δεινίᾳ. ita h. l. Ald. et Rom. cum cett. at inf. v. 26. eaedem *Δείνιδος*, vnde melius, meo iudicio, etiam hic *Δείνιδι* rescripsit Schmidius, quam Oxonienses infra *Δεινίου*. Pater Meges vel Me-

1 sq. Bonum sensum non efficio video, nisi, relictis Grammaticis, sic statuas: *O Iuuenta — optabile est, habere amorem*

Ἅτε παρθενίοισι καὶ παίδων ἐφίζοι-
σα βλεφάροις, τὸν μὲν ἀμέροις ἀν᾿ ἀγκὰς
Χερσὶ βαστάζεις, ἕτερον δ᾿ ἑτέραις.

gas, qui iam hoc tempore obierat (v. 75.), victor olim et ipse stadio (v. 26.). Dimidem diaulo stadio vicisse, male ex eodem v. 26. collegerunt aliqui: etiam ex v. 80. Pauw: sed ibi Chariadae tribules omnino quatuor victores stadio ex suo numero habere narrantur. 2. ἀμβροσίων Ald. commune. 3. καὶ παίδων Schmidio debetur, qui metrum emendauit. Vulgo: παίδων τ᾿. 4. [Heynius in textu correxit γλεφάροις.] ἀμείροις Schmidius, perperam, et ἀναγκὰς (ex ἀγκὰς) *in vlnis:* grauiter obiurgatus a Pauwio: qui cum aliis ad honestatem et turpitudinem amoris refert. Quidni ad amores faustos et infaustos, cum quis amatam experitur facilem vel crudelem et auersam? Ita et Iouis Aeginaeque amor exemplum felicis amoris esse poterat: redamabatur amator et desiderio suo potiebatur. Ἀνάγκη posset esse, qua amare cogimur; ita alium Ὥρα *amplexu tenet, fouet, blando; alium duro vrget* ac saeuo, quando in superbam amicam incidit: et sic v. 8. ἀρείονες ἔρωτες sunt felices, secundi. Attamen dura illa ἀνάγκη, et praefero ἀν᾿ ἀγκὰς χερσὶ, ἀνὰ χερσὶν, ἐν χερσίν. Ὥρα autem non tam pulchritudo, quam pubertas, *iuuenile decus.*

propitium, qualis fuit Iouis et Aeginae, e quo natus fuit Aeacus. Interpositum: καιροῦ μὴ πλανηθέντα, h. ἐπιτυχόντα, πρὸς ἔργον ἕκαστον, *ita vt bono successu in quauis re vtaris.* καιρὸς, *tempus iustum, modus iustus, res ipsa, quam votis expetis, bonus successus.* ὥρα *pubertas* proprie; nam Veneris fructum nuntiat; sed cum notione *iuuenilis decoris, venustatis et illecebrarum amoris* adiuncta; (sic lyrici ingenii impetus plura vno eodemque phantasmate complectitur, vt Pyth. VIII, 1. in voc. Ἡσυχία. Sic Χάριτες Ol. XIV. et πάρφασις Nem. VIII, 54. *obtrectatio inuidi cum maleuolentia, simulatione et fictis blanditiis.* Isthm. V, pr. Θεία, *de splendore omnis generis.*) itaque *oculis illa insidet*, vt alias *Amor*, h. e. amoris illecebrae, et *alteri duram, alteri mitem sortem destinat*, dum aut faciles et secundos amores habet aliquis, aut in amorem infaustum incidit. At ἀνάγκας ab ἀνάγκη locum vix habet; verum est ἀγκὰς ἀν᾿ (ἀνὰ) χερσὶ vel ἀναγκὰς (si

Ἀγαπατὰ δὲ, καιροῦ μὴ πλαναθέν-
τα πρὸς ἔργον ἕκαστον,
Τῶν ἀρειόνων ἐρώ-
των ἐπικρατεῖν δύνασθαι.

Α. ά. Κ. θ'.

Οἷοι καὶ Διὸς Αἰγί-
νας τε λέκτρον ποιμένες ἀμφεπόλησαν
Κυπρίας δώρων· ἔβλαστεν δ' υἱὸς, Οἰνώ-
νας βασιλεὺς, χειρὶ καὶ βουλαῖς ἄριστος.
Πολλά νιν πολλοὶ λιτάνευον ἰδεῖν.
Ἀβοατὶ γὰρ ἡρώων ἄωτοι
Περιναιεταόντων
Ἤθελον κείνου γε πεί-
θεσθαι ἀξίαις ἑκόντες,

10. τοῖοι malit Mingarell. 12. Οἰνό- Ald. vitiose. 17. Legebatur ἤθιλον κ. γε πεί- 18. θέσθ' ἂν ἀξίαις. Iners sic et

modo auctoritas esset alia) χερσὶ βαστάζεις, et a nutrice puerum in vlnis gestante petitum videtur. ἁμέραις, ipsa dum est ἥμερος, *placida*, *mitis*. Putabam ἔρωτας latius de quibuscunque studiis posse accipi, vt iungeretur cum πρὸς ἔργον ἕκαστον, sed reliqua non conueniunt. Ceterum ad Dinidis pulcritudinem poetam respicere non posse, sed de Aegina nympha cogitasse, in promtu est.

6. καιροῦ, pro eo quod opportunum est, votis nostris consentaneum. Nisi cum Mingarello malis iungere καιροῦ πρὸς ἔργον ἕκαστον ὄντος.

11. ἔρωτες ποιμένες δώρων Κυπρίας, sunt, puto, *Amores gaudiorum Veneris potentes*. ποιμένα πλούτου, *dominum*, vidimus sup. Ol. X, 107. δῶρα Κυπρίας, vt Ol. I, 119. vid. ad Virgil. Aen. IV, 33. Mox 14. λιτάνευον pro ἠξίουν.

15. ἀβοατὶ, *non vocati multi cupierunt eius ductu vti in rebus gerendis*. De ἀξίαις v. V. L.

E. ά. K. ιά.

Οἵ τε κρανααῖς ἐν Ἀθά-
ναισιν ἅρμοζον στρατὸν,
Οἵ τ' ἀνὰ Σπάρταν Πελοπηϊάδαι.
Ἱκέτας Αἰακοῦ σεμνῶν γουνά-
των πόλιός ϑ' ὑπὲρ φίλας
Ἀστῶν ϑ' ὑπὲρ τῶνδ' ἅπτομαι, φέρων
Λυδίαν μίτραν καναχηδὰ πεποι-
κιλμέναν, Δείνιδος δισσῶν σταδίων
Καὶ πατρὸς Μέγα Νεμεαῖον ἄγαλμα.

otiosa vox *ἄν;* itaque *ἀναξίαις* legendum esse admodum probabile fieri poterat; est illud ab *ἀνάσσειν*, reconditum vocabulum: vt coniecerunt viri docti ad Hesych. h. v. et Obs. Misc. Tom. VI. p. 397. Ex Scholiis tamen nihil inferas: *ἀξίαις* recte illa interpretantur: *ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς βασιλείαις αὐτοῦ.* sane nec *ἀξίαι* hoc sensu ex triuio sunt. eiecto tamen *ἄν* versus laborat: cui medeberis, si legas — *ϑέσϑαι ἀξίαις*, quod mutauit aliquis, cui *ἡ ἀξία*, pro dignitate regia, erat ignota. Varia tentabat Mingarellus: modo *ἄν* retrahebat ad *πείϑεσϑαι*, vt sit *ἀναπείϑεσϑαι*, modo *ἀν' ἀξίαις*, modo deleto *ἄν* id, quod ipse posui, — *ϑέσϑαι ἀξίαις.* 21. *Πελοπηΐδαι ἰ-* Ald. Rom. Crat. at Brub. et seqq. edd. *ἰ-* in alterum versum reiecerunt. Brub. tamen in marg. f. *Πελοπηϊάδαι*, ad metrum: hoc Schmidius arripuit. Est *Πελοπεύς, ῆος:* de quo conf. Valcken. ad Theocrit. p. 414. 22. *γονά-* haud dubie leg., metro poscente, cum Schmidio et Pauwio. 26. *Δεινία* legebatur. *Δείνιδος* Ald. Rom. et hinc rel. v. ad pr. Odes. 27. *Μέγα Νέμειον ἄ.* vulgo legitur. *Νεμέειον* Oxonienses ex marg. Brubachianae receperant. Schmidius emendabat: *Μέγdo*

20. *Ἀϑάναισιν.* Fuit in his Theseus.

21. Preces ad Aeacum heroem facit pro Aeginetis *φέρων καναχηδὰ* (*σὺν καναχῇ* [cantu, carmine. *Ex Schedis.*]) *μίτραν* (*στέφανον* pro *cantu*, carmine, vude *Λυδίαν*) *πεποικιλμέναν*, *affabre factam;* simili audacia, qua sup. Nem. III, 136. *πόμα ἀοίδιμον.*

Σὺν θεῷ γάρ τοι φυτευθεὶς
Ὄλβος ἀνθρώποισι παρμονώτερος.

Σ. β'. Κ. θ'.

Ὅσπερ καὶ Κινύραν ἔ-
βρισε πλούτῳ ποντίᾳ ἔν ποτε Κύπρῳ.
Ἵσταμαι δὴ ποσσὶ κούφοις, ἀμπνέων τε
Πρίν τι φάμεν. πολλὰ γὰρ πολλᾷ λέλεκται.

Νέμειον. vtrumque recte dicitur. Pauw tamen malebat *Μέγα Νεμεαῖον*. et hoc verum. Nam *Νέμεος*, *Νέμειος*, *Νεμεαῖος* dicitur. conf. sup. ad Nem. V, 9. non vero *Νεμέειος*. 30. *Ὥσπερ* et *Κιννύραν* Ald. perperam. 31. *πλούτω* sane edd. Rom. Crat. Brub. hincque Schmid. Durum tamen *ὅσπερ ολβος πλούτου*. Praestat Aldina et Scholiorum lectio a Stephano repetita: *πλούτῳ*. 32. Erat vulg. *ἀμπνέων* 33. *τε πρίν τι φ*. Colon truncatum vna syllaba, quae in sequente versu redundat. Iam Schmidius verum viderat, nisi quod pro *τε* malebat *γε*: *ἀμπνέων γε*, *Πρίν τι φ*. 33. Legebatur: *πολλὰ γὰρ παλλὰ λέ-* 34. *λεκται. ν. — δόμεναι* 35. *βασάνῳ ἐς ἔλεγχον ὅπως κίνδυ-* 36. *νος ὄψον φθονεροῖσιν*. quae quis, metro inprimis repugnante, ferat? Schmidius *πολλὰ γὰρ πολλοῖς λέλεκται*. nam tota vox ad explendum versum retrahenda, monente quoque Schmidio et Pauwio: hic etiam lenius: *π. γὰρ πολλᾷ λ.* vt adeo secundum eos vterque versus sic se habeat: *Ἵσταμαι δὴ ποσσὶ κούφοις, ἀμπνέων τε, Πρίν τι φάμεν. πολλὰ γὰρ πολλᾷ λέλεκται*. Posse se in fabulam de Cinyra excurrere signifi-

28. [fauentibus enim diis victores facti sunt. *Ex Schedis*.] Ad preces modo v. 24 sqq. pro Dinia et Mega factas respicit: *felicitatem hanc victorum faventibus diis obtigisse* [Correxit Heynius: *felicitas enim tam constans, vt pater et filius pariter ea fruantur, non nisi fauentibus diis obtigit*.]; *qualis illa olim Cinyrae*, de qua conf. Pyth. II, 27. Tum v. 32. continet se, ne in digressionem de eo induci se patiatur. Erant *de Cinyra* multa carmina; noua in fabula vulgo nota fingere difficile: cuius rei experimentum ipse, puto, dedit Ol. I. in fa-

Νεαρὰ δ' ἐξευρόντα δόμεν βασάνῳ
Ἐς ἔλεγχον, ἅπας κίνδυνος, ὄψον
Δὲ λόγοι φθονεροῖσιν.

cat: sed *subsisto hic, etsi in cursum prominens*, (Schol. a statu luctae petebat) *et me contineo: colligo me, antequam aliquid adiiciam. Dicta enim* (de Cinyra) *satis multa sunt saepe aliis; noua autem proferre* etc. Pauwium non satis assequor. In v. 34. *κται* ad superiorem versum spectare vidimus. Mutila quoque sunt extrema. Oxonienses nullo cum fructu, nisi vt hiatum inferrent, dederunt δὲ pro δ'. Schmidius colon sic expleuit: *Νεαρὰ δ' ἐξευρόντα σαφῆ δόμεναι* et 35. 36. *βασάνῳ ἐς ἔλεγχον, πᾶς γε κίνδυ-νος, ὄψον φθονεροῖσιν.* Ed. Rom. cum Scholiaste, et hinc Brubach. Morell. Steph. exhibent v. 36. *ὄψον δὲ λόγοι φθονεροῖσιν.* (nisi quod Morell. et Steph. *φθονεροῖς* deprauarunt.) quam lectionem miror a Schmidio damnari, a Pauwio autem interpolari: *Δή· νεαρὰ δὲ ἐξευρόντα δόμεν Ἐς ἔλεγχον, ἅπας κίνδυνος, ὄψον Δὲ λόγῳ* (vel *λόγῳ*) *φθονεροῖσιν.* Igitur *ὄψον λόγῳ* iungit, *βασάνῳ* plane eiicit, et in capite *Δὴ* satis ieiune adiungit. Si recte video, ne verbum quidem mutandum, sed cola in bonum ordinem redigenda sunt hunc in modum: 34. *Νεαρὰ δ' ἐξευρόντα δόμεν βασάνῳ* 35. *Ἐς ἔλεγχον, ἅπας κίνδυνος· ὄψον* 36. *Δὲ λόγοι φθονεροῖσιν.* Ita nihil nec ad metrum nec ad sensum desideres: *νεαρὰ* est dissyllabum, vel tribrachys pro trochaeo. Nec Mingarellum video rationem sequi multum diuersam, nisi quod 35. — *ὄψον* 36. *δὲ λόγῳ φθ.* legit; quae non intelligo. *ἐς ἔλεγχον βασάνῳ* (elegantius quam *βασάνου*) plenius pro *ἐς βάσανον* dictum. *πᾶς κίνδυνος*, h. *κινδυνῶδες πάντως ἐστί*, *periculosum omnino est noua proferre, quae ab aliis explorari possunt*, ad rerum fidem et veritatem, *et redargui.* Schol. *ἐὰν γάρ τι καινουργῶ, ἀπιστηθήσομαι.* *Narrationes autem eiusmodi nouae inuidis obsonium sunt*, deliciarum loco, cum in iis inueniant, quod redarguere ac reprehendere

bula de Pelope interpretanda. Reliqua vid. in Var. L. *Consisto pede suspenso, et colligens spiritum antequam pergo. Multa sunt* (de Cinyra) *multis dicta; at noua, quae inueneris, exploranda dare aliis, periculosa res est. Inuidis in deliciis habetur, si quid habeant* in iis nouis, *quod vituperent.* *ἐς ἔλεγχον* (*ἐν*) *βασάνῳ*, *διὰ βασάνου.*

Ἅπτεται δ' ἐσλῶν ἀεὶ,
Χειρόνεσσι δ' οὐκ ἐρίζει.

Α. β'. Κ. θ'.

Κεῖνος καὶ Τελαμῶνος
Δάψεν υἱὸν, φασγάνῳ ἀμφικυλίσσαις.
Ἦ τιν' ἄγλωσσον μὲν, ἦτορ δ' ἄλκιμον, λά-
θα κατέχει λυγρῷ ἐν νείκει· μέγιστον
Δ' αἰόλῳ ψεύδει γέρας ἀντέταται.
Κρυφίαισι γὰρ ἐν ψάφοις Ὀδυσσῆ

possint, contra historiae fidem ac veritatem dictum, aut parum scite excogitatum etc. Mox v. 37. ἅπτεται δὲ, sc. ὁ φθόνος. Bene Schol. ἀπὸ τῶν φθονούντων ἐπὶ τὸν φθόνον μετήγαγε τὸν λόγον. Nisi haec ita constitui possent, facilis esset medicina, vt pro λόγοι legeretur ψόγος: sic erit: ὄψον δὲ ψόγος φθονεροῖσιν. Ἅπτεται δὲ etc. Ad βάσανος referri vix potest. 37. ἀεὶ Schmid. ex Aldo. Romana et seqq. αἰεί. Laudatur hic locus a Schol. Sophocl. Aiac. 154. [in simili sententia. *Ex Schedis.*] sed corrupte: Ὄψον δὲ λόγοι φθονεροῖς. ἰάπτεται δ' εἰδώς. χερόνεσσι δ' οὐκ ἐρίζει. 41. 42. Ἦ μιν Benedictus: sed poetae mos ille proprius, reuocare singula facta ad sententias generales. λά-θρα Ald. νίκει Crat. et hinc margo Brubach. ἐν λυγρῷ γήρει Schol. laudat. λυγρῷ ἐν νείκει metro postulante rescripsit Schmid. probante quoque Pauwio. λάθα κατέχει τινὰ docte dictum accipio de eo, qui in iudicio vincitur, quatenus ὀλιγωρεῖται, *postponitur*, *contemnitur*, prae altero, victore, qui γέρας accipit, quatenus caussam obtinet et rem de qua litigatur.

37. ἅπτεται δὲ, sc. ὁ φθόνος: aut etiam ὁ φθονερός: ex φθονεροῖς. Durum hoc; melior tamen ratio haud suppetit.

40. φασγάνῳ ἀμφικυλίσσαις, quod sollennius περιπείρας, *transfigens*.

41. λάθα opp. γέρας. ergo hoc est νίκη, illud ἡ ἧττα ἐν νείκει, *in iudicio*. Illud γέρας, vt quis caussa superior sit, ἀντέταται, tribuitur, adiudicatur, ψεύδει αἰόλῳ, *caussae iniustae*, qua quis vincit fraudulentis commentis.

44. Ita Danai gratificati sunt Vlyssi, eumque caussa superio-

Δαναοὶ θεράπευσαν·
Χρυσέων δ' Αἴας στερη-
θεὶς ὅπλων φόνῳ πάλαισεν.

E. β'. K. ιά.

Ἦ μὰν ἀνόμοιά γε δαΐ-
οισιν ἐν θερμῷ χροῒ
Ἕλκεα ῥῆξαν πολεμιζόμενοι
Ὑπ' ἀλεξιμβρότῳ λόγχᾳ, τὰ μὲν
Ἀμφ' Ἀχιλεῖ νεοκτόνῳ,
Ἄλλων τε μόχθων πολυφθόροισιν ἐν
Ἁμέραις. ἐχθρὰ δ' ἄρα πάρφασις ἦν

47. Nolim cum viro docto in Misc. Obss. Tom. VI. p. 397. glossam Hesychii satis suspectam inferre: ἐπάλλησεν, διεφθάρη. et παλήσειε, διαφθείρειεν. Dignum lyrico, παλαίειν φόνῳ, et suspicor, glossam illam ipsam spectare ad loca, in quibus simile quid adiunctum erat: συμφορᾷ, φθορᾷ. Sed de his viderint viri docti, qui in Glossariis excutiendis occupati sunt. 48. δαΐ- in fine vna syllaba proferendum. Malim adeo δαι- scribere. 50. Ἕλκεα ῥῆξαν. α in ἕλκεα posse produci non credit Pauw, et Schmidii coniecturam amplectitur: ἕλκε' ἔῤῥηξαν. Miror hoc; cum toties ρ aspiratione sua antecedentem syllabam producat. Sustuli comma post ῥῆξαν male insertum; iungenda enim sunt: ῥῆξαν ὑπ' ἀ. λ. h. διὰ λόγχης, σὺν λόγχῃ. [πολεμιζόμενοι. Gilb. Wakefield legit πελεμιζ. ex Schol. vbi legitur κινούμενοι. reddit *sese quatientes.* (Silv. Part. I. pag. 79.) *Ex Addendis.*] 52. Ἀχιλλεῖ erat. Ἀχιλεῖ scribere metrum iubet, et sic iam Schmid. 53. Cum in πολυφθόροισι vix videatur υ corripi posse, Pauw conj. πολυθρόοισιν. At sunt multa in poetis huius generis duriora.

rem reddiderunt (θεράπευσαν) occultis, iniustis, suffragiis. — 47. φόνῳ πάλαισεν, succubuit leto, ἐδάμη.

48. Atqui in pugna valde dissimilis virtus et dispar robur erat duorum istorum. ῥῆξαν ὑπὸ λόγχᾳ pro σύν. — v. 53. debebat sequi τὰ δ' ἐν.

54. πάρφασις, ἀπάτη, Ol. VII, 120. Pyth. IX, 77. malitia, do-

Καὶ πάλαι, αἱμύλων μύθων ὁμόφοι-
τος, δολοφραδὴς, κακοποιὸν ὄνειδος·
Ἃ τὸ μὲν λαμπρὸν βιᾶται,
Τῶν δ' ἀφάντων κῦδος ἀντείνει σαθρόν.

Σ. γ'. Κ. θ'.

Εἴη μή ποτέ μοι τοι-
οῦτον ἦθος, Ζεῦ πάτερ. ἀλλὰ κελεύθοις
Ἁπλόαις ζωᾶς ἐφαπτοίμαν, θανὼν ὡς
Παισὶ κλέος μὴ τὸ δύσφαμον προσάψω.
Χρυσὸν εὔχονται, πεδίον δ' ἕτεροι
Ἀπέραντον· ἐγὼ δ' ἀστοῖς ἁδὼν καὶ
Χθονὶ γυῖα καλύψαι-
μ', αἰνέων αἰνητὰ, μομ-
φὰν δ' ἐπισπείρων αλιτροῖς.

55. *μόθων* sphalma ed. Oxon. 58. *ἀντείνει.* iambus pro trochaeo. Benedictus ad Schmidii dubitationem emendarat: *ἀντέχει.* Schol. *ἀνατείνει, ἐπαίρει, μεγαλύνει, ὑψοῖ.* 60. 61. *ὁδοὺς ἁπλανεῖς* vnus ex Schol. memorat. *ἐφαπτοὶ μανθάνων ὡς παισὶ κλέα·* Ald. vitiose. — 64. *ἀδὼν* Ald. et Morell. *ἀδῶν* Rom. Crat. Brub. *ἁδὼν* emendate Steph. *καί*, *etiam* moriar ita. *φίλος ἀστοῖς Πίνδαρος* Anal. Brunck. Tom. I. pag. 174.

losus animus cum inuidentia et maleuolentia, erat iam olim inter homines, non nunc demum.

57. 8. *τὸ λαμπρὸν*, opp. *τὸ ἄφαντον*, *τὰ ἄφαντα*, et pro hoc *τῶν ἀφάντων κῦδος*, etsi *σαθρὸν*, *putre*, *infirmum*, *exile*, *ἀνατείνει*, *ἐπαίρει*, *ὑψοῖ*, cui opp. *βιᾶται*. *viros claros deprimit*, *obscuros illustrat*, iniuria et maleuolentia hominum. cf. Pyth. XI, 45.

64. *Vt vixi, ita moriar, ciuibus meis probatus.* *φίλος ἀστοῖς*, vt est quoque Epigr. ap. Brunck. Analect. Tom. I. p. 174. Tota Stropha praeclara est et magnum poetae ingenium cum magnis sensibus et magno animo coniunctum in eo fuisse declarat;

Α. γ'. Κ. θ'.

Αὔξεται δ' ἀρετά, χλω-
ραῖς ἐέρσαις ὡς ὅτε δένδρον ἀΐσ-
σει, σοφοῖς ἀνδρῶν ἀερθεῖσ' ἐν δικαίοις
Τε πρὸς ὑγρὰν αἰθέρα. χρεῖαι δὲ παντοῖ-
αι φίλων ἀνδρῶν· τὰ μὲν ἀμφὶ πόνοις
Ὑπερώτατα. μαστεύει δὲ καὶ τέρ-
ψις ἐν ὄμμασι θέσθαι

68. *Αὔξονται δ' ἀρεταὶ* Schmidio debetur, metro metuenti. Fert tamen antispastus communem lectionem, quam et Schol. agnoscunt: *Αὔξεται δ' ἀρετά.* vtramque lectionem olim in libris fuisse suspicatur Pauw. 69. *δένδρον ἀναΐσ-σει* Pauw scribendum esse monet. *δένδρεον ἀΐσσει* Schmidius dederat. Sed turpe viro docto fuisset, quicquam in optimo Schmidio probasse. Alterutro modo est corrigendum. Idem v. 70. *ἀερθεῖσαι 'ν* Schmidium scribere debuisse, censet, ad *ἀρεταί.* Accipiendum autem, *ἐν σοφοῖς δικαίοις τε ἀνδρῶν* pro *ἀνδράσι, inter,* aut verius, *per, διά.* Veteres Grammatici variis modis tentant. 71. *πρὸς ὑγρὰν αἰθέρα* legendum cum Schmidio, ne choriambicum claudicet in *ὑγρὸν αἰθέρα.* Notum alterum genus ex Homero. Pauw *ὑγρόν γ' αἰθέρα* offert: vtique deterius.

quod interdum aliter se habere experientia docuit.

68. *Αὔξεται δέ.* Ad seqq. viam parat. Quod toties dixit: *nisi carmine celebrata, facta praeclara obliuione sepulta obscurantur. Facta (ἀρετὰ) crescunt* sc. fama, celebrantur; *ἀερθεῖσα ἐν σοφοῖς δικαίοις τε ἀνδρῶν* (*διά, per viros ingeniosos et veri studiosos*) *ὡς ὅτε δένδρον ἀΐσσει, ἀναΐσσει, πρὸς ὑγρὰν αἰθέρα ἐέρσαις χλωραῖς* (*διά*) —

72. *ἀμφὶ πόνοις, in certaminibus praecipua aliqua ratione indigemus amicis,* qui virtuti laudes debitas circumspiciant.

73. *θέσθαι πίστιν ἐν ὄμμασιν,* est, fidem, veritatem rei ante oculos ponere, h. e. efficere, vt res vere talis habeatur, qualis est; ita et *ἡ τέρψις,* si quis magnum bonum consequutus est, quo gaudet, in votis habet, vt illud aliis ante oculos ponatur; id quod et vanitas et

Πίστιν. ὦ Μέγα, τὸ δ' αὖ-
τις τεὰν ψυχὰν κομίξαι,

Ε. γ'. Κ. ιά.

Οὔ μοι δυνατόν. κενεᾶν
Δ' ἐλπίδων χαῦνον τέλος.
Σεῦ δὲ πάτρᾳ Χαριάδαις τε λάβρον
Ὑπερεῖσαι λίθον Μοισαῖον, ἕ-
κατι ποδῶν εὐωνύμων

76. Non prior in *ψυχὰν* corripitur, sed est spondeus in hac sede, vt v. 67. 79. Si in *Χαριάδαις* prima longa est, tribus *Χηριαδῶν* esse debuit. cf. Pauw. *τε* post *Χαριάδαις* abundat. Potest legi *Σοὶ δὲ, πάτρᾳ Χαριάδαις τε.* Sed praestat *Χαριάδαισι* reponere. Punctum sustuli post *τέλος.*

laudis cupido et studium bona sua cum aliis communicandi suadet. Itaque dicta v. 73-75. pro eo quod vulgo esset: *qui magnam felicitatem consequutus est* (vt victor) *rebus praeclare gestis, in votis habet, eandem felicitatem carmine celebratam videre.* Hoc ad ipsum felicitatis *fructum* et ad iucunditatem transtulit *in personam* mutatam: *τέρψις* (h. ὁ *τερπόμενος*) *μαστεύει, πίστιν θέσθαι ἐν ὄμμασι, in votis habet, vt aliquis sibi fidem felicitatis ante oculos ponat.* Facit autem ei fidem, qui eam declarat, ad viuidum repraesentat: id quod facit poeta carmine.

75. Megas pater iam obierat. 78. *χαῦνον, nullus exitus.*

79. Vt nunc verba se habent, procedit sententia inde ab *ὦ Μέγα* hoc modo: *in vitam te reuocare non possum, at memoriam tuae tribus et Chariadarum ex quatuor victoriis gymnicis carmine celebrare possum.* In hac tamen lectione *πάτρᾳ Χαριάδαις τε* abundat *τε.* nam *Chariadae* ipsa *tribus* sunt. Medelam proposui in V. L. Porro *λάβρον* simpliciter accipio *ingentem, magnum.* Schol. *vocalem* accepit, *εὔτονον μουσικὴν στήλην.* Sane *λάβρος* est loquax, vt Ol. II, 156. et notus *λαβραγόρας* in Homero. *ὑπερεῖσαι λίθον, στήλην,* sc. *δυνατόν ἐστι,* propter quatuor victorias stadio. At illa admodum dura: *ἕκατι ποδῶν εὐωνύμων δὶς δὴ δυοῖν.*

Δὶς δὴ δυοῖν. χαίρω δὲ, πρόσφορον
Ἐν μὲν ἔργῳ κόμπον ἱείς. ἐπ᾽ ἀοι-
δαῖς δ᾽ ἀνὴρ νώδυνον καί τις κάματον
Θῆκεν. ἦν γε μὰν ἐπικώμιος ὕμνος
Δὴ πάλαι, καὶ πρὶν γενέσθαι
Τὰν Ἀδράστου τάν τε Καδμείων ἔριν.

82. cf. ad pr. *εἴδους*. *Χαίρω δὲ* —. Possunt melius omnia iuncta videri, si legas: *Σεῦ δὲ πάτρᾳ, Χαριάδαισι, λ.* — *δὶς δὴ δυεῖν, χαίρω γε πρ.* — *ἱείς.* 83. *ἐπαοι-δαῖς* Schmid. cum Scholiasta: videntur tamen incantationes alienae esse a loco, in quo de hymnis (*κόμπος*) agitur. Non minus alienum Pauwii acumen referentis ad epodum Odae. Aliae edd. omnes *ἐπ᾽ ἀοιδαῖς* (pro *διὰ ἀοιδῶν*). Sententiam et alibi frequentauit: etiam Isthm. VIII. pr. 85. *ἦγε μὰν* Ald.

Scilicet cogitatione complexus *ποδῶν νίκας εὐωνύμους*, dicere poterat *bis duas.*

82. *Omnino gaudeo πρόσφορον κόμπον ἱείς, laudem debitam pronuntians ἐν ἔργῳ, ἐπὶ νίκῃ,* h. e. lubens celebro praeclare facta. Et v. 83. de notione cogitandum est, quam aliquoties frequentauit, Ol. I, 157. 8. II, 93-95. VIII, 9. Nem. V, 87. 88. etc. *victoriam esse laborum et aerumnarum dulce lenimen, ἀνάπαυσιν, ἀμπνοὰν, ἀμοιβὴν, ἄποινα.*

83. *ἐπ᾽ ἀοιδαῖς* est pro *δι᾽ ἀοιδῶν*. *Multi iam certaminum aerumnas* (proprie earum memoriam) *per carmina lenierunt. Nam iam in remota heroum aetate carmina victoribus accini mos fuit.*

NEMEA

εἶδος θ'.

ΧΡΟΜΙῼ ΑΙΤΝΑΙῼ

ἅρματι.

Argumentum.

Chromium [Agesidami f. v. Nem. I. *Ex Schedis.*] pronuntiat victorem in Pythiis Sicyoniorum, et hinc dignum carmine 1 — 17. deflectit ad Adrastum, qui ea instituerat. — 61. Bona vota pro Aetnaeis. — 79. Inter fortes eorum viros est Chromius. — 103. Inde redit ád victoriam, eamque laudibus ornat.

Δυωδεκὰς ά.

Κωμάσομεν παρ' Ἀπόλλω-
νος Σικυῶνοθε, Μοῖσαι,

Tria quae sequuntur carmina non ad Nemeonicas scripta esse, et per se patet inspicienti, et notatum est a vetere quoque Grammatico ad pr. huius hymni; idem adiicit: *διὸ κεχωρισμέναι φέρονται.* Erant ergo hymni hi olim, in libris, distincti a ceteris, et in hunc locum venerant forte, quod librarius aliquis suo Nemeorum codici vacante spatio in fine eos attexuerat. Videntur autem, mea opinione, ad *ἐγκώμια* pertinere, quae Pindarus scripserat. Chro-

1. E Pythiis Sicyone habitis *κῶμος* victoris ducitur in Siciliam ad vrbem Aetnam.

Τὰν νεοκτίσταν ἐς Αἴτναν,
Ἔνθ᾽ ἀναπεπταμέναι
Ξείνων νενίκανται θύραι,
Ὄλβιον ἐς Χρομίου
Δῶμ᾽. ἀλλ᾽ ἐπέων γλυκὺν ὕμνον πράσσετε.
Τὸ κρατήσιππον γὰρ ἐς ἅρμ᾽ ἀναβαίνων,
Ματέρι καὶ διδύμοις
Παίδεσσιν αὐδὰν μανύει,
Πυθῶνος αἰπεινᾶς ὁμο-
κλάροις ἐπόπταις.

mius idem, ad quem Nem. prima scripta, victor quadrigis in Pythiis Sicyone celebrari solitis, a Clisthene circa Ol. L. institutis. v. Pausan. X, 37. et Schol. ad v. pr. Referebatur tamen eorum origo ad Adrastum: vide v. 20 sqq. Ita enim poetae sibi solebant aditum ad veteres fabulas intexendas parare, et ita factum esse arbitror, vt tam incerta ac varia ludorum origo tradita sit. 3. εἰς *Α*. edd. vett. Emendauit vir doctus in marg. Brubach. et hinc Schmid. 4. 5. ἀναπεπλαμέναι ξείνων, *completae hospitibus exceptis*, Schmidius cum Phil. Melanchthone, parum scite, et adverso metro, nam πλα longum ex ἀναπεπλημέναι. et erat ξείνων νενίκανται iungendum: ἥττηνται ὑπὸ τῶν ξένων sc. παντὶ εἴκουσαι ξένῳ καὶ οὐδένα ὑπελαύνουσαι (f. ἀπελ.), *admittunt hospites*, adiuncta notione magnae multitudinis; hactenus haec paullo audacior forma ferri potest. Pauw tamen non ineleganter emendat μεμύκανται. vti portae, quae aperiuntur, *mugire*, βοᾷν, dicuntur: modo de μεμύκημαι constaret, an vsu habitum sit. Notum illud Homericum: Αὐτόμαται δὲ πύλαι μύκον οὐρανοῦ, ἃς ἔχον Ὧραι. Attamen νενίκανται etiam ap. Theocr. XVI, 15. occurrit. 10. αὐδὰν μανύει, *hymnum annuntiat Latonae eiusque liberis*, ex victoria. Nescio quid Schol. spectet: τῇ τε Λατοῖ τὸ θαυμάζεσθαι δίδωσι.

5. θύραι νενίκηνται (ὑπὸ) ξείνων, vt in illo: *victae patuere fores*, multitudine ingredientium. ἀναπεπταμέναι de hospitalitate; etiam in vulgari oratione. Cic. Verr. IV, 2. *huius domus — nostris hominibus apertissima maximeque hospitalis.*

10. αὐδὰν μανύει, hymnum ordiendum esse significat in honorem Latonae et liberorum victor currum conscendens.

Δ. β'.

Ἔστι δέ τις λόγος ἀνθρώ-
πων, τετελεσμένον ἐσλὸν
Μὴ χαμαὶ σιγᾷ καλύψαι.
Θεσπεσία δ' ἐπέων
Καύχας ἀοιδὰ πρόσφορος.
Ἀλλ' ἀνὰ μὲν βρομίαν
Φόρμιγγ', ἀνὰ δ' αὐλὸν ἐπ' αὐτὰν ὄρσομεν
Ἱππείων ἄθλων κορυφὰν, ἅτε Φοίβῳ
Θῆκεν Ἄδραστος ἐπ' Ἀ-
σωποῦ ῥεέθροις· ὧν ἐγὼ
Μνασθεὶς, ἐπασκήσω κλυταῖς
Ἥρωα τιμαῖς.

17. *πρόσφορος καύχας* iungi nequit. *πρόσφορος, προσφερόμενος θεσπεσίᾳ ἀοιδᾷ ἐπέων καύχας* conj. Oxonienses. Sed *πρόσφορος* recte Schol. *ἐοικυῖά ἐστιν. ἔπη καύχας* erunt *καυχώμενα* et *ἀοιδὴ ἐπέων* ornato pro simplici *ἔπη.* ita *ἀοιδὰ θεσπεσία ἐπέων καύχας πρόσφορός ἐστιν*, est: *rem praeclare gestam aequum est carmine celebrare.* Fatendum tamen vel sic, orationem esse valde circumductam. Praestat Benedicti emendatio *καύχαις* pro *καυχήσεσιν, ἔργοις, ἐφ' οἷς ἔξεστι καυχᾶσθαι.* Habet *καύχη* formam, quae est in *βλάστη, βλάστησις, ἄνθη, ἄνθησις.* cf. Toup. Emendat. in Suidam Tom. I. pag. 87. *πρόσφορος*, debitus, conueniens (vt modo Nem. VIII. 82.) scil. *τῷ ἐσθλῷ.* 19. *ὄρσομεν* Schmid. idque metrum haud dubie exigit pro *ὄρσωμεν.* 20. *ἀέθλων* per synizesin efferendum; cur igitur non scribimus *ἄθλων?*

13. Carmen hoc antiquum est, quod attigerat Nem. III, 50. et forte idem Pyth. IX, 167 seq. 15. *χαμαί, humi abiectum?* nam *χαμαὶ sub terra conditam* esse nequit.

17. *Conuenit carmen rebus praeclare gestis.* vid. Var. Lect. 18. *Ἀλλ' ἀνόρσομεν, igitur.* 22. *ἐπ' Ἀσωποῦ ῥεέθροις*, Sicyone. 24. Proprie *ἐπασκεῖν τιμὰς ἥρωος, elaborare honores, laudes.*

Δ. γ'.

Ὃς τότε μὲν βασιλεύων
Κεῖθι, νέαισί θ' ἑορταῖς
Ἰσχύος τ' ἀνδρῶν ἁμίλλαις
Ἅρμασί τε γλαφυροῖς
Ἄμφαινε κυδαίνων πόλιν.
Φεῦγε γὰρ Ἀμφιάρη-
όν τε θρασυμήδεα καὶ δεινὰν στάσιν,
Πατρίων οἴκων ἀπό τ' Ἄργεος. ἀρχοὶ
Δ' οὐκ ἔτ' ἔσαν Ταλαοῦ
Παῖδες, βιασθέντες λύᾳ.
Κρέσσων δὲ καππαύει δίκαν
Τὰν πρόσθεν ἀνήρ.

Δ. δ'.

Ἀνδροδάμαν τ' Ἐριφύλαν,
Ὅρκιον ὡς ὅτε πιστὸν,

32. *πατέρων* Ald. *πατρῴων* Rom. et seqq. *πατρίων* Schmidio debetur. Mox v. 34. *λύη* et *λύα*, *στάσις*. v. Hesych. et Etymol. M. h. v. 37. *Ἀνδρομέδαν τ'* Ald. Rom. Brubach. Morell. Sed emendate ex Schol. Crat. Steph. Schmid. nisi quod siue ab *ἀνδροδάμας, αντος*, siue ab *ὁ ἀνδροδάμας, ου*, (v. sup. Nem. III, 67.) repetiisse videntur. Est vero ab *ἀνδρόδαμος, ἡ ἀνδροδάμη*. adeoque *τ'* seiunximus: distinximus etiam reliqua curiosius.

29. *ἀνέφαινε πόλιν, ἐμφανῆ ἐποίησεν.*

30. Adrastus Talai f. in seditione ciuium fugatus ab Amphiarao Oiclis f. consanguineo suo Sicyonem venerat, vbi Polybus filiam et regnum ei tradidit. v. Schol. et Herodot. V, 67 sq.

32. *ἀρχοὶ δέ.* exciderat adeo regno Argiuorum stirps Talai.

35. Adrastus odia mutua composuit et Amphiarao sororem suam, Eriphylen, in matrimonium collocauit. Hoc *γνωμικῶς* extulit: *At enim vir bonus componit iurgia: ὁ κρείσσων ἀνήρ, ὁ ἀγαθός.*

Δόντες Οἰκλεΐδᾳ γυναῖκα,
Ξανθοκομᾶν Δαναῶν
Ἠσαν μέγιστοι. καί ποτ' ἐς
. . . . . ἑπταπύλους
Θήβας στρατὸν ἄγαγον ἀνδρῶν, αἰσιᾶν
Οὐ κατ' ὀρνίχων ὁδόν. οὐδὲ Κρονίων,
Ἀστεροπὰν ἐλελί-
ξαις, οἴκοθεν μαργουμένους
Στείχειν ἐπώτρυν', ἀλλὰ φεί-
σασθαι κελεύθου.

Δ. ε.

Φαινομέναν δ' ἄρ' ἐς ἄταν
Σπεῦδεν ὅμιλος ἱκέσθαι

39. *Οἰκλεΐδα* sphalma typorum Oxon. edit. 42. 43. Legebantur — *καί ποτ' ἐς* 42. *Ἑπταπύλους Θήβας;* 43. *ἄγαγον ἀνδρῶν στρατὸν αἰσιᾶν οὐ κατ'* 44. *ὀρνίχων ὁδόν.* Laborant versus, et pes deficit. Schmidius priorem versum mutilum ratus, expleuit et refinxit; *καί ποτε Ἑπταπύλους κριτὸν ἐς Θήβας ἄγαγον στρατὸν ἀνδρῶν, αἰσιᾶν Οὐ κατ' ὀ. ὁ.* Pauw libros esse expectandos prae se ferens, vitium in solo versu 43. quaerit; adeoque locum sic exhibet: *καί ποτ' ἐς Ἑπταπύλους Θήβας Ἀνδρῶν ἄγαγον στρατὸν . . . αἰσιᾶν Οὐ κατ' ὀ. ὁ.* Ego, quoad situm vitii, nondum popularem meum Schmidium deserendum esse video, etsi vocem, quam supplet, sine codicum auctoritate nolim admittere. Versus tamen ita dispesco, vt proxime ad veram rationem accessisse mihi videar. 44. *Οὐ κατ' ὀρνίχων ὁδὸν* versum esse ordiendum, dubitari nequit.

39. *δόντες* sc. *Ταλαοῦ παῖδες,* Adrastus, Parthenopaeus, Pronax, Mecistheus et soror Eriphyle.

43. *(καθ') ὁδὸν ὀρνίθων οὐκ αἰσιῶν, expeditione infausta,* *οὐδὲ Κρ. — κελεύθου. et malis cum ominibus.* Nota haec, vt et 56. septem rogi, cf. Ol. VI, 34. *ἐρυσάμενοι νόστον, inhibentes sibi, sistentes,* adeoque *priuati reditu.*

Χαλκέοις ὅπλοισιν ἱππεί-
οις τε σὺν ἔντεσιν. Ἰ-
σμηνοῦ δ' ἐπ' ὄχθαισι, γλυκὺν
Νόστον ἐρυσάμενοι,
Λευκανθέα σώμασ' ἐπίαναν καπνόν.
Ἑπτὰ γὰρ δαίσαντο πυραὶ νεογυίους
Φῶτας. ὁ δ' Ἀμφιάρηι
Σχίσεν κεραυνῷ παμβίᾳ
Ζεὺς τὰν βαθύστερνον χθόνα,
Κρύψεν δ' ἅμ' ἵπποις,

Δ. ς'.

Δουρὶ Περικλυμένου πρὶν
Νῶτα τυπέντα μαχατὰν

54. Videtur *Νόστον ἐρυσάμενοι* peccare et sensu et metro. Nam *ἐρύειν* vel *ἐρύεσθαι* sensu *trahendi* aptum non est, media breui. Est *ῥύεσθαι* media longa, sed est *seruare, tueri.* Benedictus suspicabatur fuisse *ὀλεσσάμενοι,* per se recte, sed nimio recedens a scriptura. *ἐρυξάμενοι* Pauw emendat, ab *ἐρύκειν.* quod putes haud dubie tenendum. *inhibentes, ἐπισχόντες.* At vide, an praesidium sit in Homerico Od. ψ, 244. Minerua *diem detinuit, Ἠῶ — ῥύσατ' ἐπ' Ὠκεανῷ χρυσόθρονον, οὐδ' ἔα ἵππους ζεύγνυσθ' ὠκύποδας.* 55. *λευκανθέαν* vtraque ed. princeps, et hinc aliae. *λευκανθέα* recte emendatum a Schmid. praeeunte Scholiasta, qui etiam *σώματ'* praue legisse videtur. 57. *Ἀμφιάρηϊ* iterum cum signo diaeretico vulgo scriptum, cum sit h. l. quadrisyllabum. Schmidius *Ἀμφιαρῆι* refinxit, vt sit ab *Ἀμφιαρεύς.* Equidem nullus dubito, *ι* adhaesisse ex maiusculo literarum charactere, et exarandum esse *Ἀμφιάρῃ* ab *Ἀμφιάρης.* etsi cum Pauwio et ipse miror, hoc maluisse Dores pro *Ἀμφιάρας.* Sed et sic sup. Pyth. V, 30. *Ἀμφιάρηος* occurrebat: librarii an stupore, quis affirmet? mox Nem. X, 92. *Παμφάῃ.* Mingarellus etsi probauit *Ἀμφιάρῃ,* conj. tamen *Ἀμφιάρη-*
58. *ϊ σχίσε.*

[55. *ἐπίαναν.* Aliter Aeschylus VII ad Theb. 589. *Ex Schedis.*]

61. 2. 3. *πρὶν* (*αὐτὸν*) *τυπέντα* (*κατὰ τὰ*) *νῶτα δουρὶ Περικλυμένου αἰσχυνθήμεναι* (*κατὰ*) *θυμὸν μαχατάν.* vt 87. *θυμὸν αἰχματὰν* dixit, *fortem.*

Θυμὸν αἰσχυνθῆμεν. ἐν γὰρ
Δαιμονίοισι φόβοις
Φεύγοντι καὶ παῖδες θεῶν.
Εἰ δυνατὸν, Κρονίων,
Πεῖραν μὲν ἀγάνορα Φοινικοστόλων
Ἐγχέων ταύταν θανάτου πέρι καὶ ζω-
ᾶς ἀναβάλλομαι ὡς,
Πόρσιστα, μοῖραν δ' εὔνομον
Αἰτέω σε παισὶν δαρὸν Αἰ-
τναίων ὀπάζειν,

Δ. ζ.

Ζεῦ πάτερ, ἀγλαΐαισιν
Δ' ἀστυνόμοις ἐπιμῖξαι

69. Abrupta lyrici transitio a v. 66. Vulgo *ἀναβάλλομαι reiicio*, h. praetereo, accipiebant; Pauw *ablego*, nec repeto, nec metuo, quia strenue Phoenices sunt repressi: et sic v. 65. 66. *φεύγοντι καὶ π. θ. εἰ δυνατόν. Κρ.* quo nil ieiunius. Sed idem arripit quoque Schmidii emendationem: *ἀναβάλλεο, o Iupiter, remoue quam longissime.* Nihil mutare consultius. v. Not. *πεῖρα* est *μάχη*. est eadem pugna nautica, de qua sup. Pyth. I, 137 sq. *ἀναβάλλομαι* accipiendum respectu *τοῦ αἰτέω*. illud *deprecatur, παραιτεῖται, ἀναβάλλεται, reiicit, remouet;* hoc alterum *petit.* Tum preces fere eaedem, quales l. c. Pyth. I, 137 sqq. 71. *αἰτέω* est dissyllabum.

66. *εἰ δυνατὸν* ad superiora tractum ieiunam orationem facit. Immo vero — *θεῶν. Εἰ δυνατὸν, Κρονίων, — ἀναβάλλομαι ὡς πόρσιστα, μοῖραν δὲ εὔνομον αἰτέω σε —. Si per fata licet*, si fas est, *o Iupiter*, deprecor, *precibus meis remoueo*, (h. precor vt tu remoueas) *quam longissime bellum hoc cum Poenis, contra vero* precor, *vt des* etc. Haereo adhuc in *ταύταν*. An Poeni tum in apparatu belli contra Siculos fuere? hoc mihi probabile fit. Mingarell. *simile* certamen intelligit, quale fuit Amphiarai et Periclymeni, Argivorum et Thebanorum: vix bene.

Λαόν. ἐντί τοι φίλιπποί
Τ' αὐτόθι καὶ κτεάνων
Ψυχὰς ἔχοντες κρέσσονας
Ἄνδρες. ἄπιστον ἔει-
πʼ; αἰδὼς γὰρ ὑπόκρυφα κέρδει κλέπτεται,
Ἃ φέρει δόξαν. Χρομίῳ κεν ὑπασπί-
ζων, παρὰ πεζοβόαις,
Ἵπποις τε ναῶν τʼ ἐν μάχαις,

79. Quae alias *φιλοτιμία* est, rerum honestarum et pulchri studium, ea hic *αἰδὼς* esse debet, quatenus turpitudinem et flagitium fugit quis etiam in eo, ne parcat sumtibus ad res praeclare gerendas elargiendis. Iungenda putabam *κλέπτεται (κατʼ ἐκεῖνα) ἃ φέρει δόξαν.* non autem *αἰδὼς ἃ φέρει δόξαν.* Hoc tamen tuetur metrum; et ἃ debet esse pro ἣ, productum. 80. ὃ φ. Ald. Veteres quidam videntur accepisse locum: *Αἰδὼς γάρ· ὑπόκρυφα κέρδει κλέπτεται, ὃ φέρει δόξαν. Pudendum est! fraudulenter dolo malo id, quod laudem affert, subtrahitur, obscuratur, occultatur.*

79. 80. *Studium rerum honestarum*, quod gloriam affert, quo gloria paratur, *clam cedit lucri cupiditati.* Vides *Αἰδῶ* dici pro *φιλοτιμία*, [vt *Pudor* Horat. I, 24. C. S. 54. *Ex Schedis.*] quae coniuncta est cum *verecundia et pudore*, ne sumtibus parcere videamur in studiis honestis. *κλέπτεται* pro *νικᾶται ὑπὸ κέρδους*, quia *ὑπόκρυφα*, *clanculum*, fit, ne alii animaduertant, *lucri studio*, h. e. vt ne expensas in eas res faciamus, *vincuntur studia honesta.*

80. *Chromio si adstares in praeliis, in discrimine pugnae animaduerteres; quod gloriae studium eum armat, instruit, vt vim hostilem propulset.* *ἔκρινας ἀνὰ κίνδυνον ὀξείας αὐτῆς, οὕνεκεν κεῖνα θεός, ἡ Αἰδώς, (φιλοτιμία) ἔντυεν αὐτοῦ θ. α.*

82 sqq. Idem color Pyth. I, 147. Praecipuam virtutis gloriam consequutus est Chromius in pugna ad Helorum, ad Syracusas in austrum. Facta haec pugna esse debuit paucis annis ante Gelonis principatum primo Gelae, tum Syracusarum, qui ab Ol. LXXII, 2. computari solet. Hippocrates, Gelae tyrannus, aliis vicinis ciuitatibus subiugatis, bello quoque petitos Syracusanos vicerat, Gelone equitatui praefecto: Herodoto auctore VII, 154. et, in Excerptis

Ἔκρινας ἀν᾽ κίνδυνον ὀ-
ξείας ἀϋτᾶς,

Δ. η.

Οὕνεκεν ἐν πολέμῳ κεί-
να θεὸς ἔντυεν αὐτοῦ
Θυμὸν αἰχματὰν, ἀμύνειν
Λοιγὸν Ἐνυαλίου.
Παῦροι δὲ βουλεῦσαι, φόνου
Παρποδίου νεφέλαν
Τρέψαι ποτὶ δυσμενέων ἀνδρῶν στίχας
Χερσὶ καὶ ψυχᾷ, δυνατοί. λέγεται μὰν
Ἕκτορι μὲν κλέος ἀν-
θῆσαι Σκαμάνδρου χεύμασιν
Ἀγχοῦ. βαθυκρήμνοισι δ᾽ ἀμ-
φ᾽ ἀκταῖς Ἑλώρου,

Δ. θ'.

Ἔνθ᾽ Ἀρείας πόρον ἄνθρω-

83. *ἂν* erat. Res ipsa docet, requiri *ἀνὰ*, quod per *ἀν᾽* scribi solet. 84. *ἀϋτᾶς* primus Morell. emendauit. Ante corrupte *αὐτᾶς*. 91. *ποδὶ* omnes vett. Primus emendauit *ποτὶ* Steph. Scholia docere poterant. Interpunxi post *ψυχᾷ* cum Pauwio et Schol. 97. *Ἀρείας πόρον*. Ignotus est, quis ille sit. Etiam libri XX, Diodoro p. 558. Tom. II. Wessel. Factam pugnam ad Helorum fl. e Timaei libro X. docet Schol. ad h. l. In ea insignis fuit opera Chromii. [Vix tamen hanc cladem Syracusanorum memorare potest: nisi f. Chromius alâ equitum victor fuit. Debet esse praelium cum Carthaginiensibus, vt in Schol. *Ex Schedis.*]

85. *οὕνεκεν* est pro *ὅτι*. Non, vt redditum video, cuius rei caussa. [Hanc notam Heynius deleuit.]

86. Aeschyl. VII ad Theb. 411. *τὸν Αἰσχύνης θρόνον Τιμῶντα καὶ στυγοῦνθ᾽ ὑπέρφρονας λόγους. Ex Schedis.*]

89. *Παῦροι δὲ δυνατοί εἰσι βουλεῦσαι, (ὡς) τρέψαι. possunt consilium inire ad —.*

[92. pro: quemadmodum —, ita —. *Ex Schedis.*]

ποι καλέοισι, δέδορκε
Παιδὶ τοῦτ᾽ Ἀγησιδάμου
Φέγγος ἐν ἁλικίᾳ
Πρώτᾳ. τὰ δ᾽ ἄλλαις ἁμέραις
Πολλὰ μὲν ἐν κονίᾳ
Χέρσῳ, τὰ δὲ γείτονι πόντῳ, φάσομαι.
Ἐκ πόνων δ᾽, οἳ σὺν νεότατι γένωνται
Σύν τε δίκᾳ, τελέθει
Πρὸς γῆρας αἰὼν ἁμέρα.
Ἴστω λαχὼν πρὸς δαιμόνων
Θαυμαστὸν ὄλβον.

Schol. incertum esse ait, vtrum Ἀρείας, an Ῥέας, an Ἀρειάσπορον sit legendum. Schmid. edidit ἀρειᾶς ab ἀραῖς, *minarum* (Poenorum, nam fuere in Schol. qui pugnam cum Poenis factam esse putarent) *traiectum*. 99. Τοῦθ᾽ Ἁγησιδάμου Mingarell. emend. sed est Doricum Ἀγ. 106. ἐὼν Ald, Rom. sed emendauit Crat. puto ex Schol. Est iterum ἡ αἰὼν, vt sup. Pyth. V, 8. ἁμέρα ab ἅμερος, ἥμερος, non, vt vnus ex Schol., ab ἡμέρα, dies, etsi vel sic magnifica sententia procedit, aliena tamen. ἁμέρᾳ vitiose Ald.

98. δέδορκεν, *illuxit*, *irradiavit*, vt Olymp. I, 152. Mox φέγγος est κλέος.

101-103. Forte non est: *alia alio tempore commemorabo*; etsi defendas simili loco Pyth. XIII, 146.; verum: *alia aliis diebus*, alio tempore, *partim terra partim mari gesta commemorare possim*, commemoranda habeo. φάσομαι pro φαίην ἄν. [Immo: aliis quoque — non nego, concedo, φημί. Attamen maxime delectant, maxima gloria prouenit ex iuuenilibus. *Ex Schedis.*] Mox σύν τε δίκᾳ, vt nunc interpungitur: *quae gesta sunt in iuuentute et in caussa iusta.* Mira haec ἀκρίβεια in laudibus potentium hominum! Fuisse putabam a Pindaro profectum: ἐκ πόνων δέ, οἳ σὺν νεότατι γένωνται, σύν τε (l. σύν γε) δίκᾳ τελέθει πρὸς γῆρας αἰὼν ἁμέρα. *iure meritoque iucunda fit vita.* Pyth. IX, 170. αἰνεῖν — παντὶ θυμῷ σύν τε δίκᾳ. Sentio tamen inesse sic quoque aliquid otiosi; et τε post σὺν reuocat me. An fuit σὺν τύχᾳ? *cum successu.* vt Isthm. VIII, 149. ἀγὼν σὺν τύχᾳ.

104. σὺν νεότητι pro ἐν, Mingarell. *iuuenili audacia.* ergo et σὺν δίκᾳ pro ἐν δίκᾳ, δικαίως.

107. Iunge ἴστω λαχὼν, pro σὲ λαχεῖν. Nota forma passim

Δ. ί.

Εἰ γὰρ ἅμα κτεάνοις πολ-
λοῖς ἐπίδοξον ἄρηται
Κῦδος, οὐκ ἔτ' ἐστὶ πόρσω
Θνατὸν ἔτι σκοπιᾶς
Ἄλλας ἐφάψασθαι ποδοῖν.
Ἁσυχίαν δὲ φιλεῖ
Μὲν συμπόσιον· νεοθαλὴς δ' αὔξεται
Μαλθακᾷ νικαφορία σὺν ἀοιδᾷ.
Θαρσαλέα δὲ παρὰ
Κρητῆρα φωνὰ γίνεται.
Ἐγκιρνάτω τίς μιν, γλυκὺν
Κώμου προφάταν·

111. οὐκ ἔτ' vitiosum esse in promtu est, et metro monente, et sequente altero ἔτι. Schmid. coni. οὐκ αὖτ'. Pauw οὐκ ἔξεστι vel οὐκ ἔνεστι. Supra Pyth. X, 42. in simili fere sententia οὔπω erat. Possunt alia substitui. πρόσω Ald. vitiose. 114. Ἡσυχία Crat. in marg. ex Schol. ed. Rom. sphalmate. Scriptum esse debuit Ἁσυχία.

illustrata, nuper a viro doctiss. Scheidio de Analog. Gr. L. p. 463. *Sciat is, cui vitae illa iucunditas obtingit, se consequutum esse mirabilem felicitatem diuinitus.* Nisi ad Agesidami filium, v. 99. Chromium referre placet. [Certe et 109. εἰ γὰρ ille —. *Ex Schedis.*]

111. οὐκ ἔστιν, οὐ δυνατόν ἐστιν, αὐτὸν θνητὸν (ὄντα) ἐφάψ. De formula loquendi cf. sup. ad Ol. III. extr.

114. 115. *Vt conuiuium decet hilaritas, sic victoriam hymnus.* Sententias autem ita attemperavit: *Conuiuium desiderat iucunditatem*, nam ἡσυχία h. l. synonymum *laetitiae, hilaritatis; at recens victoria augetur* (victoria pro sensu victoriae, gaudium ex illa) *iucundo cantu. Fit autem cantus tanto alacrior, si crater apponitur. Hunc igitur statuat aliquis:* γλυκὺν κώμου προφάταν, προηγητὴν ὄντα τοῦ ὕμνου, cum in conuiuio propinatur ante hymnum exordiendum. Non vero mirum, hymnos in victores non modo in pompa cani solitos, sed repetitos quoque esse inter epulas.

Δ. ιά.

Ἀργυρέαισι δὲ νωμά-
τῳ φιάλαισι βιατὰν
Ἀμπέλου παῖδ᾽· ἅς ποθ᾽ ἵπποι
Κτησάμεναι Χρομίῳ
Πέμψαν θεμιπλέκτοις ἅμα
Λατοΐδα στεφάνοις
Ἐκ τᾶς ἱερᾶς Σικυῶνος. Ζεῦ πάτερ,
Εὔχομαι ταύταν ἀρετὰν κελαδῆσαι
Σὺν Χαρίτεσσιν, ὑπὲρ
Πολλῶν τε τιμαλφεῖν λόγοις
Νίκαν, ἀκοντίζων σκοποῦ
Ἄγχιστα Μοισᾶν.

121. *νομάτω* vett. edd. Emendauit Morell. et Steph. praeeuntibus Scholiis. 125. Pro *ἀμφὶ*, *ἅμα* cum Schmidio et Pauwio ex Schol. esse legendum, metrum iambicum et sententia suadet. 131. *νικᾶν* vett. edd. et olim quoque librorum partem hoc habuisse, Scholia docent: *τιμαλφεῖν τε λόγοις (ἀρετὰν) ὑπὲρ πολλῶν νικᾶν.* Verius tamen *νίκαν* cum Crat. et Steph. ac Schmid. Pauwioque legitur, *ὑπὲρ πολλῶν* scil. *ἄλλων* Chromium celebrantium. De futuro Como haec a v. 128. idem Pauw accipit. quidni de praesenti hoc? *κελαδῆσαι* habet locum *τοῦ κεκελαδηκέναι*. *νίκαν* etiam Scholiastae legebant, sed alter *νίκαν ἀκοντίζων* iungit, alter *ἀκοντίζων Μοῖσαν* inuenerat: quod nescio an Pindaricum sit. Nec videtur *ἀκοντίζειν, βάλλειν, ἔπεσσι, Μοῦσα* ipsa dicenda esse. Sed *σκοπὸς Μουσᾶν* expeditum sensum habet.

123. In Pythiis Sicyone *ἆθλα φιάλαι ἀργυραῖ*. conf. Nem. X, 80.

128. Sic nunc reddo: *vtinam hanc victoriam* (*ἀρετὴν*, vt saepe,) *carmine celebrem σὺν Χάρισι, fauentibus Gratiis* (pro Musis), *καὶ τιμαλφεῖν λόγοις* [*carmini huic. Ex Schedis.*] *νίκαν ὑπὲρ πολλῶν*, *et vtinam consequar victoriam*, h. praestem carmine aliis, laudando ex merito: nam hoc est *ἀκοντίζειν ἄγχιστα σκοποῦ Μοισᾶν*, de laudibus iustis et ex re et facto petitis, non immodicis nec tenuibus. Haec iam saepe vidimus, vt modo Nem. VI, 45 sq. [At *τιμαλφεῖν* est alias *τιμᾶν*, vt Aeschyl. Eumen. 623. 804. Estne *ornare* victorem s. *victoriam laudibus? Ex Schedis.*]

N E M E A

ε ἰ δ ο ς ι.

ΘΕΙΑΙΩι ΠΑΙΔΙ ΟΥΛΙΟΥ

π α λ α ι σ τ ῆ.

Argumentum.

Commemorat plures de Argis fabulas, quas tractare possit tanquam *παλαιὰ* Argiuorum *κλέα*, tandemque in victore subsistit. — 39. Eius victorias commendat, optatque tandem, vt etiam Olympicam consequatur. — 68. Inde laudes victorum ex ea gente, — 90. in quibus Pamphaes fuit, ad quem Dioscuri deuerterunt; quibus memoratis ad fabulam de Dioscuris ipse deuertitur.

Σ. ά. Κ. ιά.

Δαναοῦ πόλιν, ἀγλαο-
θώκων τε πεντήκοντα κορᾶν, Χάριτες,
Ἄργος, Ἥρας δῶμα θεοπρεπὲς, ὑ-
μνεῖτε. φλέγεται δ' ἀρεταῖς
Μυρίαις, ἔργων θρασέων ἕνεκεν.

Thiaeus, Vliae f. Argiuus, victor Hecatombaeis, qui Iunoni Argis celebrabantur ludi. 1. 2. *ἀγλαο-θρόνων* Schol. praefixum habet interpretamentum. Sic *εὔθρονος, ὑψίθρονος.* pertinet ad dignitatem, genus regium vel diuinum, vt *ἄνασσα.*

4. *ἀρεταῖς*, argumentis laudum, decoribus.

Μακρα μὲν τὰ Περσέος ἀμ-
φὶ Μεδοίσας Γοργόνος.
Πολλὰ δ' Αἰγύπτῳ κατῴκισθεν ἄστη
Ταῖς Ἐπάφου παλάμαις.
Οὐδ' Ὑπερμνήστρα παρεπλάγχθη, μονό-
ψαφον ἐν κολεῷ καταρχοῖσα ξίφος.

Α. ά. Κ. ιά.

Διομήδεα δ' ἄμβροτον
Ξανθά ποτε Γλαυκῶπις ἔθηκε θεόν.
Γαῖα δ' ἐν Θήβαις ὑπέδεκτο, κεραυ-
νωθεῖσα Διὸς βέλεσι,
Μάντιν Οἰκλείδαν, πολέμοιο νέφος.
Καὶ γυναιξὶν καλλικόμοι-
σιν ἀριστεύει. πάλαι

6. *τὰ Περσέος* metrum choriambicum postulat. Erat *Περσέως*. At Schmidius reliqua cola aemulatus, etiam *τοῦ Π.* rescribebat; est tamen syzygia trochaica. 8. Laborat haud dubie metrum. Schmidius: *πολλὰ δ' Αἰγύπτῳ κατάκτισθεν ἄρ' ἄστη.* Sed ἀκτ pro breui positum vix admittas. Pauw: *Αἰγύπτῳ καλὰ ῴκισεν ἄστη* sc. Argos, quae et verss. sqq. 17. 18. intelligenda. Fuit, puto, *πολλὰ δ' Αἰγύπτιοιο κατῴκισεν ἄστη.* 10. *παρεπλάχθη* Ald. conf. ad Ol. VII, 57. *παρεπλάγθη* vitium ed. Oxon. 16. *Οἰκλείδαν* etiam hic intempestiue vulgo ante Schmid.

6. *μακρὰ, πολλὰ, longam narrationem praebent.*

[9. v. Apollodor. II, 1, 54. Ex erroribus Io venit in Aegyptum et Epaphum h. Apin gignit: qui ex Memphi, filia Nili, suscipit Libyam et condit Memphin. *Ex Schedis.*]

10. Hypermnestra sola sponsum non iugulando, *μονόψαφον ξίφος ἐν κουλεῷ καταςχοῖσα* (h. *μόνη.* Etiam Aeschylus Suppl. 578. voce sic vtitur.) rectum tenuit. Mox 16. Amphiaraus pugnator *πολέμοιο νέφος*, *pugnae procella.*

Ζεὺς ἐπ' Ἀλκμήναν Δανάαν τε μολὼν τοῦ-
τον κατέφανε λόγον.
Πατρὶ δ' Ἀδράστοιο Λυγκεῖ τε φρενῶν
Καρπὸν εὐθείᾳ συνάρμοξεν δίκᾳ.

Ε. ά. Κ. ιβ'.

Θρέψε δ' αἰχμὰν Ἀμφιτρύ-
ωνος. ὁ δ' ὄλβῳ φέρτατος
Ἴκετ' ἐς κείνου γενεάν.
Ἐπεὶ ἐν χαλκέοις ὅπλοις
Τηλεβόας ἔναρέν, οἳ

19. *Ἀλκμάναν* ediderant. At alibi *Ἀλκμήναν*, vt et in Theocrito. Syllabam in fine deficientem bene expleuit Schmidius: *τοῦ-τον κ. λ.* Pauw vel sic vel *τόν-δε*. *hanc famam, laudem, declarauit.* Erat — *μολὼν* 20. *τὸν κατέφανε λόγον*. 23. *Θρέψεται δ'* Ald. *θρέψε δ'* Rom. et seqq. Schmidius interpolauit metrum primorum colorum epodi: et hic v. 23. 24. *Θρέψε τὰν δ' αἰχμὰν Ἀ.* etc. Quid Oxonienses spectarint in *Θρέψεν δὲ*, me fugit. Metricum (*τὸ ά, ἐπιχοριαμβικὸν δίμετρον ἀκατάληκτον. τὸ β, Ἰωνικὸν δίμετρον καταληκτικόν.*) sequitur Pauw: *Θρέψε δ' αἰχμὰν Ἀμφιτρύ-ωνος· ὁ δ' ὄλβῳ φέρτατος.* [v. Hermann. ad Orph. p. 788 sq. *Ex Schedis.*] 26. Vulgo *ἐπεὶ καὶ ἐν*. *καὶ* sensui et metro aduersum expunxerat iam Schmidius, probante Pauw. Porro scribas licet *χαλκοῖς*. quorsum enim *χαλκέοις*, vt synizesis fiat? Post *γενεὰν* sententiam finimus. 27. *ἔναρεν. τί οἱ* Ald. et Rom. Emendauit Ceporinus: *ἔναρέν, οἳ*, quem sequutus est Stephanus et Oxo-

[20. *λόγον*, *ἔπαινον*. *Ex Schedis.*]

21. 22. [sc. *τὸ Ἄργος*. *Ex Schedis.*] Ad Argos referendum et ad discordiam inter Talaum et Lynceum, qui Danao socero successerat: quos *composuerunt*, amicitia iunxerunt, *Argiui ad iusti normam*, (*σὺν*) *δίκᾳ εὐθείᾳ*. Dixit *καρπὸν φρενῶν*, *φρένας καρπίμους*, *εὐκάρπους*, pro *mente matura, prudentia.* Ad rem cf. Nem. IX, 35.

23. *Aluit quoque Argos Amphitryonem pugnatorem.* Sic *αἰχμὰ* inf. Isthm. V, 42.

24. *Iupiter venit in eius domum; eius familiae inseuit Herculem.*

Ὄψιν ἐειδόμενος
Ἀθανάτων βασιλεὺς αὐλὰν ἐσῆλθεν,
Σπέρμ' ἀδείμαντον φέρων
Ἡρακλέος· οὗ κατ' Ὄλυμπον
Ἄλοχος Ἥβα Τελεία
Παρὰ ματέρι βαίνοι-
σ' ἔστι, καλλίστα θεῶν.

Σ. β'. Κ. ιά.

Βραχύ μοι στόμα πάντ' ἀνα-
γήσασθ', ὅσων Ἀργεῖον ἔχει τέμενος
Μοῖραν ἐσλῶν. ἔστι δὲ καὶ κόρος ἀν-
θρώπων βαρὺς ἀντιάσαι.

nienses, codicum lectionem exhiberi sic arbitrati. At Schmidius ad Rittershusii voluntatem *ἐναρόντι* ex vetere lectione refinxit. Pauw coniicit fuisse olim lectum *ἔναρέν τοι* pro *ἔναρέν γ' οἱ* cum fulcro. Praestat cum Mingarello, continuata sententia ad *ἔναρεν, τῷ* refingere.

31. Interpungi potest: *οὗ κατ' Ὄλυμπον ἄλοχος Ἥβα, Τελεία παρὰ ματέρι βαίνοι-σ', ἔστι, καλλίστα θεῶν. cuius vxor Hebe est, dea pulcherrima, assidens, πάρεδρος Iunoni.* Vt nunc est, erit *παραβαίνουσά ἐστι* pro *παραβαίνει, πάρεστι.* De epitheto *Τελείας, pronubae,* nunc non laboramus; illustrarunt multi, etiam Ruhnken. ad Timaeum p. 224.

35. *Βραχύ μοι στόμα.* Nec potest esse h. l. *facultas poetica,* nec, vt oppositum sit, *dictio grandis et magnifica,* (vt cum Horatio Pindarus *ruit ore profundo;* vel vt *os magna sonaturum;*) sed aut vox aut oratio non sufficit ad omnia exponenda, h. e. *angustum nimis carmen* mihi est ad exponendum, *ἀναγήσασθαι, ὥστε διηγήσασθαι,* [Ol. IX, 120. *praeire, enarrare. Ex Schedis.*] quot *decora, laudes, memorabilia* laudum argumenta (*ἐσλὰ*) Argos habeat. Idem Isthm. I, 87. haec *ἀφαιρεῖται βραχὺ μέτρον ἔχων ὕμνος.*

37. *κόρος. Est quoque inuidia in magnis laudibus metuenda.* Ambigua est verborum iunctura: acquiesco in hac: *ἐστὶ*

Ἀλλ' ὅμως εὔχορδον ἔγειρε λύραν,
Καὶ παλαισμάτων λάβε φρον-
τίδ'. ἀγών τοι χάλκεος
Δᾶμον ὀτρύνει ποτὶ θυσίαν Ἥ-
ρας ἀέθλων τε κρίσιν·
Οὐλία παῖς ἔνθα νικάσαις δὶς ἔ-
σχεν Θειαῖος εὐφόρων λάθαν πόνων.

Α. β'. Κ. ιά.

Ἐκράτησε δὲ καί ποθ' Ἕλ-
λανα στρατὸν Πυθῶνι, τύχᾳ τε μολὼν
Καὶ τὸν Ἰσθμοῖ καὶ Νεμέᾳ στέφανον
Μοίσαισί τ' ἔδωκ' ἀρόσαι,

40. *πάλης ἄθλων* Schmid. perperam pro *παλαισμάτων*. 42. Metrum syllabam desiderat. *ποτὶ τὰν θυσίαν* Schmidius. Elegantius Pauw: *ποτὶ βουθυσίαν*. 44. *Ἀλία* et in argumento *Ἡλίου* Ald. 45. Etiam *εὐφρόνων* olim lectum ex Schol. patet, h. *εὐφραντικῶν*. Sed *εὐφόρων* exquisitius. *faciles labores*, vbi victoria celeriter obtigit: exponit Pauw. immo omnino *felices*. conf. Nem. VII, 107 sq. — 46. Vulgo accip. *πόθ'* pro *ποτί*, *πρὸς*, *Ἕλ-*. 49. malim *τ'* del. *Μοίσαισιν*. *Ex Schedis.*]

βαρὺς πρὸς τὸ ἀντιάσαι αὐτῷ τινὰ vel *τοῖς ἀντιάσασιν αὐτῷ*. Vsus infinitiui frequens, vt inf. 90. De voce v. ad Ol. II, 173.

39. ad se. 40. *λάβε φροντίδα* h. *μελέτην*, de carmine, *meditare*, h. cane, celebra cantu certamen luctae, adeoque victoriam.

41. *ἀγὼν χάλκεος* propter clipeum pro praemio datum in his *Ἡραίοις*. v. sup. Ol. VII, 152. Pausan. II, 24. cf. Spanh. ad Callim. L. P. 35. Mox victor periodicus vicit *Ἕλλανα στρατόν*, *turbam concertantium*: vide sup. Pyth. XI, 75.

[45. *εὐφόρων*. l. propter successum. l. robur reddit victoriam facilem. *Ex Schedis.*]

46. *ἐκράτησε δὲ καί ποτε (κατὰ) τὸν Ἑ. σ., μολών τε (σὺν) τύχᾳ (ἐκράτησε) καὶ τὸν Ἰ. καὶ Ν. στέφανον, ἔδωκέ τε ταῖς Μοίσαισιν ἀρόσαι.* Accipiendum sic *ἀρόσαι* absolute, *vt iam esset ipsis, quo ararent agrum suum, et colerent*, ad prouentum laudum, qui inde nasci et effloré-

Τρὶς μὲν ἐν πόντοιο πύλαισι λαχών,
Τρὶς δὲ καὶ σεμνοῖς δαπέδοις
Ἐν Ἀδραστείῳ νόμῳ.
Ζεῦ πάτερ, τῶν μὰν ἔραται φρενὶ, σιγᾷ
Οἱ στόμα. πᾶν δὲ τέλος
Ἐν τὶν ἔργων. οὐδ' ἀμόχθῳ καρδίᾳ,
Προσφέρων τόλμαν, παραιτεῖται χάριν.

Ε. β'. Κ. ιβ'.

Γνώτ' ἀείδω Θεῷ τε
Χὥς τις ἁμιλλᾶται περὶ

52. νομῷ Schmidius cum Didymo rescripsit, *in ditione Adrasti:* nam in ea Nemea fuit. Reliqui νόμῳ, quod et Schol. interpretatur, nec male, *ex Adrasti instituto:* qui primus ludos Nemeae habuit, cum ad Thebas proficisceretur. Pauw cum Mingarello malit: Ἀδραστείω νομῷ, vt ἐν δαπέδοις Ἀδρ. νομοῦ sit. 53. τῶν μὲν vulgo, aduersus metrum. τῶν γε μὰν Schol. ad pr. carminis. vnde Schmid. τῶν μὰν dedit, Pauw etiam τῶν μέν γ'. 57. 58. Vtrumque colon male affectum. Schmidius: Γνώτ' ἀείδω τὶν Θεῷ τε τῷ Θ' ὅστις ἁ. π. Pauw (v. ad v. 23. 24.): Γνώτ' ἀείδω Θεῷ τε, καὶ ὅς Τις ἁ. π. Scilicet Θεῷ vnam facit syllabam. Felicius

scere debebat. — De agro Musarum reuoca in animum P. VI, 2. N. VI, 56. κρατεῖν τὸν στέφανον, vt νικᾶν V, 9. parum tamen placet, cum praecesserit κρατεῖν στρατόν. Forte praestat interpungere: τύχα τε μολὼν καί, *etiam,* τὸν — στέφανον Μοίσαισιν ἔδωκ' ἀρόσαι, Τρὶς μὲν— Τρὶς δὲ etc. τύχᾳ. plene Isthm. VIII, 149. σὺν τύχᾳ. *fausto euentu, vt victor esset.* Isthm. IV, 52. ἔστι καὶ ἀφάνεια τύχας, *victoriae.* λαχών. v. ad Nem. VI, 106. [ter victor in Isthmiis, ter in Sicyoniis. *Ex Schedis.*]

53-61. Tacitis votis expetit victoriam Olympicam. 54. *Successus omnis certaminum* est ἐν τίν, παρὰ σοί. 55. οὐδὲ παραιτεῖται. Grammatici volunt esse αἰτεῖται παρὰ σοῦ. At Pindarus ait: *premit sua vota: non autem deprecatur, refugit, decus ex* (Olympico) *certamine prae ignauia, cum satis animosus sit,* προσφέρων τόλμαν pro

Ἐσχάτων ἀέθλων κορυφαῖς.
Ὕπατον δ' ἔσχεν Πίσα
Ἡρακλέος τεθμόν. ἁδεῖ-
αί γε μὲν ἀμβολάδαν
Ἐν τελεταῖς δὶς Ἀθαναίων μιν ὀμφαὶ
Κώμασαν. γαίᾳ δὲ καυ-
θείσᾳ πυρὶ καρπὸς ἐλαίας
Ἔμολεν Ἥρας τὸν εὐά-
νορα λαὸν, ἐν ἀγγέων
Ἕρκεσιν παμποικίλοις.

Σ. γ'. Κ. ιά.

Ἕπεται δὲ, Θειαῖε, μα-

coniectauit Mingarell. *Γνώτ' ἀείδω Θειαίῳ Χ'ὅστις* —. 59. *κορυφᾶς* Schmid. quem vide, probante Pauwio. Oxonienses repugnant, at parum firmant *κορυφαῖς*. Dicendum erat, Pindarum amare non modo pluralem numerum, sed insolentiorem quoque casum: vt Ol. XIII, 64. *Δηρίομαι πολέσιν περὶ πλήθει καλῶν*. 63. *γὰρ* pro *μὶν* praue Ald. 64. 65. Vocibus *Γαίᾳ δὲ καυθείσᾳ* deficit iota subscriptum in vett. edd. ante Morellium. 67. *ἀγγέων* pronuntiandum binis syllabis. 69 sq. Locus impe-

non nisi a Steph. illatum fuit. 65. *ἐφ' ἅρμασιν* vitium Ald. 67. Plutarch. de Pyth. orac. pag. 406. C. laudat interpolate: *ἀρόται τε ὀρνιθολόγοι τε.* Sed omnino mutilus est ille locus, et emendatius occurrunt verba de Tranquill. p. 473. A. Erat antea *μηλοβότᾳ.* at v. Ol. VII, 116. Exciderat hoc animo Pyth. III, 47. venerat in mentem Pyth. IV, 263. IX, 114. XII, 4. 73. *εὖ ἀγορηθεὶς* peccat in Iambicum; vidit quoque Schmid. sed non veniebat in mentem, quod Pauwium non fugit, iunctim legere: *εὐαγορηθεὶς*, ab *εὐηγορέω*, *εὐαγορέω.*

Erit itaque *exiguum munus quod a poeta dari potest.* Nec minus tamen *σοφοὶ* sunt intelligentes, periti, qui aliqua in re excellunt. Sic Pyth. IX, 134. *ἀκοὰ σοφοῖς.* IV, 526. Ol. XI, 10.

63. *ἔπος εἰπόντα ἀγαθὸν, laudando, ξυνὸν ὀρθῶσαι καλὸν, decus statuere publicum*, ductum a monumento.

65. *μισθὸς* sc. *κεῖται* ex 58.

70. *ἕκαστος σπεύδει, ὥστε ἀμύνειν γαστρὶ λιμὸν χαλεπόν.* Scilicet *τέταται*, *ἐντέταται*, de studio, quod quis intendit, et quo ipse intenditur et intentus est ad aliquam rem, vt sup. Pyth.

ψιστον δέχεται, πολιατᾶν
Καὶ ξένων γλώσσας ἄωτον.

Σ. δ'. Κ. ζ'.

Ἄμμι δ' ἔοικε Κρόνου σεισίχθον' υἱὸν
Γείτον' ἀμειβομένοις εὐεργέταν
Ἁρμάτων ἱπποδρόμιον κελαδῆσαι,
Καὶ σέθεν, Ἀμφιτρύων, παῖδας προσει-
πεῖν, τὸν Μινύα τε μυχὸν,
Καὶ τὸ Δάματρος κλυτὸν ἄλσος Ἐλευσῖνα, καὶ Εὔ-
βοιαν, ἐν γναμπτοῖς δρόμοις·

Α. δ'. Κ. ζ'.

Πρωτεσίλα, τὸ τεὸν δ' ἀνδρῶν Ἀχαιῶν
Ἐν Φυλάκᾳ τέμενος συμβάλλομαι.
Πάντα δ' ἐξειπεῖν, ὅσ' ἀγώνιος Ἑρμᾶς
Ἡροδότῳ ἔπορεν ἵπποις, ἀφαι-
ρεῖται βραχὺ μέτρον ἔχων

77. ἀμειβομένους et v. 81. τὸ δάματρον Ald. 86. Ἡροδότω Rom. Crat. et hoc praefert Schmid. Ἡροδότῳ Ald. Brubach. Morell. Steph. hoc Oxon. ἔπορεν Ἡροδότῳ ἐν ἵπποις exponunt; Pauw: ἵπποις, vt ἅρματι, esse pro instrumento. cf. ad v. 17. Porro: Ἡ. πόρεν ἵπποισιν ἀφαιρ. Ald. at Rom. Ἡ. ἔμπορεν ἵπποις ἀφαι-. emendauit ἔπορεν Crat.

XI, 82. ξυναῖσι δ' ἀμφ' ἀρεταῖς τέταμαι.

76 sq. Lucem accipiunt sqq., si videas, laudari nunc *victorias* ab Herodoto *iam ante Isthmiam reportatas*, *easque* designari *per deos*, quibus sacra erant certamina. Itaque *γείτων* Neptunus est haud dubie Onchestius. Tum Iolaea Thebis; certamina Orchomeni, Eleusine et in Euboea habita, tandemque 83. ludi funebres heroi Protesilao Phylacae in Thessalia habiti; *συμβάλλομαι*, annumero, iis adiungo.

[77 sq. Iungunt *εὐεργέταν ἁρμάτων*. Immo *ἁρμάτων* ἕνεκα, victoriae caussa. *Ex Schedis.*]

Ὕμνος. ἦ μὰν πολλάκι καὶ τὸ σεσωπαμένον εὐ-
θυμίαν μείζω φέρει.

Ε. δ'. Κ. ιά.

Εἴη μιν, εὐφώνων πτερύγεσσιν ἀερ-
θέντ' ἀγλααῖς
Πιερίδων, ἔτι καὶ Πυθό-
θεν Ὀλυμπιάδων τ' ἐξαιρέτοις
Ἀλφεοῦ ἔρνεσι φράξαι
Χεῖρα, τιμὰν ἑπταπύλοις
Θήβαισι τεύχοντ'. εἰ δέ τις ἔνδον νέμει

88. *σεσωπαμένον* pro *σεσιωπαμένον* edd. principes et sequentes omnes; etsi praestat synizesin *σιω* facere. cf. Pauw. et sup. Ol. XIII, 130. 91. *ἀγλααῖσι* vett. edd. emendatum ad metri legem a Morell. et Steph. 92. Ad mentem metrici (vid. ad v. 17. 18.) scribit Pauw: *Πιερίδων ἔτι καὶ Πυ-θῶθεν Ὀ. ἐ.*

88. *ἦ μὰν πολ.* non vult poeta fastidium mouere recitandis aliis victoriis pluribus. *Saepe magis gratum est, aliqua sileri, quam copiose enarrari.* Breuitatis studium iam toties commendauit, vt mirum sit, grammaticos non id recordatos esse in h. l. vt Pyth. I, 157 sq. Nem. X, 35-38. *σεσωπαμένον*, pro *σεσιωπημένον*, vnicum habet, quicum comparetur, *βώσεσθε* apud Apollon. I, 685. pro *βιώσεσθε*. Alias poterat *σεσιγαμένον* dicere, vt Ol. IX, 156. *πολλάκι φέρει μείζω εὐθυμίαν σιωπᾶσθαί τι*, (h. e. breuitas, qua omittuntur nonnulla minus necessaria) ἢ *λέγεσθαι αὐτό.*

90. Musarum alis aliquis h. l. efferri, euolare, dicitur, propter gloriam. Non necesse est, vt alas ipsae Musae habeant, sed carminibus quasi alas addunt alicui, vt is euolet, inclarescat.

96. *εἰ δέ τις.* Iterum sententiam saepe iam et mox Isthm. III. pr. appositam recantat: *cui opes contigerunt cum successu in certaminibus, is bene nouit, se non inglorium mori. εἴ τις νέμει, fouet, seruat, ταμιεύει,*

Πλοῦτον κρυφαῖον,
Ἄλλοισι δ' ἐμπίπτων γελᾷ·
Ψυχὰν Ἀΐδᾳ τελέων οὐ
Φράζεται δόξας ἄνευθεν.

98. ἀλαοῖσιν Chrysippus legebat in Schol. h. τυφλοῖς, satis illepide. Recte alter: τοῖς δὲ δι' εὐδοξίαν ἀναλίσκουσιν ἐπεμβαίνων καταγελᾷ.

ἔνδον, in domo. πλοῦτον κρυφαῖον accipio simpl. *reconditum*. tum ἄλλοισι δ' ἐμπίπτων γελᾷ, *superbit*, est *victor*, pro ἐμπίπτει, ἐνέπεσεν, *superior factus est aliis*; ductum ἐμπίπτων a lucta: vt Pyth. VIII, 117. luctator irruit, aduersarium prosternit — ille φράζεται, *novit*, οἶδε, τελέων (ἑαυτὸν τελεῖν, *reddere animam*) ψυχὰν Ἀΐδᾳ οὐκ ἄνευθε δόξας. Sic ἐφράσθη *obseruauit*, intellexit, Nem. V, 62.

ΙΣΘΜΙΑ

εἶδος β'.

ΞΕΝΟΚΡΑΤΕΙ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩι

ἅρματι.

Argumentum.

Ad Thrasybulum, Xenocratis victoris filium, missus est hymnus: se id facere, profitetur Pindarus, more veterum poetarum, qui pueros pulcros amarent, et carmina non lucri caussa scriberent, quod vulgo nunc fieri soleat. — 19. Victoriam patris esse Isthmiacam, quam ille addidit aliis victoriis — 42. omninoque Aenesidami stirpem victoriis et hymnis nobilitatam esse; — 50. inprimis Xenocratis virtutes laudibus et carmine hoc esse dignas, quod per Nicasippum mittitur.

Σ. ά. Κ. ή.

Οἱ μὲν πάλαι, ὦ Θρασύβουλε,
Φῶτες, ὅσοι χρυσαμπύκων

Ξενοκράτει Ἀκραγαντίνῳ. exciderat ἅρματι. Mira Grammaticorum dissidia de eo, in quem carmen scriptum sit. v. Schol. pr. et Schmid. Si ad ipsa poetae verba attenderis, haec fere satis constare videbis: *Xenocratem*, Aenesidami f. Theronis fratrem, (v. ad Pyth. VI. pr.) vicisse curru Isthmiis, hymnum vero, vt alii hymni missi fuere, v. c. Pyth. II, 125., missum esse (per Nicasippum aliquem v. 68.) ad eius filium, *Thrasybulum*, pulcrum adolescentem, cui adeo veterum poetarum exemplo, qui

Ἐς δίφρον Μοισᾶν ἔβαινον
Κλυτᾷ φόρμιγγι συναντόμενοι,
Ῥίμφα παιδείους ἐτόξευ-
ον μελιγάρυας ὕμνους,
Ὅς τις ἐὼν καλὸς εἶχεν Ἀφροδίτας
Εὐθρόνου μνάστειραν ἅδισταν ὀπώραν.

formosis pueris carmina dicare solebant, se hymnum suum mittere dicit Pindarus. Eidem Xenocrati patri Pythica inscripta est sexta; ad quam vide. et cf. Schol. ad hanc Isthm. II. pr. 2. *φῶτες* οἳ a Schmid. est interpolatum, quasi dactylicus trochaicum dedeceret. vulgo *ὅσοι*. *φύντες*, *ὅσοι* Schol. *φῶτες* etiam Schol Aristoph. Pac. 669. qui h. l. sed corruptum laudat. 3. 4. Metricus cola haec aliter distinxit: *ἐς δίφρον Μοισᾶν ἔβαι - νον, κλυτᾷ φ.* Pauw ad eundem modum strophaarum et antistropharum reliquarum cola constituit. 5. 6. Plutarch. Pyth. orac. p. 405. F. *ῥίμφα παιδίοις τοξεύει μελιγηρέας ὕμνους* habet: memoriter recitans, vt solet.

4. Musarum curru vehi poetas iam vidimus Ol. IX, 120. vbi cf. Notam. *ἔβαινον συναντόμενοι*, pro *συνήντοντο*, an, quatenus adeunt eum, cui hymnum ferunt? Coniectabam, an possit *φόρμιγγι σὺν ἀντόμενοι* scribi et accipi. Praestat (*σὺν*) *κλυτᾷ φόρμιγγι συναντόμενοι*, pro simplici *ἀντόμενοι*, *assumta lyra venientes*, quomodo Ol. II, 173. *οὐ* (*σὺν*) *δίκᾳ συναντόμενος* scil. *τῷ αἴνῳ*, *occurrens, adortus*. At Schol. videtur accepisse *ἅπτεσθαι τῇ φόρμιγγι*, *accedere ad eam tractandam*, *tractare lyram*: nam *τῆς λύρας μετασχόντες* reddit.

5. [V. Schneider. ad Orph. Argon. 1354. Sed nil expedit. *Ex Schedis.*] In *ῥίμφα* mihi facit difficultatem, qua notione hic dictum accipiam. Nam *ταχέως*, aut, vt Hesych. et Suidas, *εὐχερῶς*, *συνεχῶς*, aut, vt Schol., *ῥᾳδίως*, nullum est satis accommodatum; non quasi *ῥίμφα τοξεύειν* non per se dici possit, *celeriter sagittas emittere*; sed quia alienum id nunc est a re, saltem nullam vim habet; nisi quod tela forte possent esse *ῥιμφαλέα*, *velocia tela*: an pro hoc dictum videri debet? *παιδείους ὕμνους*, *εἰς παῖδας*. Tum *ὅς τις* (*αὐτῶν*), alias *εἴ τις*.

8. Ephebos declarat per *pubertatem*. *ὀπώρα* [*ὥρα*. *Ex Schedis.*] propr. *pubertas*, tum omnino

Α. ά. Κ. ή.

Ἁ Μοῖσα γὰρ οὐ φιλοκερδής
Πω τότ' ἦν, οὐδ' ἐργάτις·
Οὐδ' ἐπέρναντο γλυκεῖαι
Μελίφθογγοι ποτὶ Τερψιχόρας,
Ἀργυρωθεῖσαι πρόσωπα,
Μαλθακόφωνοι ἀοιδαί.

[9—14. recitat Clemens Strom. V. pag. 555. *Ex Schedis.*] 10. *πω τότε* Rom. et cett. edd. Schmid. *τότ'* ex Ald. v. ad v. 2. — 11. *ἐπέρναντο* passiua vi pro *ἐπιπράσκοντο* insolens videtur. Forte refingendum: *Οὐδὲ πέρναντο* pro *πέρνηντο, ἐπεπέρνηντο.*

Iuuentus cum notione *pulcritudinis.* v. sup. ad Nem. V, 11. VIII. pr. [conciliat Venerem, propitiam reddit, h. amorem. *Ex Schedis.*]

11. *οὐδὲ πέρναντο γλυκεῖαι μελίφθογγοι ποτὶ Τερψιχόρας, ἀργυρωθεῖσαι πρόσωπα, μαλθακόφωνοι ἀοιδαί.* Habent *ἀοιδαὶ* tria epitheta; Terpsichore nullum; ergo legamus *μελιφθόγγου.* Video etiam Mingarellum ita emendare; vel *γλυκείας.* Vir doctiss. Gurlitt conj. *ἀργυρωθείσας*, scil. *Τερψιχόρας.* — 13. *ἀργυρωθεῖσαι πρόσωπα ἀοιδαί.* In vocis sensu laboramus. Videamus, an sic expediri possit: *ἀργυροῦν* est proprie *argentare;* tum vero *ex argento facere:* vnde *ἀργυρώματα*, *vasa argentea.* Supra Nem. X, 80. erant victores, qui *ἀργυρωθέντες σὺν φιάλαις ἐπέβαν.* h. *ἔχοντες, φέροντες φιάλας ἀργυρᾶς* pro praemiis. Ergo *ἀργυροῦσθαι* est *argento instructum esse, habere.* Iam porro merces venum expositae habent *πρόσωπον*, frontem, partem exteriorem, in qua vel pretium adscriptum est, vel quae ipsa fronte titulum fert, venalem eam esse nummis; dici ergo merces bene possunt *ἀργυρωθεῖσαι πρόσωπα*, *habentes quasi in fronte titulum hunc, venales eas prostare.* Habent hactenus *argenti notam*, *ἔχουσιν ἄργυρον ἐν προσώπῳ*, quo ipso *illae in personas mutantur* lyrice. Nunc *pro mercibus ἀοιδαί*, *carmina a Musa venalia proponuntur.* Haeret autem *venalitatis notio* in *ἄργυρος*, vt Pyth. XI, 65. *φωνὰ ὑπάργυρος.* Apud Sophoclem Antig. 1091. quem locum Schneider. Fragm. Pind. p. 111. excitauit, *καταργυροῦσθαι* est *ἀργύρῳ πεισθῆναι, corrumpi.*

Νῦν δ' ἐφίητι, τὸ τ'Ὠργείου φυλάξαι
Ῥῆμα, τῆς ἀλαθείας ἄγχιστα βαῖνον,

E. ά. K. ζ.

Χρήματα, χρήματ', ἀνὴρ,
Ὃς φᾶ, κτεάνων θ' ἅμα λειφθεὶς καὶ φίλων.

15. *Νῦν δ' ἐφίητι τ'Ὠργ.* vulgo enecto metro. Schmidius correxerat *Νῦν ἐφίητι δὲ, τ'Ὠ.* dura collocatione *τοῦ δέ.* Pauw offert alia: *Νῦν δ' ἐφίητί γε τ.* vel *Νῦν δ' ἐφίητί τω Ἀργείου.* Mingarell. *Νῦν δ' ἐ. τὸ Ἀ.* Debebat saltem *τό γ' Ἀ.* Mihi visum est satis probabile esse, excidisse *τὸ* ante *τ'Ὠργείου*, pro *τοῦ Ἀργείου*, aut, quod suspicor, fuisse *τὸ τ'Ὠργείω* pro *τὸ τῶ Ἀργείω.* Porro supplent: Musa *ἐφίητι*, h. *ἐφίησι.* Malo hoc absolute dictum, *nunc res ita ferunt, ita tempora se habent.* *Νῦν ἐφίησι* sc. *τὸ πρᾶγμα, ὁ καιρὸς, ὥστε φ.* In seqq. interpunctionem mutaui vulgarem, qua interpungebatur post *ἀνήρ.* Erat enim ieiunum: *ἀνὴρ ὃς φᾶ.* Monuerat quoque Pauw. 16. *Ῥῆμ' ἀληθείας* Ald. vno pede intercepto. Scribo *ἀλαθείας*, vt aliis locis. 18. *λείφθε* Oxon. edit. quasi Aeolice ita dici posset pro *ἐλείφθη*, sic refinxerat Schmidius, metro male veritus. *λειφθεὶς* recte tuetur Pauw; colon enim esse asynartetum ex Anapaestico et monometro Iambico, quod promiscue et diiambum et epitritum tertium admittit.

15. *Nunc locum habet, memorem esse dicti, proxime ad veritatem accedentis*, quo vsus fertur Aristodemus Spartiata, *vna cum opibus priuatus quoque amicis: heus, heus, homo*, (vulgare esset *ὦ ἄνδρες*) *numi! numi!* Videndus de hoc homine Schol. qui Alcaei verba apponit: — *ὡς γάρ δή ποτέ φασιν Ἀριστό - δαμον ἐν Σπάρτα λόγον οὐκ ἀπάλαμνον εἰπεῖν (χρήματα) χρήματ' ἀνήρ. πενιχρὸς δ' οὐδεὶς πέλετ' ἐσθλὸς, Τίμιος οὐδέ.* Transtulit in Fragmenta Vrsinus. Leguntur quoque apud Diog. Laert. I, 30. 31. vbi secundum Andronem Aristodemus inter eos refertur, ad quos tripus aureus fuit missus. Laudantur illa: *χρήματα, χρήματ' ἀνήρ!* inter prouerbia: etiam ap. Zenob. et Suidam, vt iam ante a Chrysippo *ἐν τῷ περὶ παροιμιῶν.*

Ἐσσὶ γὰρ ὢν σοφὸς, οὐκ ἀγνῶτ᾽ ἀείδω.
Ἰσθμίαν ἵπποισι νίκαν,
Τὰν Ξενοκράτει Ποσειδάων ὀπάσαις,
Δωρίων αὐτῷ στεφάνωμα κόμαν
Πέμπεν ἀναδεῖσθαι σελίνων,

Σ. β΄. Κ. η΄.

Εὐάρματον ἄνδρα γεραίρων,
Ἀκραγαντίνων φάος.
Ἐν Κρίσᾳ δ᾽ εὐρυσθενὴς εἶ-
δ᾽ Ἀπόλλων μιν, πόρε τ᾽ ἀγλαΐαν

19. *ἄγνωτ᾽* pro *ἄγνωτα*, *ἄγνωστα*, vett. edd. ad Stephanum, qui *ἀγνῶτ᾽* pro *ἀγνῶτι*, *non ignaro tibi*, ex Schol. repetiit. Vnus e Scholiastis quoque distinguit *οὐκ ἀγνῶτ᾽*. *Ἀείδω Ἰ.* Vulgo male oratio continuatur *οὐκ ἀ. ἀ. Ἰσθμίαν.* 20. Ad rem iam accedit, sed saltu facto. Nec expeditur oratio, si *νίκαν τὰν* pro *ταύτην* acceperis. Saltem pro *τὰν* legere prodesset *νῦν*, et interponere *δ᾽* hoc modo: *Ἰσθμίαν δ᾽ ἵπποισι νίκαν Νῦν Ξενοκράτει Π.* Pauw emendat: *Ἰσθμία δ᾽ ἵπποισι νίκα· Τὰν Ξ. Isthmia est victoria curulis, quam ego celebro. quam X.* Aldus *Ἰσθμίοις ἵπποισι.* 22. *κόμα* Ald. et Rom. 23. *ἀνδεῖσθαι* ante Schmid. *ἀναδεῖσθαι* Oxon. cum Schmidio ad normam reliquorum colorum. Esset trochaicum. 26. *Κἠν Κρίσᾳ δ᾽* Mingarell.

19. *Iam vero tu es poetarum lectione imbutus, cui notus versus sit* Alcaei ap. Scholiast. vt modo dictum. Comparant Horat. I, 1, 53. *O ciues, ciues, quaerenda pecunia primum, Virtus post nummos. οὐκ ἀγνῶτι σοὶ ἀείδω, tibi haud ignaro.* Vix assequi licet, quomodo viri docti in hoc inciderint, vt *οὐκ ἀγνῶτι ἀείδω* ad mercedis exactionem referrent. *Dictum* Argiui repetere se nolle ait, ex vetere isto carmine, Thrasybulo haud ignotum.

20. *Isthmia victoria haec Neptuno debetur.* Sed verba corrupta. v. V. L.

26 — 28. *Praeter Isthmicam etiam Pythicam victoriam con-*

Καὶ τόθι· κλειναῖς δ' Ἐρεχθει-
δᾶν χαρίτεσσιν ἀραρὼς
Ταῖς λιπαραῖς ἐν Ἀθάναις, οὐκ ἐμέμφθη
Ῥυσίδιφρον χεῖρα πλαξίπποιο φωτὸς,

Α. β. Κ. ή.

Τὰν Νικόμαχος κατὰ καιρὸν
Νώμ' ἁπάσαις ἁνίαις.
Ὅν τε καὶ κάρυκες ὡρᾶν
Ἀνέγνων, σπονδοφόροι Κρονίδα

28. Interpungebatur Scholiis praeeuntibus post *ἀγλαΐαν*, ita vt nullus sensus commodus esset seqq. Iungo: *πόρε τ' ἀγλαΐαν καὶ τόθι.* h. e. *καὶ ἐκεῖ, ἐν Κρίσᾳ*, in Pythiis. Nunc manifestum fit, excidisse δ' post *κλειναῖς*. 33. *Νῶμε* Schmidii commentum est, quod vulgo lectum, vt metrô succurreret, pro *νένωμε*. *νωμᾶ* Ald. Rom. et seqq. quod Stephanus in *νώμα* mutauit. Procliue erat emendare *Νεῖμε* cum Pauwio et Dawesio: modo *νέμειν χεῖρα ἁνίαις* facile dici posset. Nisi dicas, esse pro *ἐπένειμε*, *adhibuit*, *admouit habenis.* Esset adeo, *manum admouit omnibus habenis*, immittendo eas equis concitato cursu ruentibus. Vsu sermonis *νωμᾶν ἁνίας χειρὶ* aliquis dicitur; vt I, 20. Forte retineas vulgatam, vocibus tantum aliter diuisis: *Νώμ' ἁπάσαις*, si longa elidi potest. Porro plene post *ἁνίαις* distinxi: non ad Nicomachum, sed ad Xenocratem spectant sequentia. Malim tamen etiam sic *Τὸν δὲ καὶ κ.* 35. *σπονδιφόροι* Ald.

sequutus est. κλειναῖς δ' Ἐρ. consequutus victoriam adeoque laudes Erechthidarum claris (*λιπαραῖς*) *Athenis* (h. Atheniensium), *οὐκ ἐμέμφθη, celebratus est per dexteritatem aurigae Nicomachi:* (*διὰ*) *τὴν χεῖρα ῥυσ. φωτὸς πλαξίππου* (aurigae), *τὰν*, pro *δι' ἣν, ᾗ.* Forte *τᾷ — ἁπάσας ἁνίας.*

32. 33. *Regebat ille* (currum) *omnibus habenis* (h. effusis) *opportuno tempore* (eo temporis articulo, quo concitatiore cursu opus erat, vt alios praeuerteret ad metam properantes).

34-42. Etiam Olympicam victoriam est adeptus. *ἀνέγνων Xenocratem Elei*, qui agonothetae

Ζηνὸς Ἀλεῖοι, παθόντες
Πού τι φιλόξενον ἔργον·
Ἀδυπνόῳ τέ νιν ἀσπάζοντο φωνᾷ
Χρυσέας ἐν γούνασιν πιτνῶντα Νίκας,

Ε. β΄. Κ. ζ΄.

Γαῖαν ἀνὰ σφετέραν,
Τὰν δὴ καλέοισιν Ὀλυμπίου Διὸς
Ἄλσος· ἵν' ἀθανάτοις Αἰνησιδάμου
Παῖδες ἐν τιμαῖς ἔμιχθεν.

36. ἀλεῖοι Ald. ἀλεῖοι Rom. retinuerunt quoque Brubach. et Morell. ἀλείου dedit Crat. et hinc Steph. qui vtique Scholiasten pro se laudare poterant. Sed Ἀλεῖοι cur eiectum sit, non video; praeferendum adeo alteri, si comparentur singula inter se. Elei, οἱ θέντες τὸν Ὀλύμπιον ἀγῶνα, omnino sunt κάρυκες ὡρᾶν et σπονδοφόροι Διὸς Κρονίδα, hospitio idem iuncti cum Xenocrate publice. 39. χρυσέας Schmid. ad Scholiorum ductum, in quibus legitur: τῆς τιμίας νίκης τοῖς γούνασιν. Vulgo legitur: χρυσέοις, et Ald. χρυσέοις τ' ἐν γ. πιτνῶντα ν. 42. Potest et Ἀθανάτοις scribi, vt sit Horatianum: *diis misceri superis*; nec displicet Pauwio.

sunt, recte videntur accepisse grammatici, ἐγνώρισαν, *recognoverunt*, quia additur, φιλοξενίαν eius iam ante eos esse expertos. παθόντες πού τι φιλόξενον ἔργον h. e. ξένοι αὐτοῦ ὄντες, ξενισθέντες ὑπ' αὐτοῦ. Quod v. 39. *irruit in gremium victoriae*, ductum est a cursu, cum victor metam attigit, adeoque si deam ibi sedentem finxeris, in gremium eius prolabitur. Sic Alcibiades sedens in gremio Nemeae pictus erat; Athen. XII. p. 534. D. Supra Nem. V, 76. in amplexus Victoriae ruebat victor: Νίκας ἐν ἀγκώνεσσι πιτνῶν. Fuit autem victoria haec Olympica serior altera Theronis; quam poeta Ol. II, 87. sine fratre Xenocrate obtinuisse Theronem ait. Etiam, quae ibidem v. 90. memoratur Isthmiaca victoria, diuersa fuit ab hac, quae in hoc carmine celebratur; nam illam communi nomine obtinuerant Thero et Xenocrates. Sunt hi Αἰνησιδάμου παῖδες 42.

Καὶ γὰρ οὐκ ἀγνῶτες ὑμῖν ἐντὶ δόμοι
Οὔτε κώμων, ὦ Θρασύβουλ', ἐρατῶν,
Οὔτε μελικόμπων ἀοιδᾶν.

Σ. γ'. Κ. ή.

Οὐ γὰρ πάγος, οὐδὲ προσάντης
Ἁ κέλευθος γίνεται,
Εἴ τις εὐδόξων ἐς ἀνδρῶν
Ἄγοι τιμὰς Ἑλικωνιάδων.
Μακρὰ δισκήσαις ἀκοντί-
σαιμι τοσοῦθ', ὅσον ὀργὰν
Ξεινοκράτης ὑπὲρ ἀνθρώπων γλυκεῖαν
Ἔσχεν. αἰδοῖος μὲν ἦν ἀστοῖς ὁμιλεῖν,

51. *ἀκοντίσ-* Ald. 53. *Ξεινοκράτης* Schmid. cum Aldo. Vulgo: *Ξενοκράτης.* Eos, qui eum iam tum mortuum esse voluere, vetus Grammaticus refellit. Mingarellus jungebat *ὅσον ὑπέρεσχεν ἀνθρώπων (κατ') ὀργὰν γλυκεῖαν.* 54. Mingarell. conj. *ὁμιλῶν.* Verum doctius ponitur infinitiuus.

44. *Domus vestra frequentes habet victorias:* pro his memorat *κώμους* et *ἀοιδὰς*, *pompam victoris* et *cantum.*

47. *Est enim carminum argumentum in promtu, si quis laudet viros claros. πάγος, τραχεῖα ὁδὸς, montana, — ἐς ἀνδρῶν εὐδόξων* sc. *οἶκον.* Videtur in generalem sententiam mutasse, quod proprie erat: in domum vestram.

51. *Longe mihi* (laudibus) *iaculandum esset, si attingere vellem fastigium illud virtutis, quo Xenocratis indoles peruenit.* Virtutem per partes declarat. *ἐπὶ τοσοῦτο, ἐφ' ὅσον Ξ. ἔσχεν ὀργὰν γλυκεῖαν ὑπὲρ ἀνθρώπων ἄλλων*, h. moderationem animi et humanitatem.

54. Dubitat Schol., sitne *αἰδοῖος* actiue an passiue dictum: pro *modestus*, an *venerandus.* Praestat ex sollenni Homerico vsu accipere: *αἰδέσιμος ἦν τοῖς πολίταις ἀναστρεφόμενος*, reuerentia dignus habitus. Laborat, puto, interpunctio in seqq. et cum hac sensus. Instituenda illa

Α. γ'. Κ. η'.

Ἱπποτροφίας τε νομίζων
Ἐν Πανελλάνων νόμῳ·
Καὶ θεῶν δαῖτας προσέπτυ-
κτο πάσας· οὐδέ ποτε ξενίαν
Οὖρος ἐμπνεύσαις ὑπέστει-
λ' ἱστίον ἀμφὶ τράπεζαν·

55. *ἱπποτροφίαις τε* Ald. et Rom. sed emendatum *ἱπποτροφίας τε* statim in Crat. ex Scholiis. *νομίζων — νόμῳ* Lyricum decere, et Pindaricum esse, nondum mihi persuadeo, (verba singula per se recte dici posse, nemo neget) et amplector Schmidii emendationem *κομίζων*, Pindaricum voc. de studio, cui quis deditus est, vt sup. Nem. VI, 51. 52. vt *κομίζειν, κομιδή*, de cura omnino dicitur. 57. *διαίτας* omnes vett. vsque ad Morell. qui emendauit *δαῖτας*, vel metro monente. 58. *ξενίοις* (a *τὰ ξένια*) Ald. Rom. et cett. Primus Steph. *ξενίαν* dedit, ex Scholiis haud dubie, quae *τὴν φιλόξενον αὐτοῦ τράπεζαν* interpretantur, et iam in Rom. ed. *ξενίαν* praefixum habent. Porro *οὐδέ ποτε* diuisim scripsi; nisi cum Pauwio velis: *Κ' οὐδέποτε.* 60. *-λεν ἱστίοις* Ald. Rom. et cett. Emendauit primus Morell. hinc Steph.

est sic: *αἰδοῖος μὲν ἦν ἀστοῖς ὁμιλεῖν, ἱπποτροφίας τε κομίζων ἐν Πανελλάνων νόμῳ, καὶ θεῶν δαῖτας προσέπτυ-κτο πάσας. et rei equestris studiosus, more Hellenico, omnia certamina sacra adiit.* Certamina coniuncta sunt cum festis et sacris, sacra autem declarantur per *epulas deorum.* [*προσέπτυκτο, προσῆλθε. Ex Schedis.*]

58. Quae sequuntur, tumida sunt et inflata; habent tamen quo se defendant. *Vela dare liberalitati* virum munificum et hospitalem facile dixeris. Sic Pyth. I, 175. *μὴ κάμνε λίαν δαπάναις· ἐξίει δ', ὥσπερ κυβερνάτας ἀνήρ, ἱστίον ἀνεμόεν.* Iam Xenocratis *hospitalitas latissime fuit effusa, patuit quasi per omnes terras.* Hoc ita effert: nihil eius *φιλοξενίαν* circumscribit; *nunquam ventus compressit vela*, h. nunquam ille remittit *in hospitalitate* (pro qua *ἀμφὶ τράπεζαν ξενίαν*). [nunquam eius hospitalitas compressa est. *Ex Schedis.*] *οὖρος* h. l. omnino *ventus;* siue vt accipias de vento cessante: vt sup. Pyth. IV, 520.

Ἀλλ' ἐπέρα ποτὶ μὲν Φᾶσιν θερείαις,
Ἐν δὲ χειμῶνι πλέων Νείλου πρὸς ἀκτάς.

E. γ'. K. ζ'.

Μή νυν, ὅτι φθονεραὶ

61. Ἀλλ' ἐπέρα πλέων l. ὁ οὖρος l. *Xenocrates.* v. Not. 62. Νείλου πρὸς αὐγὰς ἢ ἀκτὰς Schol. πλέων exciderat Oxon. ed. operar. incuria. 63. Μή νυν Schmid. cum Aldo. μὴ νῦν Rom. cum cett.

siue de aduerso vento, qui cogit nautas vela contrahere ac demittere. Pergit nunc in similitudine: *sed latissime eius φιλοξενία patet; nauigat ille vsque ad extremos terminos;* nil eius cursum sistit. Iam *extremos* nauigandi fines memorat, *Phasin et Nilum.* Ita terrarum fines aliquando fuisse declaratos, constat quoque ex Herodoto IV, 45. cf. Strab. XI. pag. 761. B. Hinc Eurip. Androm. 651. ἦν χρῆν σ' ἐλαύνειν τήνδ' (ὁδὸν) ὑπὲρ Νείλου ῥοὰς ὑπέρ τε Φᾶσιν. Simili modo et inf. VI, 53. 54. qua terrarum orbis patet, dictum est: καὶ πέραν Νείλοιο παγᾶν καὶ δι' Ὑπερβορέους. Iam reliqua, quae addita sunt, non Xenocratis hospitalitatem temporibus et vsibus hospitum accommodatam declarant, sed spectant tantum *ad ornatum verborum:* ad *Phasin* θερείαις, ad *Nilum* ἐν χειμῶνι. Accipiunt grammatici de *partibus anni,* et substituunt θερείαις ὥραις. Ita nihil esse potest quod magis frigeat: *aestate versus boream, hieme versus meridiem nauigari;* quid? quod hieme omnino non nauigabant veteres. Substituimus potius θερείαις αὔραις vel πνοαῖς, *aestiuis, calidis,* adeoque *australibus ventis:* quibus vtitur, qui versus Pontum Euxinum nauigat; ita ἐν (σὺν) χειμῶνι erit pro σὺν χειμερίαις πνοαῖς, pro *borealibus* accipiendum ventis, qui versus Aegyptum ferunt. Ornatus quidem sic est forte otiosus, nec tamen absurdus. Illud adhuc monendum: ἀλλ' ἐπέρα v. 61. potest subiectum esse ὁ οὖρος, *ventus περᾷ τὴν νῆα:* vel ipse Xenocrates περᾷ, *traiicit, nauigat:* hoc melius, vt iungatur ἐπέρα πλέων.

63. Ne ὅτι nos teneat, neue ὅτε scribere malis, est illud declarandum sic, vt *caussam contineat,* cur Thrasybulus patriam virtutem liberrimo animo celebret, *quia aliorum inuidia commoueri solet magnae virtutis*

Θνατῶν φρένας ἀμφικρέμανται ἐλπίδες,
Μήτ' ἀρετάν ποτε σιγάτω πατρῴαν,
Μηδὲ τούςδ' ὕμνους· ἐπεί τοι
Οὐκ ἐλινύσοντας αὐτοὺς εἰργασάμην.
Ταῦτα, Νικάσιππ', ἀπόνειμον, ὅταν
Ξεῖνον ἐμὸν ἠθαῖον ἔλθῃς.

64. De *ἀμφικρέμαιται* non erat laborandum: est vitium operarum ed. pr. Steph. et earum quae eam exscripsere, emendatum in ed. sec. Steph. 65. *σίγασον* emendauit Schmid. Sed *σιγάτω Thrasybulus*, quandoquidem a v. inde 51. de Xenocrate egerat, et mox Nicasippi nomen excitat poeta. [hoc carmen decantet: vtatur hoc carmine ad laudes patris repetendas aliis audientibus. *Ex Schedis.*] 66. Malim *Μήτε*. nam iungenda: *Μή νυν — μήτε — μήτε.* 67. *οὐκ ἐλινύοντας* Schmid. Pauw *ἐλιννύσοντας*. Recte Bened. *ἐλινύσοντας*. cf. ad Nem. V, 2. 69. ξ. ἐ. *Αἰτναῖον* Crat. perperam, cum de Agrigentino agatur. Ceterae *ἠθαῖον* pro *ἠθεῖον*, Dorice, docente Etymol. M. in *Ἑταῖρος*.

laudibus, adeoque eas premit et obscurat. — φθ. ἐλπίδες. ἐλπίς, vt ὀργή, *propensio animi.* οὐκ ἐλινύσοντας, *non inertes, stantes vno loco;* vel, vti statuas: v. ad Nem. V, 2. *sed qui per totum terrarum orbem vagentur.*

68. *Ταῦτα, Νικάσιππ', ἀπόνειμον, ὅταν ξεῖνον ἐμὸν ἠθαῖον ἔλθῃς.* Scriptum ergo est carmen, non, vt alia, vt τῷ κώμῳ, pompae a victore ducendae, inseruiat, aut inseruire fingatur; sed est ἐπιστολιμαῖον, vt P. II. Tricas hic nectunt Grammatici in *ἀπόνειμον*. Cum carmen pro epistola mittatur per Nicasippum, quis dubitet, *ἀπόνειμον* esse *redde*, vt est *ἀπονέμειν*, παρέχειν, διδόναι. At Schol. ἀπόνειμον, ἀντὶ τοῦ ἀνάγνωθι. quam contorte! carmen non mittitur, *vt praelegatur.* Etsi grammaticus hunc significatum docte declaret, afferendo exempla non modo τοῦ ἀπονέμειν, sed et τοῦ ἀνανέμειν simili sensu. Itaque in hoc Scholion inuolauit virorum doctorum studium exquisitae dictionis: Hemsterh. ad Hesychium, Toup. et Valck. ad Theocr. XVIII, 48. 69. Quandoquidem carmen ad Thrasybulum scriptum est, necesse est et hunc versu vltimo declarari per ξεῖνον.

Ι Σ Θ Μ Ι Α

εἶδος γ΄.

ΜΕΛΙΣΣΩι ΘΗΒΑΙΩι

ἵπποις.

Argumentum.

Praeclara facta laudibus sunt ornanda, — 14. vti et nunc Isthmiaca Melissi victoria post aliam Nemeam curulem, — 21. quibus ille aemulatur laudes maiorum. [Si vnum est carmen III. et IV., victor Isthm. pancratio fuit, at Nem. curru. *Ex Schedis.*]

Σ. ά. Κ. ί.

Εἴ τις ἀνδρῶν εὐτυχήσαις,
Ἢ σὺν εὐδόξοις ἀέθλοις,

ἵπποις. Grammaticis deberi carminum inscriptiones, passim monuimus. Scholion eorum acumen redolet. προσκεῖται δὲ τῇ ᾠδῇ ἵπποις, διὰ τὸ μὴ δηλοῦν τὸν Πίνδαρον τὸ τοῦ ἀγωνίσματος εἶδος, πότερον κέλητι ἢ τεθρίππῳ. μόνον δὲ ἱπποδρομίᾳ λέγει ἐστεφανῶσθαι. (v. 21.) Si vero κέλητι victor erat, ἵππῳ, non ἵπποις, erat scribendum, quod Schmidius quoque monuit. Similiter ἵπποις victor inscriptus Psaumis h. τεθρίππῳ Ol. IV. De quadrigis ἱπποδρομία etiam Pyth. IV, 119. dicta poetae. Adde quod σθένος πλούτου v. 3. proprie ad quadrigarum alendarum studium spectat. Saltem Nemeae victoriam curulem consequutum esse Melissum,

Suspicatus eram, esse *Carmina III. et IV. male diuulsa*, et ea spectare ad vnam eandemque victoriam Isthmiacam, eamque

Ἢ σθένει πλούτου, κατέχει
Φρεσὶν αἰανῆ κόρον,
Ἄξιος εὐλογίαις ἀστῶν μεμίχθαι.

vss. 18 sqq. manifeste produnt. Debuit ea victoria annum saltem praecedere hanc Isthmiacam. v. Not. Melissus autem Telesiadae f. (IV, 77.) ab aliquo Cleonymo genus paternum, maternum vero a Labdacidis (v. 24 sqq.) ducebat. Attriuerat maiorum opes calamitas bello accepta: ceciderant enim vno praelio quatuor ex ea domo. IV, 251 sqq. Reuixit pristinus gentis splendor in Melisso. Idem in Heracleis, qui ἀγὼν ἐπιτάφιος Thebanorum erat, pancratio semel puer, bis virili aetate victor fuerat. v. inf. IV, 104. 107 sq. 1. εὐτυχάσαις Oxonienses nouarunt. Vulgo εὐτυχήσαις. Erasmus in Chiliad. laudarat εὐτυχάσας. 4. φασὶν Erasmus ibid. φρασὶν vulgo legitur. Vix tamen dubito, quin φρεσὶν legi necesse sit; α enim ex η Doribus longum esset, et requiritur h. l. breuis. ἐανῆ vitium Rom. et Brubach.

pancratio. Memoratur tamen in III. etiam altera Nemea quadrigis, v. 15. quam putes illustriorem fuisse. Isthmiaca vero IV, 4 et 36. tanquam prima celebratur, nec alterius Nemeae mentio fit. Vnde puto, *melius me nunc ita statuere: esse carmina diuersa, sed male hoc ordine collocata.* Quartum fuit tempore prius: nam in hoc vna Isthmiaca victoria celebratur, et tanquam prima periodica, quae maiorum famam sepultam iterum in lucem reuocarit: v. 29 sqq. eaque pancratio: v. 75. Quae aliae memorantur v. 42 sqq. Athenis, Sicyone, e periodicis certaminibus, ad maiores Melissi spectant; et quae sub finem 117 seqq. trinae Melissi victoriae, non erant periodicae: cuius generis prima ei obtigit victoria Isthmiaca. Iam huic successit intra breue tempus altera Nemea quadrigis: vtramque breuiore carmine complectitur, quod est in hac collectione tertio loco positum: *Εἴ τις ἀνδρῶν.* Ita consentire videntur inter se omnia. Breue autem interuallum intercedere potuit inter Isthmiacam et Nemeam, nam v. c. anno tertio Olympiadis habebantur Isthmia verna, anno quarto, aestatis initio, Nemea aestiua. Et altera Isthmia aestiua anno primo, et tum anno secundo Olympiadis Nemea verna. Proximo igitur loco se isti duo agones subsequebantur.

4. *αἰανὴς κόρος*, tetra ὕβρις, iam Pyth. I, 161. vbi vide.

Ζεῦ, μεγάλαι δ' ἀρεταὶ θνατοῖς ἕπονται
Ἐκ σέθεν. ζώει δὲ μάσσων
Ὄλβος ὀπιζομένων· πλαγίαις
Δὲ φρένεσσιν οὐχ ὁμῶς πάν-
τα χρόνον θάλλων ὁμιλεῖ.

Α. ά. Κ. ί.

Εὐκλέων δ' ἔργων ἄποινα.
Χρὴ μὲν ὑμνῆσαι τὸν ἐσλόν·
Χρὴ δὲ κωμάζοντ' ἀγαναῖς
Χαρίτεσσι βαστάσαι.
Ἔστι δὲ καὶ διδύμων ἀέθλων Μελίσσῳ
Μοῖρα, πρὸς εὐφροσύναν τρέψαι γλυκεῖαν

11. *εὐκλεῶν* ante Schmid. sed Pindaro est *εὐκλής, έος.* Versu 11. 12. continuant sententiam veteres Grammatici, sicque editum inde a Rom. vt *ἄποινα* sit per appositionem adiectum: *χρὴ ὑμνῆσαι τὸν ἐσλὸν, (ἅ ἐστιν* l. *ἵνα ᾖ) ἄποινα εὐκλέων ἔργων.* Immutauit Schmidius et interpunxit cum Aldo. 12. *ὑμνᾶσαι* edebatur: cum alibi *η* seruetur in hac voce a Pindaro. 14. *χαρίτεσι* vitiose Rom. et Brubach. *χαρίτεσσι* Ald. Crat. et al. recte, quippe in Ionico anaclomeno. Schmidius, a Pauwio obiurgatus, *χαρίτεσσιν.* 15. *ἀέθλων* dissyllabum.

6. *ἀρεταὶ* (*quacunque re aliquis excellit*, seu certaminibus seu victoriis) *obtingunt beneficio tuo.* Felicitas autem *ζώει* (mox *θάλλει*), *durat magis*, diutius, *si quis te metuit*, veretur, *τῶν ὀπιζομένων* sc. *σου*, adeoque moderate viuit, *ὕβριν* non sequitur.

8. 9. *ταῖς πλαγίαις φρεσὶν* (opp. *τοῖς ὀπιζομένοις τοῦ Διός*) *οὐχ ὁμῶς* (*ὁ Ὄλβος*) *ὁμιλεῖ* (*πάρεστι, παραμένει*) *ἅπαντα χρόνον.*

11. *Praeclaris facinoribus sunt*, debentur, *sua praemia.*

12. — *τὸν ἐσλόν.* Sententiam vidimus Nem. III, 50. — 13. *Fas est, etiam victorem extollere blandis*, dulcibus, *hymnis.*

15. Contigit ei duplex victoria, Isthmiaca et Nemea. (*τὰ μὲν*) *ἐν Βάσσαισιν* sq.

Ἦτορ· ἐν βάσσαισιν Ἰσθμοῦ
Δεξαμένῳ στεφάνους· τὰ δὲ κοί-
λᾳ λέοντος ἐν βαθυστέρ-
νου νάπᾳ κάρυξε Θήβαν

Ε. ά. Κ. ιά.

Ἱπποδρομίᾳ κρατέων.
Ἀνδρῶν δ' ἀρετὰν
Σύμφυτον οὐ κατελέγχει.
Ἴστε μὰν Κλεωνύμου
Δόξαν παλαιὰν ἅρμασι.
Καὶ ματρόθε Λαβδακίδαισι

17. Interpunximus, vt vides: — *ἦτορ· ἐν β.* — *στεφάνους· τὰ δὲ* etc. Pro more suo Pindarus immutauit communem orationis structuram, quae erat: *τὰ μὲν ἐν βήσσαις Ἰσθμοῦ ἐδέξατο στεφάνους· τὰ δὲ ἐν Νεμέᾳ ἐκήρυξε Θήβην, ἱπποδρομίᾳ κρατέων*, h. *ἅρματι νικῶν.* Pauw et ipsum se irretiri passus emendat: — *ἦτορ· ἐν βάσσαισιν Ἰσθμοῦ Δεξάμενος στεφάνους τάδε*, (*nunc, τόνδε τὸν χρόνον*) *κοί-λᾳ λέοντος* etc. Mingarell. *στεφάνους· ἔτι δὲ* 19. *καὶ λέοντος.* vel *ἐν βάσσαις γὰρ Ἰ.* 18. *Δεξ. στεφ. ἔτι δὲ* 19. *τᾷ δὲ λ.* Non videbant viri docti, esse vsum Pindaricum omitti *τὰ μὲν* ante *τὰ δέ:* contra alibi *τὰ μὲν* et altero loco simpliciter *δὲ* poni, vt Pyth. VI, 70. 26. *ματρόθε* metrum postulat: et sic Schmid. recte edidit. *μακρόθεν* ed. Brubach. non correctio, sed error.

22. 3. *Maiorum gloriam gentilem* paterni generis *haud dedecorat.*

24. *Ἴστε μὰν, nostis vero*, pro vulgari: *Quis nescit?* (*ἐν*) *ἅρμασιν* studiis et victoriis curulibus paratam. *διὰ, ἐξ.*

26. *καὶ ματρόθε* (eius maiores ex v. 22.) cum essent, *σύννομοι πλούτου Λαβδακίδαις, e gente Labdacidarum, qui opibus valebant, διέστιχον* (*ἐν*) *τετραοριᾶν πόνοις, certaminibus quadrigarum addicti fuere. στείχειν, incedere*, pro *viuere, vitam transigere*, aliquoties vidimus, vt Nem. I, 38. 98. *ἔρχεσθαι* Pyth. V, 17. nunc etiam de genere vitae et studio. Pro vulgari: *maternum genus ducebant a Labdacidis,*

Σύννομοι πλούτου, διέστι-
χον τετραοριᾶν πόνοις.
Αἰὼν δὲ κυλινδομέναις
Ἁμέραις ἄλλ' ἄλλοτ' ἐξ-
άλλαξεν. ἄτρωτοί γε μὰν παῖδες θεῶν.

27. *πλούτου διέστιχον* pro *ἔστιχον διὰ πλούτου*, Schol. explicat: *διὰ πλούτου ἤρχοντο, τουτέστι, πλοῦτον ἐκτῶντο.* At praestare nunc video id, quod alter Grammaticus habet, qui iungit *σύννομοι πλούτου ταῖς Λ.* pro *συγγενεῖς Λαβδακίδαις*, qui insignes erant opibus, *πλούτῳ.* Iam sententia requirit: *diuitias eos impendisse in quadrigas alendas.* hoc est *στείχειν*, *versari*, *ἐν πόνοις τετραοριῶν*, *in certaminibus curulibus.* Sed Pauw totum locum sollicitat: *πλούτῳ διέστι-χον τετραοριᾶν πόνους*, *diuitiis suis perambularunt quadrigarum labores.*

qui diuitiis clari erant, *συγγενεῖς Λαβδακιδῶν πλουσίων*, dixit: *communes sibi habebant opes Labdacidarum: σύννομοι πλούτου Λαβδακίδαις.* Inde v. 29. innuit: ab aliquo inde tempore neminem fuisse ex ea gente, qui equos aleret: v. IV, 23 seq. *Αἰὼν δὲ (σὺν) κ.* — *ἐξάλλαξεν* pro *ἐξαλλάττει.* *Nam mortales casibus fortunae* obnoxii sunt. Reddit hoc per contrarium: *soli dii a fortunae casibus intacti sunt.*

ΙΣΘΜΙΑ

εἶδος δ'.

ΤΩι ΑΥΤΩι ΜΕΛΙΣΣΩι

Argumentum.

Laudes maiorum Melissi; — 24. fatum gentis aduersum ex clade in praelio accepta. — 28. Sed obscurata hinc fama nunc in Melisso iterum elucescit victoriam Isthmiacam adepto. — 41. Clari etiam maiores certaminibus; verum nulla iis obtigit victoria e periodicis. — 57. Etiam fortes viri possunt vinci a deterioribus; quod Aiacis exemplum docet, qui Vlysse inferior fuit; — 62. Idem tamen famam immortalem Homeri carmine consequutus est. — 72. Gloria carminis etiam Melisso debetur victori pancratio, etsi statura non adeo procera; similis in hoc Herculi, qui tamen Antaeum vicit. — 93. Inde digressio de Hercule et de inferiis a Thebanis quotannis ei ferri solitis.

Σ. ά. Κ. ί.

Ἔστί μοι θεῶν ἕκατι
Μυρία παντᾶ κέλευθος,

Supple in titulo carminis: *παγκρατίῳ*. inf. 75. Mallem sequi Aldinum exemplar, quo continuatur hoc carmen eodem tenore cum

1. *θεῶν ἕκατι, deorum beneficio et fauore* in tuam gentem, ἔχω ἀφορμὰς πολλὰς εἰς ἐπαίνους σου. vt saepe, v. c. Nem.

Ὦ Μέλισσ', εὐμαχανίαν
Γὰρ ἔφανας Ἰσθμίοις,
Ὑμετέρας ἀρετὰς ὕμνῳ διώκειν·
Αἷσι Κλεωνυμίδαι θάλλοντες αἰεὶ
Σὺν θεῷ θνατὸν διέρχον-
ται τὸ βίου τέλος. Ἄλλοτε δ' ἀλ-

antecedente, scriptum eidem victori, Melisso, et eodem prorsus metro: nam quod colo nono nonnullarum, stropharum et antistropharum, nec omnium, duo epitriti secundi occurrunt pro duobus ditrochaeis, metrum non variat. Sed istam rationem euertit, non modo, quod prima strophe sic videtur paullo importunius repetere sententiam ex sup. Odae epodo, sed multo magis hoc, quod inf. v. 75. manifeste de victoria ex pancratio, tanquam de summa argumenti, agitur: nec illud siue in praeterita reiici, siue pro praedictione rei futurae accipi potest. Diuersa itaque est victoria haec Isthmiaca ab illa altera, de qua superius carmen agit. Saue, an curulis victoria superiore carmine celebrata sit, ad liquidum perduci nequit. Etenim si quis inficietur, et vss. 19-21. quidem de victoria curuli Nemeaea agi dicat, vss. autem 17. 18. Isthmiacam laudari indefinite, nihil est, quod opponi possit. Sed iam sup. ad Carmen III. pr. suspicatus sum, hanc quartam Odam priore loco collocandam esse ante tertiam. 1. τῶν θεῶν ἕκατι Schmidius, versus antitheticos respiciens, non genus metri trochaicum. 3. εὐμαχανίαν recte Ald. ceteri εὐμηχανίαν. 4. Vulgg. ἔφανες. ἔφανας ἐν Ἰ. Schmid. saltem ἔφανας Ἰ. haud dubie requiritur, monente quoque Pauwio, cui Ionicus est anaclomenus, varians cum paeone tertio. Aldus diuersam habet lectionem v. 4. 5. γὰρ ἔφανες ἀρετάς. εὐφροσύναισι κλυταῖς ὕμνων διώκειν. hic alter recte, prior versus male se habet. Pauw in libris fuisse conj. γὰρ ἔφανες ἄρ' ἀρετάς.

VI, 75. et inf. Isthm. VI, 51.

6. θάλλοντες ἀεὶ διέρχονται τὸ βίου θνατὸν τέλος pro τὸν βίον. pro simplici, *florent.*

8. A loco communi orditur memorationem fortunae aduersae, quae aliquando ingruerat. ἀλλοῖος οὖρος nunc est aduersus; ἐπαΐσσων, ἐμπνεύσας II, 59.

λοῖος οὖρος πάντας ἀνθρώ-
πους ἐπαΐσσων ἐλαύνει.

Α. ά. Κ. ί.

Τοὶ μὲν ὦν Θήβαισι τιμά-
εντες ἀρχᾶθεν λέγονται
Πρόξενοί τ' ἀμφικτιόνων
Κελαδεννᾶς τ' ὀρφανοὶ
Ὕβριος. ὅσσα δ' ἐπ' ἀνθρώπους ἄηται
Μαρτύρια φθιμένων ζωῶν τε φωτῶν
Ἀπλέτου δόξας, ἐπέψαυ-
σαν κατὰ πᾶν τέλος· ἀνορέαις
Δ', ἐσχάταισιν οἴκοθεν στά-
λαισιν ἅπτονθ' Ἡρακλείαις,

9. Primus pes modo epitritus secundus, modo ditrochaeus. 11. *Θήβησιν* Ald. 13. *ἀμφικτυόνων* legebatur ante Schmid. [Defendit: Ste-Croix *des Gouvern. federat.* p. 119. esse Amphictyones Onchesti v. 33. *Ex Schedis.*] Meliora docere poterat Schol. *προξενίαν παρέχειν τοῖς περιοίκοις.* 14. *κελαδεινᾶς* solus Bened. edidit. 16. *ζωῶν* in Oxon. exciderat ante *τε φωτῶν.* 17. *ἀπέψαυ-σαν* Ald. 18. *ἀνορέαις δ' ἐσχάταισιν* malit iungere Pauw. Ita fere Ald. et Rom. *ἀνορέας δ' ἐσχάταισιν, οἴκοθεν.* Bene Schol. locum explicat: nisi quod male *στήλαις* pro *στηλῶν* dictum ait. *ἅπτεσθαι* est h. l. *necti, iungi,* non *tangere.* alias *ἐνάπτεσθαι,* vt ap. Homer. Sententiam illustrant loca Ol. III, 77 sq. Nem. III, 35 sq. 20. *Ἡρακλείαις* Schmid. cum Aldo. Ceteri: *—έαις,* inciso metro.

[14. *κελαδεννὰ ὕβρις* l. insolentia strepens, l. mouens *κέλαδον,* turbas. *Ex Schedis.*]

15-22. *Quotquot sunt* (ἄηται, φέρεται) *laudum praeconia, ea fecerunt sua ab omni parte.* (τόσων) ἐπέψαυσαν κατὰ πᾶν τέλος, h. e. τελέως. *et virtute* (*quod ad fortitudinem attinet,* ἀνορέαις δὲ, ἀνορέᾳ) *gentilibus* (οἴκοθεν) *decoribus summum fastigium attigerunt, ita vt vltra virtute aut gloria procedi nequeat.* Haec lyrice extulit: ἅπτοντο, ἐνήπτοντο, στήλαις Ἡρακλείαις. *peruenerunt ad.* καὶ

E. ά. Κ. ιά.

Καὶ μηκέτι μακροτέραν
Σπεύδειν ἀρετάν.
Ἱπποτρόφοι τ' ἐγένοντο,
Χαλκέῳ τ' Ἄρει ἅδον.
Ἀλλ' ἁμέρᾳ γὰρ ἐν μιᾷ
Τραχεῖα νιφὰς πολέμοιο
Τεσσάρων ἀνδρῶν ἐρήμω-
σεν μάκαιραν ἑστίαν.
Νῦν δ' αὖ μετὰ χειμέριον
Ποικίλων μηνῶν ζόφον
Χθὼν ἅτε φοινικίοισιν ἄνθησαν ῥόδοις

21. Dura oratio. Schmidius *σπεύδειν* pro *σπεῦδε* dictum accipit. Pauw *ἐστὶν* intelligit, mox coniicit: *Καὶ μὴ κ' ἔνι μ.* Hoc est consuere verba, non contexere. Schol. *καὶ προσήκει ταύταις ταῖς ἀρεταῖς μὴ ζητεῖν μείζονα.* in quem fere sensum Schmidius acceperat. Nuper doctiss. Jacobs ingeniose coniecit Exercitation. pag. 105. *μαίνῃ δ' ἔτι μακροτέραν σπεύδων ἀρετάν.* 24. *ἅδον* emendauit Steph. Eodem Scholion spectat *ἤρκεσαν*, leg. *ἤρεσαν.* Antea vbique legebatur *ᾄδον.* 25. *γάρ τ' ἐν* Schmid. propter antitheticos. 31. *ἅτε* a Romana illatum iambum iugulat. Schmidius edidit *ὥστε*, Aldus *ᾦτε*, voluit *ὧτε*, quod

μηκέτι (*ἦν, ἐξῆν*) *μακροτέραν* (*ἔτι*) *ἀρετὰν σπεύδειν* (*τινά*, vel *αὐτούς*). *vt ii nequirent appetere maius decus, maiorem gloriam.* Incideram in eam opinionem, vt interpungerem aliter et iungerem: *ἐπέψαυσαν κατὰ πᾶν τέλος, ἀνορέαις δ', — ἅπτονθ' Ἡρακλῄαις, καί,* (*ὡς*) *μηκέτι μακροτέραν σπεύδειν ἀρετὰν, ἱπποτρόφοι τ' ἐγένοντο χαλκέῳ τ' Ἄρει ἅδον. attigerunt Herculeas columnas,* h. e. summum fastigium, *et, ne longiores laudes persequar* (h. e. longiore enarratione), *certamina equestria et studia militaria sunt sectati.* Non minus durum tamen et hoc: itaque antiqua praefero, quae etiam leniri possunt, si pro *καὶ* legas: *ὡς μηκέτι μακροτέραν σπεύδειν ἀρετάν.* [Nec hoc necesse. *καὶ* est *etiam*, et suppl. *ὡς καὶ μήτινα.* — vt maiorem gloriam assequi haud liceret, *οὐ δύνασθαι ἑλεῖν*, *Ex Schedis.*]

Σ. β'. Κ. ι.

Δαιμόνων βουλαῖς. ὁ κινη-
τὴρ δὲ γᾶς, Ὀγχηστὸν οἰκέων
Καὶ γέφυραν ποντιάδα
Πρὸ Κορίνθου τειχέων,
Τόνδε πορὼν γενεᾷ θαυμαστὸν ὕμνον,
Ἐκ λεχέων ἀνάγει Φάμαν παλαιὰν
Εὐκλέων ἔργων. ἐν ὕπνῳ
Γὰρ πέσεν. ἀλλ' ἀνεγειρομένα
Χρῶτα λάμπει, Ἀωσφόρος θα-
ητὸς ὡς ἄστροις ἐν ἄλλοις.

Α. β'. Κ. ι.

Ἅτε κ' εἰν γουνοῖς Ἀθανᾶν

teneri poterat. cf. ad Nem. VI, 47. VII, 90. Pauw emendat ᾆτε. Porro *φοινικίοισιν ἄνθησαν ῥόδοις* post Morell. a Schmid. restitutum est; ante edebatur ab Aldo *φοινικίοισιν ἄνθος ῥόδοις*, a Calliergo *φοινικίοις ἄνθος ῥόδοις*, et in Crat. (e Schol. puto) in marg. Brubach. et Steph. *φοινικίοις ἄνθησαν ῥόδοις*. Pauw emendat *ἄνθησεν*, quia *ἑστία* praecessit. 38. *εὐκλεῶν* ante Schmid. cf. modo ad III, 11. 39. *ἐνεγειρομένα* Ald. 40. *ἑωσφόρος* Morell. et Steph. nouarunt: praefert quoque Pauw, vt *λάμπει ἑ* dactylus sit. In *ἀωσφ.* contrahendae *ἀω*. 42. *κῆν γουνοῖς* Ald. et 43. *καρύξασα*. hoc recte; nam vbique *κάρυξ* et *κάρυξι* etc.

32. Victoria hac Isthmiaca vetus gentis gloria reuiuiscit. 36. *ὕμνον, νίκην*. *Φήμη*, vt *Κλέος*, in *personam* mutata, *obdormiit*, *euigilat*, *hilari vultu ridet*; cum hoc coniunxit *iuuentae nitorem* ac pulchritudinem: *χρῶτα λάμπει*, fulget *iuuenili decore*, quae obdormierat *vetula*, *παλαιά*. Audacius haec extulit, quam Isthm. VII, 23. 24. *ἀλλὰ παλαιὰ γὰρ εὕδει χάρις*, et P. IX, 181. *αὖτις ἐγεῖραι παλαιὰν δόξαν προγόνων*. cf. Schneid. in Vita Pind. p. 133. Praeclare coniuncta notio Luciferi mane quasi denuo effulgentis.

42. Est eadem illa *Φάμα παλαιά*. Ea ὤπασε v. 46. *φύλλα*

Ἅρμα καρύξαισα νικᾶν,
Ἔν τ' Ἀδραστείοις ἀέθλοις
Σικυῶνος, ὤπασε
Τοιάδε τῶν τότ' ἐόντων φύλλ' ἀοιδᾶν.
Οὐδὲ παναγυρίων ξυνᾶν ἀπεῖχον
Καμπύλον δίφρον· Πανελλά-
νεσσι δ' ἐριζόμενοι, δαπάνᾳ
Χαῖρον ἵππων. τῶν ἀπειρά-
των γὰρ ἄγνωστοι σιωπαί.

45. Post *ὤπασε* distinguunt Schol. et vett. edd. Emendate Crat. Morell. Steph. Schmid. 50. *τῶν ἀπειράτων. τὰ ἀπείρητα, quae quis non est expertus.* h. e. si quis omnino non accessit certamina. At Schol. actiue *οἱ ἀπείρητοι:* vt sit *τῶν μὴ πειρωμένων ἀγῶνος, τῶν μὴ καθιέντων ἑαυτοὺς εἰς ἀγῶνας περιοδικούς.*

ἀοιδᾶν τῶν τότε ἐόντων τοιάδε, paria carmina. φύλλα ἀοιδᾶν pro hymnis: vt *ὕμνων ἄνθος* Ol. VI, 180. etsi hoc pro *ἄωτον* esse potest. Verum *φύλλα* etiam accipi possunt pro *στέφανος*, vt *φύλλα ἀοιδᾶν* Nem. I, 25. Iam autem *hymni στέφουσι.* Et *στεφανῶσαι* carmine dixit Ol. I, 163. Interea manet durum aliquid, inprimis in *τοιάδε.* Si cum *τῶν τότε ἐόντων* iungas, erit, *pariter* ac nunc tibi hymnus canitur. In vss. 43. 44. Gloria illa antiqua, *Φήμη, ἅτε καὶ καρύξαισα νικᾶν* sc. *αὐτοὺς (καθ') ἅρμα*, vt *νικᾶν δρόμον* Ol. IV, 34. 35. XIII, 42. *αὐτοὺς* vero elicies ex sequenti *τῶν τότε ἐόντων.* [*τοιάδε* scil. vt Athenis, etiam curulem victoriam. *οἱ τότε ὄντες. Ex Schedis.*]

47–55. *Frequentarunt quoque* agones periodicos; *etsi nullas victorias reportarunt. Πανελλάνεσσι δ' ἐριζόμενοι* aut sic accipitur, vt illi sint, *qui in idem certamen se demittunt*, vt Pyth. XI, 77. *ἤλεγξαν Ἑλλανίδα στρατιὰν ὠκύτατι.* et *Ἕλλανα στρατὸν* sic dixit Nem. X, 46. aut est *ἐν Πανελλάνεσσι.* — 50. 51. et ii inde gloriam consequuti sunt; pro hoc dixit generaliter: *ex iis enim, quae quis non experitur, per se omnino nulla esse potest memoratio; est tamen etiam obscura fama victoriae eorum, qui in certamina quidem descendunt,*

E. β'. K. ιά.

Ἔστιν δ' ἀφάνεια τύχας
Καὶ μαρναμένων,
Πρὶν τέλος ἄκρον ἱκέσθαι.
Τῶνδε γὰρ διδοῖ τέλος.
Καὶ κρέσσον' ἀνδρῶν χειρόνων
Ἔσφαλλε τέχνα καταμάρψαι-

55. Vt nunc legitur, accipiendum esset: τῶνδε γὰρ (τῶν μαρναμένων, *certaminibus publicis*, non, *praeliis*) τέλος διδοῖ sc. ἡ τύχη, *exitum enim certantium*, seu certaminis, *dat fortuna.* τῶν τε γὰρ καὶ τῶν Ald. quod etiam in Schol. occurrit. τῶν τε etiam Rom. Brubach. Morell. Steph. τῶνδε ex Crat. repetiit Schmidius. Pauw emendat: τῶνδε γὰρ διχοῖ τέλος, noua voce διχόω, a δίχα, *anceps est.* non video, quid inde lucretur. Si versus vitium habet, latet in τέλος perperam iterato. v. Notam. [56. respicit Aristides in Plat. II. Tom. II. p. 260. Iebb. nisi locus fuit in Pindaro de Palamede ab Vlysse victo. *Ex Schedis.*] 57. καταμάρψαι corrupte legerat Schol. et accipere necesse habuit pro καταμαρφθῆναι, et τέχνᾳ pro τέχνα.

necdum tamen victorias consequuti sunt periodicis certaminibus. τύχη est victoria: v. ad Nem. X, 47.

55. τῶνδε γὰρ διδοῖ τέλος. Schol. videri potest legisse τῶν τε γὰρ καὶ τῶν διδοῖ sc. ἡ τύχη τὸ τέλος. [et recte. Ipsa Fortuna reddit euentum certaminis incertum. *Ex Schedis.*] Nam habet: πολλάκις γὰρ τούτων τε κἀκείνων ἡ τύχη δίδωσι τὴν νίκην καὶ ἧτταν. Et alter: ἄλλα γὰρ ἄλλως ἡ τύχη δίδωσι. At enim poetae sententia haec esse debuit: *celebritas eorum, qui in certamina, etiam periodica, se demittunt, nulla obtingere potest, nisi victoriam consequuti fuerint.* Haud dubie τέλος corruptum; repetitum ex v. anteced. Lego κλέος. διδοῖ γὰρ (sc. τοῦτο, τὸ ἱκέσθαι *ἐπὶ τέλος ἄκρον) τὸ κλέος τῶνδε. *vnum hoc, victoriam si adipiscuntur, certantium laudem et gloriam continet;* alioqui nulla memoratio ad posteritatem fit certantium. Esset clarior oratio, si dictum esset, τοῦτο γὰρ (sc. τὸ ἱκέσθαι τέλος ἄκρον, *victoria*) διδοῖ κλέος.

57. ἔσφαλλε, pro σφάλλει, a lucta petitum.

σʹ. ἴστε μὰν Αἴαντος ἀλκὰν
Φοίνιον, τὰν ὀψίᾳ
Ἐν νυκτὶ ταμὼν περὶ ᾧ
Φασγάνῳ, μομφὰν ἔχει
Παίδεσσιν Ἑλλάνων, ὅσοι Τρῴανδ' ἔβαν.

60. Dura haud dubie oratio in *ταμών:* sed *ἀλκὰν Αἴαντος* puta dictam esse pro ipso Aiace, corpore Aiacis, quod ille confodit ense; ita erit: *τὰν ταμὼν, ἥν, quod* suum robur, h. *se, postquam ille confecit ense*, h. se transfixo. *περὶ ᾧ φ.* nihil noui. v. Schmid. Sic *περιπίπτειν* etiam in vulgari oratione. *ἔχει μομφὰν* noto graecismo pro *ποιεῖ, περιποιεῖ.* Melanchthon creditur legisse *καμών.* [Gilb. Wakefield ita refingit: *τὰν ὀψίᾳ ἐν νυκτὶ παρὼν* (a *πείρω*) *περὶ ᾧ φασγάνῳ μομφὰν χέει παίδεσσιν Ἑλλάνων.* (Silv. Part. III. p. 153.) *Ex Addendis.*] 61. *μορφὰν* sphalma Ald. 62. *Τρῴανδ'.* iota subscriptum primum in Morell. Steph. non, vt Dores pro *Τροίανδε*, quod Pauw arbitratur, ita dixerint, sed pro *Τρωΐανδε*, sc. *χώραν, γῆν.* cf. Nem. IV, 40. Ita etiam vetere charactere exarabatur; itaque Eustath. ad Iliad. *α.* p. 65. m. ex h. l. laudat *Τρωΐαν.*

58. *Quis nescit, Aiacem a deteriore victum esse in certamine armorum?* conf. Nem. VII, 37 sq. Scholia ad h. l. vix aequo animo feras. Etiam h. v. sanatione indigere arbitror. Quomodo enim feras *Aiacem suam ἀλκὴν περιταμόντα suo ense?* [Immo *ταμὼν* pro *ταμόμενος, caedens se ipsum. Ex Schedis.*] Vt saltem aliqua ratione succurratur, pro *ταμὼν* probandum erit *καμών*,* hac sententia: *τὰν* (*ἣν ἀλκὴν φοίνιον*, pro, *ὃν φόνον*) *μομφὰν ἔχει*, h. e. *facit probrum*, vt sit opprobrium, *παίδεσσιν Ἑλλάνων, καμὼν* (*deficiens, interemtus*) *περὶ ᾧ φασγάνῳ, ensi suo succumbens.* Priora autem, *ἴστε μὰν Αἴαντος ἀλκὰν, τὰν — μομφὰν ἔχει*, per graecismum dicta, pro *ἴστε, ἣν μομφὴν ἔχει ἡ Αἴαντος φοίνιος ἀλκὴ*, h. *ὁ Αἴας, φονεύσας ἑαυτόν.* Sententia adeo totius loci: *notum autem est, quantum opprobrium faciat Graecis Aiax suo gladio interemtus*, sc. quia iniquis eorum suffragiis fortior ille deteriorem sibi praelatum videns, mortem sibi consciuit. *μομφὴν ἔχειν* pro *ποιεῖν.* Gottleber ad Epitaph. pag. 95. hos versus a Pericle expressos coniectabat; vt etiam mox p. 100. alterum locum, qui sequitur v. 68 sqq. (sc. in Thucyd. II, 41. vbi v. Bauer. et 43.)

Σ. γ'. Κ. ι.

Ἀλλ' Ὅμηρός τοι τετίμα-
κεν δι' ἀνθρώπων, ὃς αὐτοῦ
Πᾶσαν ὀρθώσαις ἀρετὰν
Κατὰ ῥάβδον ἔφρασεν
Θεσπεσίων ἐπέων λοιποῖς ἀθύρειν.

64. —κεν δι' postulat trochaicum metrum, pro —κε δι'. monuit Pauw. *Homerus tamen vtique eum, Aiacem, celebrauit inter homines.* Non audiendi Scholiastae. Loca Homeri congessit Schmidius. 67. Memorabilis locus est, etsi difficilis ad constituendum sensum poetae; quandoquidem verba impedita sunt et variis modis possunt iungi. Quod *primum* occurrit, vt *ipse Homerus* sit, qui κατὰ ῥάβδον ἔφρασε, quasi ille *decantauerit carmina cum* ῥάβδῳ, *sceptro:* (fuit vtique σκῆπτρον *insigne dignitatis*, adeoque *vatum*, et ἀοιδῶν) quod seu ita traditum, seu ex hoc aut similibus locis creditum, non conuenit cum grammatica verborum ratione: quorsum enim ἐπέων referas? et ipsum hoc κατὰ ῥάβδον quomodo dictum est? Aiunt, *ad* sceptrum; quid est: *ad sceptrum canere?* an pro σὺν ῥάβδῳ? μετὰ ῥάβδου? Callimacheum notum est (Fragm. 138.) τὸν ἐπὶ ῥάβδῳ μῦθον ὑφαινόμενον (vertunt: *carmen* super virgam *contextum;* quid hoc est? Saltem erit ἐπὶ de conditione: carmen conditum *eo consilio*, *ita*, vt cum sceptro recitetur illud.) Quodsi *de rhapsodis* dicta accipias, vt grammatici κατὰ ῥάβδον explicant κατὰ ῥαψῳδίαν: etsi non intelligo, quomodo hoc ita dici possit: manet eadem difficultas iuncturae: κατὰ ῥάβδον ἐπέων θ. Itaque Pauw, qui cum aliorum iniuria

65. Veteres dubitarunt, sintne de Vlysse haec accipienda. Sententiarum tamen nexus satis docet, *de Aiace* agi: qui ab Homero propter eximiam virtutem celebratus est, etsi inuidia olim Archiuorum et obtrectatione posthabitus. Multis tentatis verborum ordinem et sententiam constituo sic: τετίμακεν αὐτὸν δι' ἀνθρώπων pro ἐν, κατά. ὀρθώσαις ἔφρασε h. ὤρθωσε καὶ ἔφρασε. Scilicet ὀρθοῦν est *exaltare, efferre, celebrare:* cf. ad Ol. III, 5. πᾶσαν ἀρετὰν, *summam*, ὀρθώσαις κατὰ ῥάβδον

Τοῦτο γὰρ ἀθάνατον φωνᾶεν ἕρπει,
Εἴ τις εὖ εἴπῃ τι· καὶ πάγ-
καρπον ἐπὶ χθόνα καὶ διὰ πόν-
τον βέβακεν ἐργμάτων ἀ-
κτὶς καλῶν ἄσβεστος αἰεί.

hoc vnum praetulit, debebat interpretatione hoc declarare. Licet forte verba sic ordinare: ἔφρασε τοῖς λοιποῖς (*posteris*) ἀθύρειν (illam ἀρετὰν, ἀείδειν, διὰ) θεσπεσίων ἐπέων κατὰ ῥάβδον. *vt celebrent seriores Aiacis virtutem per carmina* (Homeri) *sceptro adhibito*, quod rhapsodis tribui solet. Relictis his alius est modus, quem veteres tentarunt: vt ῥάβδος sit dictum pro στίχος, adeoque κατὰ θεσπεσίων ἐπέων ῥάβδον, pro ῥάβδους, sit κατὰ στίχους ἐπέων, h. ἐν στίχοις, στιχηδὸν, *versibus.* Quantum nunc constat, a Menaechmo ista acceptio profecta est in Schol. ad Nem. II. pr., Vsus quidem voc. ῥάβδος exempla non habemus; analogiam tamen, puto, habet ex eo, quod *virgae*, ῥάβδοι, sunt striae, lineae productae, adeoque et esse possunt στίχοι, versus. Ad emendationem si confugeris, ad manum est Benedicti inuentum, quod ipse Pindarus suppeditat Nem. II. pr. κατὰ ῥαπτῶν — ἐπέων: *carminibus suis contextis Aiacis virtutem celebratam declarauit aliis poetis, vt eam carminum argumentum facerent.* Admittit autem versus in hoc loco et breuem et longam syllabam. Exposui haec copiosius, vt hoc quoque exemplo constaret, non ad liquidum perduci posse omnia in priscis poetis, adeoque nec pro imperio posse pronuntiari. 68. ἕρποι Ald.

θεσπεσίων ἐπέων. κατ' ἔπος, ἐν ἔπεσιν, pro his ῥάβδον ἐπέων dixit, h. e. κατὰ ῥάβδους, στίχους, ἐπέων, ἔφρασε τοῖς λοιποῖς, auctor fuit posteris, ἀθύρειν, h. e. ἀείδειν, *ludere docuit eos*, h. e. illam virtutem poeseos argumentum facere. De ceteris v. V. L.

68. τοῦτο γὰρ ἕρπει, *progreditur, durat, est, aeternum sonans*, εἴ τίς τι pro ὅ, τι ἄν τις εὖ εἴπῃ, *quicquid carmine aliquis celebrauerit.* Mox 71. ἀκτὶς et 74. πυρσὸς spectant ad *splendorem, gloriam* et *laudem.*

Α. γ'. Κ. ι.

Προφρόνων Μοισᾶν τύχοιμεν,
Κεῖνον ἅψαι πυρσὸν ὕμνων
Καὶ Μελίσσῳ παγκρατίου
Στεφάνωμ' ἐπάξιον,
Ἔρνεϊ Τελεσιάδα. τόλμᾳ γὰρ εἰκὼς
Θυμὸν ἐριβρεμετᾶν θηρῶν λεόντων
Ἐν πόνῳ· μῆτιν δ' ἀλώπηξ,
Αἰετοῦ ἅτ' ἀναπιτναμένα
Ῥόμβον ἴσχει. χρὴ δὲ πᾶν ἔρ-
δοντ' ἀμαυρῶσαι τὸν ἐχθρόν.

76. v. ad princ. Carminis. 77. Olim quidam post ἔρνεϊ interpunxerunt, vt sequeretur: *Τελεσιάδᾳ γὰρ εἰκώς.* sed quid tum ἔρνεϊ fieret, non addiderunt. Structura est: (*κατὰ γὰρ τὸν*) *θυμὸν ἐν πόνῳ εἰκὼς τόλμᾳ λεόντων* etc. 78. *θηρᾶν* aiunt esse Aeolicum pro *θηρῶν*. Immo vero est vitium, ex proximo *ἐριβρεμετᾶν* natum. Simile vitium iam aliquoties notauimus: est quoque sublatum in Eurip. Hel. 384. *θηρᾶν*, *venari*, intulit Steph. inductus, suspicor, ab vno Scholiastarum; alter videtur *θηρᾷ* legisse: *οἰκεῖος ὢν τόλμῃ, τὸν τῶν λεόντων θυμὸν ἐν τοῖς πόνοις θηρᾷ.* 82. Laudat versum Plutarch. de aud. poet. pr. Verum ex tali locorum memoratione nil discas, nisi forte criticam varians lectio adiuuat.

73. *Vtinam habeam Musas propitias, dum.*

77. Praedicat in victore audacem in certamine animum et calliditatem. Alterum leonis, alterum vulpis indole insignit. *ἐν πόνῳ* (*in certamine*, pancratio) (*κατὰ*) *θυμὸν εἰκὼς* (*ἐστι*) *τόλμᾳ λεόντων*, *par est audaciae leonum*, h. leonibus, *ἐριβρεμετᾶν θηρῶν.* Est autem duplex epitheton: *leones feroces rugientes.* *ἀλώπηξ δέ* (*ἐστι κατὰ τὴν*) *μῆτιν, ἅτε ἀναπιτναμένα, ὑπτία,* (quasi mortua esset) *ἴσχει ῥόμβον* (*ὁρμὴν*) *αἰετοῦ*, *aduolantem enim aquilam vnguibus comprehendit.*

81. Non iungenda sunt *τὸν ἐχθρὸν ἔρδοντα πᾶν*, vt facere video, sed *fas aduersarium superare tentando omnia*, *πᾶσαν*

Ε. γ΄. Κ. ιά.

Οὐ γὰρ φύσιν Ὠαριω-
νείαν ἔλαχεν·
Ἀλλ' ὀνοτὸς μὲν ἰδέσθαι,
Συμπεσεῖν δ' αἰχμᾷ βαρύς.
Καί τοι ποτ' Ἀνταίου δόμους
Θηβᾶν ἀπὸ Καδμηϊᾶν, μορ-
φὰν βραχύς, ψυχὰν δ' ἄκαμπτος,
Προσπαλαίσων ἦλθ' ἀνὴρ
Τὰν πυροφόρον Λιβύαν,
Κρανίοις ὄφρα ξένων
Ναὸν Ποσειδάωνος ἐρέφοντα σχέθοι,

Σ. δ΄. Κ. ι.

Υἱὸς Ἀλκμήνας. ὃς Οὔλυμ-
πόνδ' ἔβα, γαίας τε πάσας

86. *αἰχμᾷ* Schol. *κατὰ τοὺς ἀγῶνας.* Alienum hoc, cum de corporis viribus et *ἀγῶσιν* agatur. Pauw *ἀκμᾷ*, *vigore corporis*, substituit; haud dubie vere. [Gilb. Wakefield substituit *ἀκᾷ*. vt Horat. *cuspide pugnax.* (Silv. Part. I. p. 83.) *Ex Addendis.*] 88. *Καδμεϊᾶν* Schmid. probante Pauw: nec nil puto referre ad metrum. *Καδμειιᾶν* omnes vett. vsque ad Morell. Steph. qui *Καδμηϊᾶν* dederunt. 95. *γαίας τε πάσας, καὶ — ἁλὸς θέναρ* iunxit etiam Schol. *πάσης τῆς γῆς καὶ πολυβαθοῦς θαλάσσης ἀνερευνήσας καὶ κατειληφὼς τὸ τέλος.* accepit igitur *θέναρ* pro *τέλος*; est enim *vola*, *ἀνακινοῦντα μηχανήν.* — *ἀμαυρῶσαι*, *obscurare*, pro *ἡττᾶν*, vt Hesiod. Ἔργ. 325. *ῥεῖα δέ μιν μαυρῶσι θεοί.* Contra victoria *illustrat.*

83. *φύσιν*, *φυήν*, *staturam Orionis.* 85. *ὀνοτός*, *εὐτελής*, *adspectu.* At 86. *terribilis ipso congressu.*

93. *ὄφρα σχέθοι (μιν) ἐρέφοντα ναὸν Π. κρανίοις ξένων.* Spectat ad morem hominis affigendi crania aduenarum parieti templi.

95. Qui, *postquam omnem*

Καὶ βαθυκρήμνου πολιᾶς
Ἁλὸς ἐξευρὼν θέναρ,
Ναυτιλίαισί τε πορθμὸν ἁμερώσαις.
Νῦν δὲ παρ᾽ Αἰγιόχῳ κάλλιστον ὄλβον
Ἀμφέπων ναίει, τετίμα-
ταί τε πρὸς ἀθανάτων φίλος, Ἥ-
βαν τ᾽ ὀπυίει, χρυσέων οἴ-
κων ἄναξ καὶ γαμβρὸς Ἥρας.

Α. δ΄. Κ. ι.

Τῷ μὲν Ἀλεκτρᾶν ὕπερθεν
Δαῖτα πορσύνοντες ἀστοὶ
Καὶ νεόδματα στεφανώ-

cauum manus, hinc *πυθμὴν*, et *τέλος*. Melius dices: *θέναρ γαίας* esse ornate pro *γαῖαν*, vt *ἁλὸς θέναρ* pro *ἅλα*, *superficiem maris* pro mari. Etiam alter Schol. *τὸ πλάτος τῆς θαλάσσης*. vt *πλάκα ἁλὸς* et *aequor maris* dixere poetae. Schmidius *γαίας πάσας terras omnes* interpretari malebat. 96. *βαθυκρήμνου πολιᾶς ἁλὸς θέναρ*: Putes maluisse poetam, ne nudum esset *θέναρ*, adiungere *βαθύκρημνον*. Est autem hoc pro simplici *βαθύ*. *ἐξευρὼν* plus est quam *ἐπελθών*. cf. Nem. III, 42 sq. 98. *ναυτιλίαισι* bene Schmid. tertio casu, *vt nauigari posset*. *πορθμοὺς* Schmid. vt Lat. *freta* pro mari. Sed fretum Herculeum inprimis respicitur. cf. Pauw. [*ἡμεροῦν* esset *a latrociniis vindicare*. an de belluis? *Ex Schedis*.]

terram et maris profundum aequor adierat, et mare nauigationi aperuerat, vt adiri illud posset, *in Olympum abiit*.

99. *ὄλβον ἀμφέπων*, *fouens, habens*.

104. Ex Schol. tantum haec teneri possunt: In Herculis honorem *ἐνάγιζον*, inferias tulerunt, Thebani liberis ex Megara. Locus erat extra portam Electridem, ad quam habitauerat Amphitruo et Hercules, et ad quam fanum eorum erat cum liberorum sepulcro. Inferiae habebantur sub vesperam ex more, et altero die erat *ἀγὼν ἐπιτάφιος γυμνικός*. *δαῖτα* appellat

ματα βωμῶν, αὔξομεν
Ἔμπυρα χαλκοαρᾶν ὀκτὼ θανόντων,
Τοὺς Μεγάρα τέκεν οἱ Κρεοντὶς υἱούς,
Τοῖσιν ἐν δυσμαῖσιν αὐγᾶν
Φλὸξ ἀνατελλομένα συνεχὲς
Παννυχίζει, αἰθέρα κνι-
σᾶντι λακτίζοισα καπνῷ·

Ε. δ'. Κ. ιά.

Καὶ δεύτερον ἆμαρ ἐτεί-
ων τέρμ' ἀέθλων

108. χαλκοαρᾶν. χαλκοάρης vix aliter quam ex ἄρω, ἡρμοσμένος τῷ χαλκῷ, pro χαλκήρης, formatum esse potest: (cf. ad Pyth. V, 47. vbi χεριάρης pro χερήρης.) Ita vero esset *armatus, fortis.* Sic et occurrit inf. V, 51. Verumtamen videtur simpliciter vis et notio requiri: *ferro caesorum;* an hanc χαλκοάρης habuit? Coniicit Pauw, esse vocem χαλκόαρος, ab ἀρὰ, *ferro deuotus:* quod parum satisfacit. An χαλκοάρης est *cui admouetur ferrum?* Versum excitat Schol. Lycophr. 662. vbi Barocc. ms. legit χαλκηορᾶν, quod deberet esse χαλκηόρων, ab ὄρω, *moueo, concito* in me, aut potius χαλκεόρων, (vti est χαλκεομίτρης) nam breuis syllaba requiritur. 109. Μεγέρα vitiose inde a Romana: restituit Schmidius ex Aldo; et οἱ τέκε lectum vsque ad Morell. qui metro paruit. [Heynius in textu correxit τέκε.] Tandem Κρειοντὶς Schmid. propter antitheticos. 111. φλὸξ τις ἀντελομένα Ald. 112. Plutarch. de princip. frigido p. 949. A. interpolate laudat et argutatur: καὶ γὰρ ὁ καπνὸς ἀέρος ἐστὶν εἶδος, καὶ ἡ κατὰ Πίνδαρον ἀέρος κνίσσ' ἀντιλακτίζουσα καπνῷ λιγνὺς καὶ ἀναθυμίασις. 115. -ων τέρμ' ἀέθλων cum Schmidio ex metri lege legere cunctari non debebant Oxonienses. Vulgo ἀέθλων τέρμα.

sacrum. Inferiae autem hae factae *victimis caesis.* αὔξομεν pro *facimus:* vt iam dixi, interdum esse αὔξειν pro ἔχειν vel ποιεῖν, quoties res magna vel copiosa est.

108. χαλκοαρᾶν. quod esse debet *ferro caesus*, χαλκοάρης, forte sic expedias, vt sit, *qui ferrum sibi aptat*, ὁ ἄρων τὸν χαλκὸν, seu facit, vt ferrum sibi, suo iugulo, aptetur. [ὀκτώ. Cf. Fragm. CLXVI. pag. 152. *Ex Schedis.*]

111. φλὸξ est sacri facti. 115. τέρμα videtur *dies definitus* esse.

Γίνεται, ἰσχύος ἔργον.
Ἔνθα λευκωθεὶς κάρα
Μύρτοις ὅδ' ἀνὴρ διπλόαν
Νίκαν ἀνεφάνατο, παίδων
Τὴν τρίταν πρόσθεν, κυβερνα-
τῆρος οἰακοστρόφου
Γνώμᾳ πεπιθὼν πολυβού-
λῳ. σὺν Ὀρσέᾳ δέ νιν
Κωμάζομαι, τερπνὰν ἀποστάζων χάριν.

117. *λευκανεὶς* conj. Schmidius, non videns, spondeum hac regione recte admitti. At Pauwium mireris ad v. 76. hic de canis Melissi cogitare, qui pancratio vicisse, Orsea alipta et magistro, narratur. Nam v. 120. *κυβερνατῆρα* aliptam esse dubitari non debebat. Nem. VI, 110. *ἡνίοχον* aliptam dixerat. Myrtorum pallorem exprimit praeclare poeta in *λευκωθεὶς* pro *στεφανωθεὶς*. Erat autem corona in hoc epitaphio agone praemium myrtea. 118. *Μύρτοις ὅδ', ἀνὴρ*, h. *in virili aetate*, interpungit Schmidius, probante quoque Pauwio. 122. 3. *πολυβού-λω* reuocarunt Oxon. vt editum fuit vsque ad Morell. et Steph. qui *πολυβού-λῳ*, melius vtique, ne *γνώμᾳ* nude incedat. *Ὀρσείᾳ* Schmid. 124. *ἐπιστάζων* Ald. quod praefero. *κωμάζομαι* emendat Abresch. Obss. misc. nov. T. I. p. 89.

117. *λευκωθεὶς κάρα μύρτοις* pro *στεφανωθεὶς*, *alba myrto.* Statius Achill. I, 11. *nec mea nunc primis albescunt tempora vittis.* 122. *γνώμᾳ πεπιθὼν*, *parens*, *disciplina vsus* Orseae. — 124. *χάριν*, *hymnum.*

ΙΣΘΜΙΑ

εἶδος έ.

ΦΥΛΑΚΙΔᾼ ΑΙΓΙΝΗΤῌ

παγκρατίῳ.

Argumentum.

Gloriae et famae illustris caussa, quam per Thiam designat, homines magna quaeuis suscipiunt, etiam in certaminibus. — 20. Transit ad victorem; excurrit inde in heroum Aeginetarum commemorationem, — 59. et desinit in pugna Salaminia — 67. subiunctis nonnullis de victore.

Σ. ά. Κ. ή.

Μᾶτερ Ἀλίου πολυώνυμε, Θεία,
Σέο γ' ἕκατι καὶ μεγασθενῆ νόμισαν

Phylacides, Lamponis f. natu minimus (VI, 9.), Cleonici nepos (v. 71.), adeoque Pytheae frater, cui, cum et ipse Nemeis pancratio vicisset, Nemea V. inscripta est. Sed et Phylacides Nemeis pancratio vicerat, inf. v. 22. idem bis victor fuerat pancratio Isthmiis v. 21. vt adeo hic hymnus in secundam victoriam Isthmiacam factus sit. Oden sequentem sextam ante hanc quintam scriptam esse recte Grammatici contendunt. v. ad pr. Odae. Ceterum illa gens inter Aeginetas admodum clara pancratii studiis esse debuit.

2. *Propter te, o Thia, homines aurum praeferunt aliis rebus* (νομίζουσι, *censent multum praeualere*) h. c. pro-

Χρυσὸν ἄνθρωποι περιώσιον ἄλλων,
Καὶ γὰρ ἐριζόμεναι
Νᾶες ἐν πόντῳ, καὶ ἐν ἅρμασιν ἵπποι,
Διὰ τεὰν, ὦ 'νασσα, τιμὰν,
Ὠκυδινάτοις ἐν ἁμίλ-
λαισὶ θαυμασταὶ πέλονται·

Auunculus Pytheae et Phylacidae erat maternus Euthymenes, qui plures pugilatu victorias consequutus erat. Nem. V, 75 sq. Isthm. VI, 85. 89 sq. vnde patet, vnam eius Isthmiam fuisse victoriam: forte et Nemeis vnam (nam v. 89. τὰς δ'). Etiam Themistius ex ea gente, auus, vt Schol. ad Nem. V, 91. tradit, maternus, variis agonibus pancratio victor fuit. v. Nem. V, 91 sqq. Isthm. VI, 95. — 1. ἀελίου omnes vett. quod ad metrum primus recte emendauit Morellius ἀλίου. Ceterum splendidum hoc carminis exordium et τηλαυγὲς πρόσωπον turpiter foedarunt veteres et recentiores interpretes, ad Pindari auaritiam omnia reuocantes, praeter vnum Pauwium, qui tamen interpretando parum satisfacit. Disputandi locus hic non est; dicam quod ipse sentio. De Thia fabula esse debuit ex theogoniis prisca aliqua, tanquam de dea, *a qua omnis splendor et lux proficiscitur:* quippe quae ex Hyperione Solem, Lunam et Auroram peperit. v. Hesiod. Theog. 371 sqq. Apollod. I, 1, 3. Eius deae beneficio omnibus rebus splendor suus venit: etiam *auro*, *item victoriis ex praeliis naualibus, certaminibus curulibus et gymnicis.* Haec autem erant illa, quibus Aeginetas inter Graecos insignes exhibuit poeta. Idem in Nem. III, sqq. fecit. Naumachiam aliquando Graecis fuisse institutam, nunc ignoratur: nec verba v. 4. eo, arbitror, ducunt, vt eam fuisse cum Pauwio statuamus: sed splendor est et gloria Aeginetarum ex re nautica et naualibus praeliis, inprimis nupera ad Salaminem pugna. cf. inf. 60 sqq. 6. ὤνασσα Ald. ὦ 'νασα Rom. emendate ὦ 'νασσα Crat. ὦ 'νασσα Brubach. et rell. Non emam talia teruncio; vera tamen est Cratandrina scriptura. 8. θαυμασταὶ Ald. Rom. Morell. θαυμαστοὶ illatum a Crat. Steph. minus bene.

pter splendorem siue auri, tanquam metalli, seu, quod verius puto, propter splendorem vitae, quem illud conciliat. — 4. *quin etiam per decus tuum* (nunc est tropice dictus splendor famae,

Α. ά. Κ. ή.

Ἔν τ' ἀγωνίοις ἀέθλοισι ποθεινὸν
Κλέος ἔπραξεν, ὅν τιν' ἀθρόοι στέφανοι
Χερσὶ νικάσαντ' ἀνέδησαν ἔθειραν
Ἢ ταχυτᾶτι ποδῶν.
Κρίνεται δ' ἀλκὰ διὰ δαίμονας ἀνδρῶν.
Δύο δέ τοι ζωᾶς ἄωτον
Μοῦνα ποιμαίνοντι τὸν ἄλ-
πνιστον εὐανθεῖ σὺν ὄλβῳ·

9. *ἐν δ'* Benedictus reprehensus a Pauwio. Spectat adhuc ad *διὰ τεὰν τιμὰν* (h. *σοῦ ἕκητι*, vt v. 2.) itaque post *ἄλλων* v. 3. maiorem distinctionem sustuli. Iung. *καὶ — καὶ γὰρ — ἔν τ'*. 13. *διὰ δαίμονα* ex Rom. ed. alii. Schmidius ex Ald. repetiuit, probante Pauwio, *διὰ δαίμονας*. Pindarus in tali sententia non plurali, sed singulari vtitur; nec dubito fuisse *διὰ δαίμονος*. 14. *δύω* vett. edd. sed emendatum a Morellio. 15. Aldus recte exhibebat *ἄλπνιστον*. Sed Rom. ed. intulit *ἄλπιστον*, quasi pro *ἀέλπιστον*, et in marg. *γρ. ἀνέλπιστον*, quod ex Schol. sumtum etiam apud Apostol. Prouerb. III, 30. occurrit; arripuit hoc Crat. renuente metro et sensu; Stephanus autem, relicto Morellio, *ἄλπιστον*. Recte eum itaque deseruit Schmidius, et ex Aldo repetiit, quod Brubach. quoque et Morell. sequuti erant, *ἄλπνιστον*, cuius Scholion bonum est: *τουτέστι τὸν ἥδιστον καὶ προσηνέστατον*. De voce v. ad Pyth. VIII, 120.

gloriae) *pugnae mari terraque admirationem faciunt.* — 9. *et per te in certaminibus, quisquis victorias consequutus est, assequitur laudem dulcem.* *ἔν τ' ἀ.* respondet τῷ *καὶ — καὶ γὰρ* vss. 2. et 4. *ἔπραξεν* pro *πράσσει*.

13. *κρίνεται δ' ἀλκὰ διὰ δαίμονας ἀνδρῶν.* Pindaricum est *διὰ δαίμονος*. *Cernitur virtus,* *δοκιμάζεται*, adeoque *iudicium fit* eam excellere, h. e. vt excellant homines viribus (in certamine), *diuino munere* contingit.

14-20. *Duo sunt quae vitam iucundissimam contineant: si quis res feliciter gerat, successumque habeat, et si laudem inde consequatur.* Sententia toties variata et ornata. v. Pyth. X, 33-46. *μὴ μάτευε θεὸς γε-*

E. ά. K. ιά.

Εἴ τις εὖ πάσχων λόγον ἐσλὸν ἀκούῃ,
Μὴ μάτευε Ζευς γενέσθαι· πάντ' ἔχεις,
Εἴ σε τούτων μοῖρ' ἐφίκοιτο καλῶν.
Θνατὰ θνατοῖσι πρέπει.
Τὶν δ' ἐν Ἰσθμῷ διπλόα θάλλοισ' ἀρετά,
Φυλακίδα, κεῖται, Νεμέᾳ δὲ καὶ ἀμφοῖν,
Πυθέᾳ τε, παγκρατίου. τὸ δ' ἐμὸν
Οὐκ ἄτερ Αἰακιδᾶν
Κέαρ ὕμνων γεύεται.
Σὺν χάρισιν δ' ἔμολον
Λάμπωνος υἱοῖς

21. *θάλοισ'* Ald. saltem *θαλοῖσ'*. Nam amare videtur Pindarus *θαλέω* ex *θηλέω*. 23. *Πυθέα*. Pugnat Schmidius, esse vocandi casum. Equidem vel sic *Πυθέα* pro *Πυθέου* dictum acciperem. Sed non minus exquisita, eademque simul expeditior ratio est, vt *Πυθέᾳ* scribatur: *Τὶν Πυθέᾳ τε*. Hoc Pauw quoque probat, et sic Ald. Morell. Steph. cum Schol. 25. *γεύσεται* malit Mingarellus.

νέσθαι. cf. ad Ol. III, 77. *ζωᾶς ἄωτον τὸν ἄλπνιστον*, *iucundissimam vitam*. *ἔλπω*. *ἤλπινος*. *ἄλπνος*. v. V. L. *σὺν ὄλβῳ* pro *διὰ ὄλβου*. cf. Ol. V, 54. *εὖ πάσχων*, *praeclare res gerens*. v. ad Pyth. III, 185. Nem. I, 46. Pyth. 191. sq.

21-23. Phylacides Isthmiacam, idem cum fratre Pythea duas Nemeas victorias erat consequutus. *ἀμφοῖν*, *τὶν Πυθέᾳ τε*. *κεῖται*, *ἀνάκειται*, *seruatur memoria eius* victoriae, vt Ol. XIII, 49., clara habetur.

23 sq. In eo erat, vt digressionem faceret; verum reuocat se: *Sane hymnos non tracto, quin in laudes Aeacidarum excurram.* (Sane hic eius mos: Nem. III. IV. V. VI. VII. VIII. Ol. VIII. Inf. VI, 27. 8.) *Nunc tamen victoris caussa hymnum recepi.* [Immo vero: *Et alias procliuis sum ad laudes Aeacidarum, et nunc Aegineta est victor, vt tanto magis eos celebrem*, quod fit v. 44. *Ex Schedis.*] 27. *ἔμολον* pro *μολῶ*, *ἔρχομαι*, *σὺν χ.*, *σὺν ὕμνῳ*.

Σ. β'. Κ. ή.

Τάνδ' ἐς εὔνομον πόλιν. εἰ δὲ τέτραπται
Θεοδότων ἔργων κέλευθον ἀν' καθαρὰν·
Μὴ φθόνει κόμπον τὸν ἐοικότ' ἀοιδᾷ
Κιρνάμεν ἀντὶ πόνων.
Καὶ γὰρ ἡρώων ἀγαθοὶ πολεμισταὶ
Λόγον ἐκέρδαναν· κλέονται
Δ' ἔν τε φορμίγγεσσιν ἐν αὐ-
λῶν τε παμφώνοις ὁμοκλαῖς

Α. β'. Κ. ή.

Μυρίον χρόνον· μελέταν δὲ σοφισταῖς
Διὸς ἕκατι πρόσβαλον, σεβιζόμενοι

28. Pauw (ad v. 44.) conj. *εἰ δὲ τέτριπται Θεοδότων ἔργων κέλευθος ἂν καθαρὰ*, etc. et Mingarell. vel, *τέτραφθε*. At v. Not. 30. Pauwius, qui *Μὴ φθόνει* nil habere ait, quo referatur, *Μὴ φθονεῖ* reponit, sc. *πόλις εὔνομος*, ad quam et *εἰ δὲ τέτραπται* spectet. At dictum *Μὴ φθόνει* indefinite, *o quisquis es, noli inuidere.* sic Nem. VII, 111. *ἔα με.* Scholiasta sic accipit, vt se alloquatur, vti toties in exordio laudum facit: o anime mi, *μὴ φθόνει κιρνάμεν* etc. Expunxi comma post *τὸν ἐοικότ'*: Sententia est eadem, quae supra Isthm. I, 58. 60. 61. 33. *ἐκέρδαναν* cum Schmid. vt medium *α* producatur. vulgo *ἐκέρδανον.* 34. *φορμίγγεσιν* vett. edd. vsque ad Morell. qui metri curam habuit et primus *—σσιν* scripsit. 37. Erat *πρόςβαλλον.* *πρόσβαλον*

28. *εἰ δὲ* — Eadem sententia sup. I, 60 sq. *τέτραπται* sc. *ἡ πόλις*, *cum Aegina*, h. Aeginetae, *incedant*, *ἀνὰ καθαρὰν κέλευθον*, puto, *regiam*, *patentem*, 30. *nemo ei recuset hymno impertire aerumnosis factis debitam laudem.* *κιρνάμεν*, vt iam al. hymnum per dulcem potionem declaratum vidimus.

32. *Nam etiam prisci heroes bellica virtute clari laudem per carmina consequuti sunt, alii quidem aliis ex gentibus, ex Aeginetis autem Aeacidae.* — 36. *μελέταν δὲ σοφισταῖς*, *argumen-*

Ἐν μὲν Αἰτωλῶν θυσίαισι φαενναῖς
Οἰνεΐδαι κρατεροί·
Ἐν δὲ Θήβαις ἱπποσόας Ἰόλαος
Γέρας ἔχει· Περσεὺς δ᾽ ἐν Ἄργει·
Κάστορος δ᾽ αἰχμὰ Πολυδεύ-
κεός τ᾽ ἐπ᾽ Εὐρώτα ῥεέθροις.

Ε. β΄. Κ. ιά.

Ἀλλ᾽ ἐν Οἰνώνᾳ μεγαλήτορες ὀργαὶ
Αἰακοῦ παίδων τε. τοὶ καὶ σὺν μάχαις
Δὶς πόλιν Τρώων πράθον, ἑσπόμενοι
Ἡρακλῆϊ πρότερον,
Καὶ σὺν Ἀτρείδαις. Ἔλα νῦν μοι πεδόθεν.
Λέγε, τίνες Κύκνον, τίνες Ἕκτορα πέφνον,
Καὶ στράταρχον Αἰθιόπων ἄφοβον
Μέμνονα χαλκοάραν·

in tertio coli trochaici loco Schmid. recte ad metrum, et debebant ei obtemperare Oxon. Ad *σεβιζόμενοι* Scholiastes: *τοῖς δὲ σοφοῖς ἀνδρισάμενοι παρέσχοντο τὴν τῶν ἐγκωμίων φροντίδα*, h. e. *ἀνδραγαθοῦντες*. Interpungebatur *πρόσβαλλον σεβιζόμενοι. ἐν μὲν* — 39. *Οἰνεεῖδαι* ante Schmidium, simili vitio ac IV, 88. *Καδμειιᾶν*, vbi Pauwius suspicabatur, Dores ita loqui, et h. l. similiter *Οἰνειίδαι* fuisse. 43. *-κευς* Doricum reponit Pauw.

tum carminis poetis praebuerunt, *πρόσβαλον, σεβιζόμενοι ἐν μὲν Αἰτωλῶν θ.* debebat sequi: *ἐν δὲ Θήβαις Ἰόλαος* sc. *σεβιζόμενος*; hoc mutauit *γέρας ἔχει*. vtrumque de honoribus diuinis seu heroum, quibus affecti sunt.

44. *μεγαλήτορες ὀργαί*, *virtus, magnanima mens.* — 45. *σὺν μάχαις* pro *ἐν μάχαις*, *διὰ μαχῶν*.

48. *ἔλα νῦν.* pro vulgari: *Possem nunc commemorare.* — *Age nunc mihi currum tuum, o Musa, per campum.* Meminimus *δίφρον Μοισᾶν* sup. II, 3.

51. *χαλκοάραν*, *aere caesum*, vt modo IV, 108. vidimus.

Τίς ἄρ' ἐσλὸν Τήλεφον
Τρῶσεν ἑῷ δορὶ Κα-
ΐκου παρ' ὄχθαις.

Σ. γ'. Κ. θ'.

Τοῖσιν Αἴγιναν προφέρει στόμα πάτραν
Διαπρεπέα νᾶσον. τετείχισται δὲ πάλαι
Πύργος ὑψηλαῖς ἀρεταῖς ἀναβαίνειν.
Πολλὰ μὲν ἀρτιεπὴς
Γλῶσσά μοι τοξεύματ' ἔχει περὶ κείνων
Κελαδῆσαι· καὶ νῦν ἐν ἄρει

52. *τὶς γὰρ ἐ.* vulgo lectum ante Schmid. qui metrum sanauit per *τίς ἄρ' ἐ.* Cratander ediderat: *τίς δ' ἄρ'*, ex Schol. puto. 55. *Αἰγίναν.* videtur mediam corripere, si antitheticos compares. Quod hoc quidem loco necesse non est statuere; at v. inf. Isthm. VIII, 36. 122. *προφεύει*, quod Portus interpretatur, (v. Schmid.) non ex scripto aliquo codice petitum, sed sphalma est ed. Commel. natum ex attrito charactere *τοῦ ρ* in Steph. pr. 56. *διαπρεπέα. εα* vna syllaba. *τετείχισται.* Mingarell. supplebat *ὡς*, vt subiectum sit Aegina. Equidem continuo orationem vsque ad v. 65 seqq. *Iamdudum cumulus praeclarorum facinorum Aeginetis eductus est altissimus; multa etiam habeo carmina in promtu* etc. *τοξεύματα, laudes.* 59. *περὶ κείνων*, scil. de Aeginetis v. 55., recte Schmid. cum Cratandr. et Ald. *κεῖνον* inuexit Romana. 60. *Κελαδέμεν* recte emendat Schmidius, Pauwio nec renitente, vt respondeat antitheticis. *Ἄρεϊ* male ante Schmid.

55. *ἐκεῖνοι (ἔπεφνον) ὧν πάτραν* — etsi de vno Achille accipiendum.

56. Subtumidior oratio. *τετείχισται, exstructa est, πάλαι πύργος ὑψηλαῖς ἀρεταῖς (πύργος ὑψηλὸς ἀρετῶν, ὥστε) ἀναβαίνειν (τινὰ δεῖν αὐτόν), vt ascensu opus sit. Maximas dudum laudum suarum copias sibi parauerunt.* [Vt murus educitur saxis, vt altus sit: ita Aegina circumvallata est laudibus s. factis praeclaris, vt adscensu illa sint ardua. *ὑψηλαῖς ἀναβαινούσι* l. *πρὸς τὸ ἀναβαίνειν. Ex Schedis.*]

58. *πολλὰ μὲν* — respondet 65. *ἀλλ' ὅμως. γλῶσσα ἀρτιεπής, diserta.* 60. Salamis seruata bello Persico ab Aeginetis: (nam hi sunt *ναῦται* 62. *ὑπὸ ναυτῶν.*

Μαρτυρῆσαι κεν πόλις Αἴ-
αντος, ὀρθωθεῖσα ναύταις

Α. γ'. Κ. ή.

Ἐν πολυφθόρῳ, Σαλαμὶς, Διὸς ὄμβρῳ,
Ἀναρίθμων ἀνδρῶν χαλαζάεντι φόνῳ.
Ἀλλ' ὅμως καύχημα κατάβρεχε σιγᾷ.
Ζεὺς τάδε καὶ τὰ νέμει,
Ζεὺς, ὁ πάντων κύριος. ἐν δ' ἐρατεινῷ
Μέλιτι καὶ τοιαίδε τιμαὶ
Καλλίνικον χάρμ' ἀγαπά-
ζοντι. μαρνάσθω τις ἔρδων

65. κατέβραχε Ald. 66. τάδε καὶ τὰ Mingarell. victorias et in bello et in certaminibus. vid. Notam. 68. τοιαῖδε male ed. Rom. cum al. praeter Ald. Crat. et Schmid. Sed sensum non videntur assequi Intpp. qui, si rectum video, hic est: Habebat res Aeginetarum bello praeclare gestas, quas celebrare poterat. Sed eas seponit, omittit, καταβρέχει, *mergit, opprimit* silentio. Interea καὶ τοιαίδε τιμαὶ (*victoriae* etiam *hae* h. etiam hoc honorum genus ex agonibus) ἀγαπάζοντι καλλίνικον χάρμα ἐν ἐρατεινῷ μέλιτι, *non minus amant hymnos epinicios dulces.* χάρμα ἐν μέλιτι pro μελιτόεν, vt ἵπποι ἐν ἅρμασι, ἀγῶνες ἐν ἀέθλοις, ἵπποι ἐν πτεροῖς. Monuit quoque Pauw.

Vulgari oratione: ὑπὸ τῶν Αἰγινητῶν.) qui in pugna Salaminia τὰ ἀριστεῖα tulere. v. Herodot. et Ephorus in Schol.

65. *Nec tamen temere gloriandum de his: nam beneficio diuino debentur.* — 66. τάδε καὶ τὰ, τὰ φαῦλα καὶ τὰ ἀγαθὰ h. l. vid. sup. Pyth. VII. fin.

67. *Verum haec quoque decora, quae e certaminibus proveniunt, poscunt hymnum.* χάρμα καλλίνικον ἐν μέλιτι, h. e. μελιτόεν. v. V. L.

70. *Certet mihi aliquis*, h. e. *nemo, qui gentem Cleonici nouerit, contendat facile cum ea de numero victoriarum. Nec enim certaminum, quae illi subierunt, memoria obliuione deleta est, neque impensae in ea factae obliteratae sunt hominum*

E. γ'. K. ιά.

Ἀμφ' ἀέθλοισιν, γενεὰν Κλεονίκου
Ἐκμαθών. οὔ τοι τετύφλωται μακρὸς
Μόχθος ἀνδρῶν· οὐδ' ὁπόσαι δαπάναι
Ἐλπίδων, ἔκνισ' ὄπιν.

74. ἔκνιζ' Ald. Morell. ἔκνιξ' Rom. Brub. cum Schol. vtrumque metrum respuit, et recte Crat. ἔκνισ', quod Steph. Schmid. Oxon. sequuntur, ex iisdem Scholiis: vbi tamen Aristarchus ἔκνισα, alii ἔκνισε pro ἔκνισαν, scil. δαπάναι, accipiebant: neutrum commodo sensu. Nec felicius recentiores Intpp. οὐδ' ἔκνισεν ὄπιν, ὁπόσαι δ. ἐ. sc. ἐγένοντο, *neque, quanti sumtus spei fuerint, molestia affecit curam eorum.* Pauw emendat ἔκνισ' ὄπις, sed sensum multo minus expedit: *neque sumtus, quos fecerunt ingentes spebus suis, abrasit aut vellicauit vindicta*, ὄπις, *inimicorum odium, lingua maledica.* Hoc vix quisquam aut percipiet satis aut probabit. Sententia, si totum teneas, sic procedere debet a v. 70. Contendat mihi nunc aliquis in certaminibus cum Cleonici stirpe, vbi audiuerit, quantum studium illi in re athletica posuerint. Nec vero vtique labor virorum per tam longum tempus insumtus oblitteratus est, *nec dum memoria excidit, quantae impensae ab iis factae sint ad consequenda vota sua*, sc. victorias in certaminibus. Ex sententiarum contexto igitur κνίζειν ὄπιν debet esse, *curam, qua obseruamus, recordamur aliquid, atterere, imminuere, extinguere:* quod a vulgari vsu recedit. v. Not. [ἔκνισ' pro ἐξένισε. Est ductum a νίζειν, νίπτειν· ἔνισεν, ἐξένισεν. *eluere, delere, memoriam, curam. Ex Schedis.*] Venit in vltimis Pytheae memoria in animum: 75. *laudo Pytheam quoque* etc. Tam abrupti orationis, inprimis laudum, transitus lyrico satis frequentes, et ad aliptas aliquoties occurrunt, vt de Orsea fine Odae sup. et de Melesia N. VI, 108. IV, 158 sqq.

memoria. ἀμφ' ἀέθλοισιν, pro victoriis. Etsi et hoc laudi esse debuit, si quis multa certamina obierat. 73. μόχθος ἀνδρῶν pro αὐτῶν, τῶν ἐκ γενεᾶς Κλεονίκου. et μόχθος certamina respicit, vt πόνος.

73. 4. οὐδ', ὁπόσαι δαπάναι ἐλπίδων, ἔκνισ' ὄπιν. Sane, vt in V. L. exposui, κνίζειν habet hanc vim, vt sit *pungere, fricare, excitare*, θυμὸν, μνήμην, ergo et ὄπιν. [Immo est a νίζειν. *Ex Schedis.*] Sic *amor*, seu *studium* κνίζει φρένας Pyth. X, 94. κνίζει κόρος Pyth. VIII, 44. *dolor* Ol. VI, 75. *iucunditas* et *gaudium* Isthm. VI, 74. Alio

Αἰνέω καὶ Πυθέαν ἐν γυιοδάμαις
Φυλακίδᾳ πλαγᾶν δρόμον εὐθυπορῆσαι·
Χερσὶ δεξιὸν, νόῳ ἀντίπαλον.
Λάμβανέ οἱ στέφανον·
Φέρε δ' εὔμαλλον μίτραν·
Καὶ πτερόεντα νέον
Σύμπεμψον ὕμνον.

76. Mingarell. accipiebat (ὦ) *Φυλακίδα*, vel *σὺν Φυλακίδᾳ*. 80. *νόῳ* qui legat, Aldus est. Sed ad *νέον* vid. Ol. IX, 73–75. Mingarellus *ὕμνον νέον* intelligebat *Nemeam quintam*, missam vna cum hac. Ita illa scripta esset in solum Pytheam; quod colligit ex Isthm. VI, 5. quae in vtrumque scripta sit. 79. *φέρε δ'*. malim *τ'*.

modo *dicta excitant indignationem*, *κνίζουσιν ὀργὴν*, Nem. V, 59. Est igitur vsui consentaneum, vt etiam h. l. sit: *memoriam refricat, animum memorem vellicat*, animis inhaeret adhuc. Ita tamen dura est oratio; et obstat *οὐδ'*, quod esse deberet *ἠδ'* affirmatiue. Si itaque *οὐδ'* seruatur: *οὐδ' ἔκνισ' ὄπιν* alio sensu est accipiendum: *non erasit memoriam ex animo*, non obliteratum est, *ὅσαι δαπάναι ἐγένοντο ἐλπίδων*, *quae factae sint impensae in vota*, h. e. in victorias speratas. Esset adeo *κνίζειν* h. l. *ἀποκνίζειν, ἀποκνᾶν*, *abradere, delere, expungere*. Mingarellus, hoc omisso, tentabat alterum: *οὐδ' ὁπόσαι δαπάνας* l. *δαπάνᾳ*. *ἐλπίδων*, *votorum*, pro certaminibus.

75. *Αἰνέω καὶ* — *Complector hymno meo quoque Pytheam alipten*, inter, *prae aliis pugilibus*. Erat is frater natu maior. — *εὐθυπορῆσαι*. Iterum pro participio *εὐθυπορήσαντα*. Et nescio an praestet, *εὐθυπορῆσαι, χερσὶ δεξιὸν, νόῳ ἀ.* iungere: vt sit *δεξιὸν* (*ὥστε*) *εὐθυπορῆσαι*. — 77. *νόῳ ἀντίπαλον* vel firmo et constante animo acriter pugnantem, vel prudenter et circumspecte. Nisi malis *ἀντίπαλον* accipere *parem, aequalem*, aliis *sollertia*. *νοῦς*, quod IV, 79. *μῆτις*. 78. o Phylacida, communica victoriae laudem cum fratre.

Ι Σ Θ Μ Ι Α

εἶδος ϛ΄.

Φ Υ Λ Α Κ Ι Δ Αι

(ἐν παισί.)

Argumentum.

Laudes victoris cum gratulatione et bonis votis. — 28. Excurrit poeta in fabulas de Telamone eiusque filio Aiace, pro quo Hercules preces fecerat cum bonis auguriis. — 82. Victoriae cognatorum et tribulium — ad f.

Σ. ά. Κ. ιγ΄.

Θάλλοντος ἀνδρῶν ὡς ὅτε συμποσίου,
Δεύτερον κρατῆρα μοισαίων μελέων

Perperam Grammatici et hic tria nomina praescripserunt, *Φυλακίδᾳ, Πυθέᾳ, Εὐθυμένει μάτρωϊ.* vt et alibi, v. c. Ol. VIII. Carmen celebrat Phylacidam victorem pancratio Isthmiis. Exspatiatur deinde poeta, vt solet, in laudes cognatorum. Tempore praecedere debuit haec ode quintam, vt iam ab Intpp. obseruatum est, quandoquidem v. 7. vnam tantum Isthmiam victoriam memorat: si post quintam Oden scripta esset sexta, debuisset haec victoria esse altera. 2. *μοισεῖων* (ex *μουσεῖος* pro vulg. *μουσικὸς*) Bened. et Pauw legendum esse monuerant. Grammatici veteres *μουσικῶν ἐγκωμίων* interpretantur. Vulgata erat lectio: *μοισέων*. Schmi-

1. Iterum hymnum cum potione comparat. *Vt in conuiuio, quod cum maxime celebratur,* *θάλλοντος, ἀκμάζοντος.*

Κιρνάμεν Λάμπωνος εὐά-
θλου γενεᾶς ὕπερ. ἐν Νεμέᾳ
Μὲν πρῶτον, ὦ Ζεῦ, τὶν, ἄωτον
Δεξάμενοι στεφάνων·
Νῦν αὖτ' ἐν Ἰσθμῷ, δεσπότᾳ
Νηρεΐδεσσί τε πεντή-
κοντα, παίδων ὁπλοτάτου
Φυλακίδα νικῶντος. εἴη δὲ τρίτον
Σωτῆρι πορσαίνοντας Ὀλυμ-
πίῳ Αἴγιναν κατα-
σπένδειν μελιφθόγγοις ἀοιδαῖς.

dius perperam *Μουσάων* emendauit. Parum aberat, quin *κρατῆρα Μοισαῖον* reponerem haud timide. Nam sic iam scriptum vidimus Nem. VIII, 80. inf. Isthm. VIII, 134. *Μοισαῖον ἅρμα. λίθον Μοισαῖον.* 5. *τὶν* ne produci necesse sit, Schmid. conj. *τεΐν*, vt binae breues pro vna longa sint. Pauw *τίν γ'*. 7. *ἐν Ἰσθμοῦ* Ald. Rom. emendauit Crat. 8. *Νηρεΐδεσσι* Schmid. ex Ald. et Cratandr. pro quo al. *Νηρηΐδεσσι*, aduersante metro. 10. *τρίτατον* Schmid. qui male descripsit metrum coli, quod trimetrum trochaicum est, vt Pauw. cf. v. 23. 47. 60. 84. 97. quibus in versibus cum in prima et tertia sede interdum tribrachys pro trochaeo sit, tribrachyn vbique inferre voluit Schmidius. [12. *Αἴγιναν κάτα* Boeckh. Comment. pag. XV. *Ex Schedis.*]

5. *πρῶτον* sc. *κρατῆρα*, *miscuimus tibi, o Iupiter, propter Nemeam victoriam:* scil. in honorem Iouis hymnum sum modulatus. Potest esse Carmen Nem. V. scriptum; etsi etiam Phylacides Nemeis vicerat, vt Isthm. V, 22. memoratur, et carmen in eum scriptum esse potuit. *δεξάμενοι.* poeta decus Pytheae sibi communicat.

7. *Nunc poculum misceo* (hymnum condo) *Neptuno et Nereidibus propter Isthmiacam Phylacidae victoriam.* 10. *Vtinam obtingat etiam celebrare victoriam Olympicam.* Comparat tertium carmen cum libatione Ioui Seruatori sub conuiuii finem fieri solita. Dicuntur autem pocula *diis misceri,* quatenus iis *libatur.*

A. α'. K. ιγ'.

Εἰ γάρ τις ἀνθρώπων δαπάνᾳ τε χαρεὶς
Καὶ πόνῳ πράσσει θεοδμάτους ἀρετὰς,
Σύν τέ οἱ δαίμων φυτεύει
Δόξαν ἐπήρατον· ἐσχατιαῖς
Ἤδη πρὸς ὄλβου βάλλετ' ἄγκυ-
ραν θεότιμος ἐών.
Τοίαισιν ὀργαῖς εὔχεται
Ἀντιάσαις ἀΐδαν γῆ-
ράς τε δέξασθαι πολιὸν
Ὁ Κλεονίκου παῖς. ἐγὼ δ' ὑψίθρονον
Κλωθὼ κασιγνήτας τε προσεν-
νέπω ἕσπεσθαι κλυταῖς
Ἀνδρὸς φίλου Μοίρας ἐφετμαῖς.

16. Argutantur et h. l. Intpp. *σύν τε — φυτεύει*, *συμφυτεύει*, est *ἐπιφύει*, *περιποιεῖ*, vt toties apud Pindarum. cf. Nem. IV, 96. 17. *ἐσχατιᾶς* inuexit Romana. *ἐσχατιαῖς* primus Morell. dedit, ex Schol. puto. Aldus *ἐσχατιὰς* edidit, nec ipsum male. 23. *ὑψίθρονον αὖ* Schmid. ex praua de metro concepta opinione. v. ad 10. — 25. *κλυταῖς* a Schmidio restitutum erat; Oxonienses reuocauerant vulgatum *κλυταῖσιν*, quod metrum haud admittit. In capite quoque colon peccabat: *νέπω σπέσθαι*. Ionicus debet esse ⏑⏑– –. Schmidius: *K. κ. τε ποτι-ἐνέπω, σπέσθαι κλυταῖς.* Pauw laxum hoc et ingratum pronuntians emendat: *προσεν-νέπω ἕσπεσθαι κλυ-*

14. Eadem sententia, quae sup. V, 17 seq. I, 58 seq. et saepe antea fuit lecta.

18. *βάλλετ'* l. *βάλλετο* l. *βάλλεται.*

20. *Lampon in hisce studiis consenescere cupit.* *ἀντιάσαις* potest et ad sequens referri, *δέξασθαι ἀντιάσαις* h. *ἀντιάζειν καὶ δέχεσθαι ἐν τοιαῖσδε ὀργαῖς.* et *ἀντιάσαις τοιαῖσδε ὀργαῖς* iungi potest: *his studiis vtens, in iis versans.* [*excipere senectutem et mortem. Ex Schedis.*]

24. *Κλωθὼ κασιγνήτας τε, Μοίρας — ἕσπεσθαι ἐφετμαῖς,* exaudire preces.

E. ά. K. ιά.

Ὕμμε τ', ὦ χρυσάρματοι Αἰακίδαι,
Τέθμιόν μοι φαμὶ σαφέστατον εἶναι,
Τάνδ' ἐπιστείχοντα νᾶσον
Ῥαινέμεν εὐλογίαις.
Μυρίαι δ' ἔργων καλῶν
Τέτμηνθ' ἑκατόμπεδοι ἐν σχερῷ κέλευθοι,
Καὶ πέραν Νείλοιο παγᾶν,

ταῖς, aut, si idioma in *προσεν-νέπω* restituendum sit, *ποτεν-* vel *ποτι-νέπω.* Sequor prius, quod statim haerenti ad metrum in animum venit. 26. In *Μοίρας* tricantur Intpp. Pauwius quoque exponit: *sequi* vt *Parcas.* Sed verborum ordo faciendus erat hic: *ἐγὼ δὲ προσεννέπω* (inuoco) *Κλωθὼ κασιγνήτας τε Μοίρας*, (*ὥστε αὐτὰς*) *ἕσπεσθαι ἐφετμαῖς κλυταῖς φίλου ἀνδρός*, *vt obtemperent precibus*, (nam *ἐφετμαὶ* sunt *εὐχαὶ*) exaudiant Lamponem hoc vnum in votis habentem, vt summum honorum ex agonibus fastigium consequatur. *ἕπεσθαι* pro *adesse*, frequens Pindaro; et *Μοῖρα ἕσπεται* etiam Pyth. X, 26. *μοίρας* pro ipsis hominum fatis poetae dici posse non puto; sed tum *μοῖρα* sollenne est. Alioqui iungi possent: *Inuoco Clotho et sorores*, *ὥστε τὰς μοίρας* (fortuna Lamponis) *σπέσθαι*, vel *ἕσπεσθαι*, *ἐφετμαῖς*, *eius votis respondeat.* Sensum bene reddidit Schol. [28. f. *ἔμμεν. Ex Schedis.*] 29. *ἐπιστείχοντι* legit Benedictus sine caussa idonea. 32. *ἐν σχερῷ* recte scriptum statim in Rom. Aldus: *ἐν χερῷ.* v. sup. ad Nem. I, 106. Bene Schol. *ὁδοὶ μεγάλαι* (nam *ἑκατόμπεδοι* ex *πέδον* pro *ποῦς*, *centum pedes latae*, Il. ψ, 164.) *καὶ κατὰ τὸ ἑξῆς φέρουσαι*, *per totum terrarum orbem*, v. 33. 34. 33. *πέρα* inuexit Romana. *πέραν* Cratan-

27. 28. *Esse mihi legem immutabilem.* De re vid. ad Isthm. V, 24 sq. *laudare Aeacidas, quotiescunque hanc insulam attingo*, mentionem eius facio. L. *Ὕμμε δ'*.

31. Latissime fama rerum ab Aeacidis gestarum sparsa est per orbem terrarum. Similis locus Nem. VI, 75 sq. *κέλευθοι*, quibus factorum clarorum gloria diditur: vt sup. IV, 2. *ἑκατόμπεδοι* simplic. *latae.* *ἐν σχερῷ*, *continuo tractu*, de viis continuis. *τέτμηνται* pro sunt. *καὶ πέραν N. καὶ* — vsque ad ex-

Καὶ δι' Ὑπερβορέους. οὐδ' ἔστιν οὕτω
Βάρβαρος οὔτε παλίγγλωσσος πόλις,
Ἅτις οὐ Πηλέος ἀΐει κλέος
Ἥρωος, εὐδαίμονος γαμβροῦ θεῶν·

Σ. β'. Κ. ιγ'.

Οὐδ' ἅτις Αἴαντος Τελαμωνιάδα
Καὶ πατρός· τὸν χαλκοχάρμαν ἐς πόλεμον
Ἄγε σὺν Τιρυνθίοισι
Πρόφρονα σύμμαχον ἐς Τροίαν,
Ἥρωσι μόχθον, Λαομεδοντί-
αν ὑπὲρ ἀμπλακίαν,
Ἐν ναυσὶν Ἀλκμήνας τέκος.
Εἷλε δὲ Περγαμίαν, πέ-

drinam tantum habere, perperam prodit Schmidius; sed ita Ald. tum Steph. altera cum omnibus edd. quae inde fluxerunt. Fuit Porphyrii liber *περὶ τῶν κατὰ Πίνδαρον τοῦ Νείλου πηγῶν.* vt ap. Suidam lectum. Non potuit hic locus satis materiae suppeditare; et debuere esse alia loca in carminibus perditis. 36. *Πηλέος* Ald. *Πηλέως* Romana induxit; ad idem redit vtrumque, est enim synizesis facienda. Argutatur Pauw, ne Schmidius vsquam sapere videatur. 42. *ἐς Τροίαν ἥ-* editi ante Schmid. iugulato metro. Idem *ἐς Τροΐαν*, vt ipsum dactylum haberet. 42. *μόχθων* Steph. intulit et *σύμμαχον μόχθων* iunxit. Sed Troia est *ἥρωσι μόχθος.* Mox vel synizesis facienda in *Λαο*, vel legendum, quod Schmid. coniicit et Pauw praefert, *Λαμεδοντί-*. 45. *εἷλεν δὲ* ante Schmid.

tremum Austrum et Septentrionem, vt sup. II, 61. 62. Similiter Euripid. Androm. 650. 1. — 35. *παλίγγλωσσος, τὴν γλῶσσαν ἀλλόκοτος. πόλις* pro populo. 36. *ἀΐει*, vt *ἀκούει*, nouit, ex auditu tenet.

42. *μόχθον* sc. *οὖσαν. ἀμπλακία* h. l. fraus.

45. *εἷλε δὲ* Hercules. *σὺν κείνῳ* Telamone ex 39. *πατρός.* *Meropes* Coi Nem. IV, 42. vbi et 44. Alcyoneus. v. Apollodor.

φυεν δὲ σὺν κείνῳ Μερόπων
Τ' ἔθνεα, καὶ τὸν βουβόταν οὔρεϊ ἴσον,
Φλέγραισιν εὕρων, Ἀλκυονῆ,
Σφετέρας δ' οὐ φείσατο
Χερσὶν βαρυφθόγγοιο νευρᾶς

Α. β'. Κ. ιγ'.

Ἡρακλέης. ἀλλ' Αἰακίδαν καλέων
Ἐς πλόον κάρυξε πάντων δαινυμένων.

47. οὔρεϊ tribrachys pro trochaeo, vel scrib. οὔρει, ac potius ὄρεϊ. v. ad 10. 49. Parua mutatione liberari possit sententia: εἷλε — πέφνε δὲ — τ' ἔθνεα· καὶ τὸν βουβόταν — εὑρὼν Ἀλκυονῆ, Σφετέρας οὐ φείσατο νευρᾶς Ἡρακλέης. 52. κύρησε Ald. possit sic iungi: κύρησε καλέων, ἔτυχε καλῶν, sed metrum repugnat. κήρυσε Rom. emendate κήρυξεν Crat. etsi debuit κάρυξε a Pindaro efferri. Exponi potest varie: vel καλέων ἐκάρυξε simpl. pro ἐκάλει, vel κάρυξε simpliciter dictum est pro ἔφη. Tum πάντων suspectum, etiam Pauwio, qui coniecit, quod et nobis in mentem veniebat: κήρυξεν ἀστῶν δαινυμένων. Ex Schol. apparet, iam olim Aristarchum cum aliis haesisse in hoc loco, quem inter splendidissima Pindari refero. Herculem intellige se conferre ad Telamonem, vt ad nauigationem secum suscipiendam eum inuitet. Ingressus domum Telamonem inuenit epulas celebrantem: (vt fere fit in heroum vita. Sic Telemachus Nestorem Odyss. γ, 32 sqq. et Menelaum Od. δ, 3 sqq. offendit) adstat repente heros leonis spoliis indutus. Pro veteris vitae more, ex Homero satis noto, statim Telamon offert hospiti, antequam cum ceteris accumberet,

Not. pag. 71. 49. ὃν ἔπεφνε σὺν ὀϊστῷ. ρᾶς τόξων, adhibuit arcum et eum traiecit sagitta.

48. Praestat post Ἀλκυονῆ minorem interpunctionem ponere pro maiore, quae olim erat, et continuare sententiam vsque ad Ἡρακλέης. 49. οὐ φείσατο νευ-

51. Ἀλλ' Αἰακίδαν καλέων ἐς πλόον, κάρυξε πάντων δαινυμένων. *Sed tum, cum Telamonem vocabat ille* (Hercules) *ad societatem nauigationis, dixit in-*

Τὸν μὲν ἐν ῥινῷ λέοντος
Στάντα κελήσατο νεκταρέαις
Σπονδαῖσιν ἄρξαι καρτεραίχμαν
Ἀμφιτρυωνιάδαν,
Ἄνδωκε δ' αὐτῷ φέρτατος
Οἰνοδόκον φιάλαν χρυ-
σῷ πεφρικυῖαν Τελαμών.

pateram vino plenam, vt libationem faciat (vide v. c. Od. γ, 41 sqq.) et bibat, tumque ipse accumbat mensae. Libando heros facit vota ad Iouem patrem, vt Telamoni, qui adhuc domum habebat prole vacuam, eaque de caussa nauigationis societatem detrectare poterat, filius nascatur. Hac narratione vtitur poeta, vt simul de Aiacis virtute iudicium et existimationem faciat. Esse eam ex *Μεγάλαις Ἠοίαις* Hesiodi petitam, Scholiastes auctor est. Occurrit quoque ap. Apollod. III, 11, 7. Tzetz. ad Lycophr. 455. et Schol. Sophocl. Argum. Aiac. 849. Paullo aliter fabula fuit tractata ab aliis, vt iam natum Aiacem leoninis exuuiis inuolutum manu sustulerit et preces fecerit Hercules: (v. Lycophron v. 455 sqq. Schol. ad Iliad. ψ, 821. repetiit Philostr. Heroic. XI, 1.) quod argumentum nobilis in Hortis Vaticanis signi ex marmore, quod Commodum cum puero manui insidente vulgo edebant, esse Winkelmannus Monument. inedit. Tom. I. pag. xcix. coniectabat: idemque numis expressum Iuliae Domnae et Anthemii. Venia esto, in tam longo per salebrosos criticae anfractus cursu semel nos ad amoeniora viridia de via deflexisse.
54. *κελήσαντο* Ald. quod vel metrum refellit.

ter omnes qui conuiuantes aderant, in medio conuiuantium. Sequentia sunt in parenthesi; et redit ad ea, quae *κάρυξε, dixit,* v. 60. *ὁ δ' — αὔδασε.* Venerat in insulam Aeginam Hercules, vt ad expeditionem in Laomedontem inuitaret Telamonem: *χαλκοχάρμαν ἐς πόλεμον* 59. profectus Tirynthe, vbi copias collegerat, vt e v. 40. apparet.

53. Praeclare seqq. narrata propter *ἐνάργειαν.* 55. *σπονδαῖσιν ἄρξαι.* exquisitius *ἄρξαι* absolute *σὺν σπονδαῖς*, pro vulgari *ἄρξαι σπονδῶν.* Mox *φιάλαν χρυσῷ πεφρικυῖαν* int. *au-*

Ὁ δ' ἀνατείνας οὐρανῷ χεῖρας ἀμάχους
Αὔδασε τοιοῦτον ἔπος· εἴ
Ποτ' ἐμᾶν, ὦ Ζεῦ πάτερ,
Θυμῷ θέλων ἀρᾶν ἄκουσας,

Ε. β'. Κ. ιά.

Νῦν σε, νῦν εὐχαῖς ὑπὸ θεσπεσίαις
Λίσσομαι παῖδα θρασὺν ἐξ Ἐριβοίας
Ἀνδρὶ τῷδε, ξεῖνον ἀμὸν,
Μοιρίδιον τελέσαι·
Τὸν μὲν ἄῤῥηκτον φυὰν,

60. *ὁ δ' ἀνατείνας* pro *ἀντ—*, metro exigente, Schmid. 61. *τοιοῦτόν τι ἔπος* inuexerat Rom. *τοιοῦτόν τ'* metro quidem consentaneum, sed copula importune adnexa, ex Aldo repetiit Schmidius. *τοιοῦτό τι ἔπος* Mingarellus; posse enim iambicum in tertia sede habere dactylum pro spondeo. Sustuli insertum male *τ'*. forte fuit quoque *τοιοῦτο ἔπος*, cum hoc olim per digamma pronuntiatum fuerit. 63. *εὐχὰν* conj. Schmidius primam in *ἀρὰν* breuem esse videns in loco, quem Antithetici longa syllaba explent. Est tamen colon Iambicum. 64. *θεσπεσίαν* Rom. Brub. 66. *ξεῖνον ἐμὸν*, sc. *γενησόμενον τὸν παῖδα*, nondum concoquo: etsi video esse quod in altera veteris Grammatici ratione non minus desideres: *καὶ λίσσομαί σε τὸν ἐμὸν φίλον Τελαμῶνα εὐτυχῆ τελέσαι.* Malim vsquam legi: *Ἀνδρὶ τῷδε, ξείνῳ ἀμῷ*, quod corrumpi potuit inter cetera quarto casu posita. Mox probem etiam: *τὰν μὲν — φυάν.* vt sit: *ἄῤῥηκτον μὲν (κατὰ) τὴν φυὴν, ὥσπερ* etc. *θυμὸς δ' ἑπέσθω*, *animi virtus et fortitudo par esto corporis robori.*

ream asperam signis, anaglyphis. Mirum in hoc haesisse Aristarchum in Schol. Sequentia a v. 60. puta poculo in manus sumto inter libandum ab Hercule stante pronuntiari. 61. Fecit has preces. 63. *θυμῷ θέλων, propitius.*

64. *λίσσομαί σε τελέσαι ἀνδρὶ τῷδε παῖδα μοιρίδιον*, *dare ei prolem a fato impetratam.* *ξεῖνον ἀμὸν*, v. V. L. et 68. haud

Ὥσπερ τόδε δέρμα με νῦν περιπλανᾶται
Θηρὸς, ὃν πάμπρωτον ἀέθλων
Κτεῖνά ποτ᾽ ἐν Νεμέᾳ· θυμὸς δ᾽ ἑπέσθω.
Ταῦτ᾽ ἄρα οἱ φαμένῳ πέμψεν θεὸς
Ἀρχὸν οἰωνῶν μέγαν αἰετόν.
Ἁδεῖα δ᾽ ἔνδον μιν ἔκνιξεν χάρις,

Σ. γ᾽. Κ. ιγ᾽.

Εἶπέν τε φωνάσαις ἅτε μάντις ἀνήρ·
Ἔσσεταί τοι παῖς ὃν αἰτεῖς, ὦ Τελαμών.
Καί νιν ὄρνιχος φανέντος
Κέκλευ ἐπώνυμον εὐρυβίαν
Αἴαντα, λαῶν ἐν πόνοις ἔκ-
παγλον Ἐνυαλίου.
Ὣς ἄρα εἰπὼν αὐτίκα

69. Argutatur Pauw, *ὥσπερ τόδε δέρμ᾽, ὅ με νῦν περιπλανᾶται.* Quod poeta posuit, exquisitioris artis et vere lyricum est. Pro *με νῦν* Ald. et Rom. cum Brubach. corrupte *μίμνοι.* In Crat. Ceporinus emendauit *μίμνειν.* hoc Morell. sequitur. *με νῦν* praeclara est Stephani emendatio. 74. *αἱ δεῖα* Ald. *αἰδεῖα* Rom. Brub. emendatum in Crat. *χαρὰ* pro *χάρις* videtur legisse Schol. saltem ex interpretamento. *χάρις* est *voluptas.* 75. *φωνήσαις.* at alibi *φώνασε, φωνάσας.* 78. *Κέκλετ᾽* pro *κέκλετο* manifeste turbat sententiarum et verborum ordinem. Legendum cum Melanchthone et Pauwio *κέκλευ* vel *κέκλεο.* Ad Telamonem conuersus loquitur Hercules. Infantiam grammaticae vides in etymologia nominis *Αἴαντος* ab *αἰετός.* aliud exemplum in Iamo v. Ol. VI, 93 sq. 81. *ταῦτα* pro *ἄρα* conj. Schmidius: recte monet Pauw, in *ἄρα* primam esse ancipitis vsus.

dubie *τὰν μὲν — φυάν.* — 69. *ὥσπερ —.* Ornata fabula ab aliis. v. Lycophr. 455 sq. Forte iam tum spem prolis ex vxore suscipiendae habebat.

78. Iung. *ἐπώνυμον ὄρνιχος φανέντος — (κατὰ) λαῶν* (alias *ἀνδρῶν.* Hesiod. Sc. H. 330. *φέρτατε λαῶν.*) *ἔκπαγλον ἐν πόνοις Ἐνυαλίου.*

Ἔζετ᾽. ἐμοὶ δὲ μακρὸν πά-
σας ἀγήσασθαι ἀρετάς.
Φυλακίδᾳ γὰρ ἦλθον, Μοῖσα, ταμίας
Πυθέᾳ τε κώμων Εὐθυμένει
Τε. τὸν Ἀργείων τρόπον,
Εἰρήσεταί που κ᾽ ἐν βραχίστοις.

Α. γ΄. Κ. ιγ΄.

Ἄραντο γὰρ νίκας ἀπὸ παγκρατίου
Τρεῖς ἀπ᾽ Ἰσθμοῦ, τὰς δ᾽ ἀπ᾽ εὐφύλλου
Νεμέας,
Ἀγλαοὶ παῖδές τε καὶ μά-
τρωες. ἀνὰ δ᾽ ἄγαγον ἐς φάος οἴ-

83. ἁγήσασθ᾽ Ald. metrum trochaicum vel sic laborat in prima sede: nam α in ἁγήσασθαι ex ἡγήσασθαι longum est. Vidit et Schmidius. Pauw emendat: —σας διαγάσασθ᾽ ἁ. (ex Schol.) vel -σας τοὶ ἁγήσασθ᾽ vel -σας ἀφαγήσασθ᾽ ἀ. Mingarell. probat -σας τοὶ vel -σας ἀναγήσασθ᾽ ἀ. 84. Et hoc colon trochaicum aegrotat. Schmid. Φυλακίδᾳ γάρ τ᾽ ἤλυθον, Μοῖσα, ταμίας. Pauw: Φ. γὰρ ἦθον, ὦ Μοῖσα, τ. Leniore vtique medicina Φ. γὰρ ἤλυθον, Μοῖσα Benedict. et Mingarell. 87. πα pro που Ald. nec deterius, iudice quoque Pauw. κ᾽ ἐν debet esse pro καὶ ἐν. poterat scribi κἂν βρ. 88. ἀπὸ παγκρατίου. Sequitur ἀπ᾽ Ἰσθμοῦ. Noli coniicere ἐπὶ παγκρ. Nam non ita dicitur; sed νίκη ἐξ, ἀπό, π. Nem. II, 30. 91. Schmidius et Pauwius μά-τρως emendant: nam de vno modo Euthymene agitur. Nisi -τρωες per synizesin est efferendum, et poeta doctius loquendi genus, pluralem pro singulari, sequutus est. ἀνὰ δ᾽ ἄγαγον etiam Schmid. pro ἂν δ᾽.

86. τὸν Ἀργεῖον τρόπον. Aiunt, pro Laconibus. Atqui et Argiui hac laude floruere. v. Schol. qui e Sophoclis Ὀδυσσ. μαινομ. Μῦθος γὰρ Ἀργολιστὶ συντέμνειν βραχύς.

89. (τὰς μὲν) τρεῖς. 91. vel carminum argumenta praebuere

αν μοῖραν ὕμνων; τὰν Ψαλυχι-
δᾶν δὲ πάτραν Χαρίτων
Ἄρδοντι καλλίστᾳ δρόσῳ.
Τόν τε Θεμιστίου ὀρθώ-
σαντες οἶκον, τάνδε πόλιν
Θεοφιλῆ ναίουσι. Λάμπων δὲ, μελέταν
Ἔργοις ὀπάζων, Ἡσιόδου
Μάλα τιμᾷ τοῦτ᾽ ἔπος,
Υἱοῖσί τε φράζων παραινεῖ,

E. γ΄. K. ιά.

Ξυνὸν ἄστει κόσμον ἑῷ προσάγων.
Καὶ ξένων εὐεργεσίαις ἀγαπᾶται·
Μέτρα μὲν γνώμᾳ διώκων,
Μέτρα δὲ καὶ κατέχων.

92. Pro Ψαλυχια-δᾶν Schmidius ad formam antitheticorum: male ob id habitus a Pauwio; λυχι, ait, pro vna longa posita videri possunt. 101. ἄστει binis syllabis Schmid. pro —εϊ. Probat quoque Pauw; vti mox v. 102. ξείνων, pro εί, vtrumque metro exigente. 104. κατέχων, obscure: vi oppositi suppl. ἔργῳ καὶ πράξει.

suis factis, vel carminibus vere celebrati fuere. — 92. Psalychidas tribules illustrarunt multis hymnis, scil. quos poetae condiderant in Lamponis filiorum victorias.

95. *Etiam Themistii, aui materni* (v. ad V. pr.) *stirpem illustrant sua gloria:* quae in eos redundat.

98. Hesiodi dictum erat: μελέτη τοι ἔργον ὀφέλλει. Lampon igitur τιμᾷ, *probat, laudat, id, continuo ipse se pugilatu exercens,* (ὀπάζων μελέταν ἔργοις) *et filios adhortans,* φράζων, *recitans, repetens dictum.*

104. μέτρα κατέχων videtur esse *tenaciter, perseueranter tuendo*, moderationem, aequitatem, seruando. Non male Schmidius conj. subesse et in his aliud Hesiodeum: μέτρον δ᾽ ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον.

Γλῶσσα δ' οὐκ ἔξω φρενῶν.
Φαίης κέ νιν ἄνδρ' ἐν ἀεθληταῖσιν ἔμμεν
Ναξίαν πέτραις ἐν ἄλλαις,
Χαλκοδάμαν ἀκόναν. πίσω σφε Δίρκας
Ἁγνὸν ὕδωρ, τὸ βαθύζωνοι κόραι

106. *ἐν ἀεθληταῖσιν* legi metrum iubet p. *ἄθλη*—. sicque Schmid. et Pauw. *νὶν ἄνδρα* vix sanum. v. Not. 108. Erat *τ'* interpositum, *χαλκοδάμαντ' ἀκόναν.* Iungenda tamen sunt *Ναξίαν χαλκοδάμαν ἀκόναν.* Similis lapsus sup. Nem. IX, 37. vbi *ἀνδροδάμη Ἐριφύλη.* Porro *πίσω γε* Etymol. M. in *Πίσα.* sed *σφὲ, αὐτοὺς, carmine Thebano irrigabo.* Mingarellus suspicabatur fuisse scriptum *πίσα*, h. e. *ἐπότισα, irrigaui.* Nam carmen iam est finitum.

105. *Γλῶσσα* — l. cum Schol. *οὐδὲν προπετῶς φθέγγεται.* l. consentit oratio cum animi sensu.

106. *Dicat aliquis, eum virum esse idem inter athletas, quod est cos inter lapides;* eodem loco — quo — puto, quatenus acuit, alit, accendit aliorum studia. Non satisfaciunt Scholia in explicando *νὶν ἄνδρα.* Bene quidem memini vsum crebriorem *τοῦ μὶν* et *τὶν* in Pindaro risum mouisse Aristophani Auib. 931. et posse forte per appositionem dictum esse *νὶν, τὸν ἄνδρα.* Ferri tamen hoc in lyrico vix potest, cui otiosis vocabulis vti minime licet. Nec vti licet v. c. simili exemplo in Argonaut. Orph. 729. *ὃν δὴ Καλλίχορόν μιν ἐπώνυμον οἱ καλέουσι.* Est enim probabilius verba esse contaminata in hoc et illo. Si *νὶν* verum est, *ἄνδρα* est intrusum. Si *ἄνδρα* tenes, *τὸν ἄνδρα* scribam: *φαίης κε τὸν ἄνδρ' ἐν ἀεθληταῖσιν ἔμμεν Ναξίαν — χαλκοδάμαν ἀκόναν. acuentem alios ad studium pugilatus.* Vix tamen probabile sic *νὶν* irrepsisse. Immo vero fuit: *φαίης κέ νιν ἀνδράσιν ἀθληταῖσιν ἔμμεν Ν.*

108. *πίσω σφε Δίρκας ἁγνὸν ὕδωρ* erit nouum inuentum, si est, *ego illis potandam praebebo aquam e fonte Musarum:* pro, *eos celebrabo.* Forte tamen est idem illud, quod iam aliquoties vidimus, siue *a libatione petitum: ῥαίνειν εὐλογίαις* sup. v. 30. *κατασπένδειν ἀοιδαῖς* v. 13. 14. siue *ab irrigandis agris*, vt sup. v. 94. *ἄρδειν*

Χρυσοπέπλου Μναμοσύνας ἀνέ-
τειλαν παρ' εὐτειχέσιν Κάδμου πύλαις.

111. *παρ' εὐτειχέσιν* legendum, cum *ν*, vt Pauw quoque monuit. *εὐτυχέσι* Ald.

Χαρίτων δρόσῳ. conf. Nem. VII, 90 sq. adeoque simili exemplo *πίειν (διὰ τὸ) ὕδωρ Δίρκας σφε,* (tres illos, patrem cum duobus filiis,) est *irrigare,* vt *ποτίζειν. ῥοὰς Μοισᾶν* dixerat N. VII, 17. Suauiter autem carmen Thebis factum comparat cum fonte Musis sacro, Dirce, ante Thebas.

ΙΣΘΜΙΑ

εἶδος ζ'.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗι ΘΗΒΑΙΩι

παγκρατίῳ.

Argumentum.

Vetustis Thebarum laudibus memoratis, subsistit in Strepsiadae victoria Isthmiaca — 27. tum in auunculo, qui in pugna occubuerat — 53. redit inde ad victorem, e cuius successu voluptatem ipse capiens praesenti felicitate frui se velle asseuerat.

Σ. έ. Κ. ή.

Τίνι τῶν πάρος, ὦ μάκαιρα Θήβα,
Καλῶν ἐπιχωρίων μάλιστα θυμὸν τεὸν
Εὔφρανας; ἦ ῥα χαλκοκρότου πάρεδρον
Δαμάτερος ἁνίκ' εὐρυχαίταν
Ἄντειλας Διόνυσον; ἢ
Χρυσῷ μεσονύκτιον

Strepsiades Thebanus ex matre Diotimi filia auunculum habebat cognominem, qui in pugna occubuerat. v. inf. 34 sqq. et Not. ad 41.

